XIV H 23
~~XI H 55~~

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
19 C
54

Digitized by Google

Coll. Rom. Soc. Jes. Catal. Inscr. B. S.

ARISTO PHANIS, COMICO

rum principis, Comœdiæ undecim,
è Græco in Latinū, ad uerbum tranſ-
latæ, ANDREA DIVO Iuſtino
politano interprete. Quarum
nomina ſequens indi-
cabit paginā.



BASILEAE,
M. D. XXXIX.

ARISTOPHANIS COMOEDIARVM NOMINA.

I	PLVTVS.	Pag. 7
II	NEBVLAE.	50
III	RANAE.	106
IIII	EQVITES.	162
V	ACHARNES.	212
VI	VESPAE.	257
VII	AVES.	313
VIII	PAX.	378
IX	CONCIONANTES.	425
X	SACRA CERERIS CELEBRANTES.	466
XI	LYSISTRATE.	512

NOBILISSIMO AC REVERENDISSIMO ALOYSIO PISANO, *Epiſcopo Patauino, Ioannis Piſani, clariſſimi diui Marci procuratoris, filio,* ANDREAS DIVVS *Iuſtinopolitanus,* S. P. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

QVEMADMODVM eos ſumma uituperatione dignos ſemper exiſtimaui, qui, cum optime de alijs merẽdo maximam ſibi gloriam comparare poſſent, ſilentio uitam præterire maluerunt: ita mihi eorum contrà uoluntas, ac conſilium ſummopere probatum eſt, qui omnem ſuam operam, ſtudium, laborem non ad ſuam tantummodo, ſed communem potius utilitatem contulerunt. Hoc enim ipſa naturæ ratio mortalibus præſcribit, ut homo homini conſultũ uelit. quam ducem ſecuti quamplurimi, alij pro patria, pro imperij dignitate multa præclara geſſere: alij & permulta ipſi ingenioſe excogitarunt, quæ mortaliũ uitæ cum uſui, tum ornamento forent, & fortiſſimorũ uirorũ geſta literarum monimentis prodiderũt, Ex quo quidẽ offi-

cio quãtam utriq; ſibi adepti ſint gloriam, id omnibus tam notum eſt, ut meo nunc teſtimonio egere minime putem. Hac ego naturæ inclinatione, & eorum, quos dixi, æmulatione impulſus, iampridẽ mecum egi, quomodo eiuſmodi aliquid inuenirẽ, quod literarum ſtudioſis nõ mediocri utilitati fore cenſerem. Quapropter cum non ignorarem, quantum ex literis Gręcis fructus percipi ſoleat, nec tamẽ ab omnibus aut illis operam dari poſſe, aut intelligi: nõ inutilem, neq; ingratũ quamplurimis fore putaui laborem meum, ſi Gręcos autores ad uerbum in Latinum ſermonem uertendos, atq; excudendos curarem: non tamen in ijs tam uerborum quidem elegantiã, uenuſtatem, lenociniáue captãs, quàm ut lineamenta fidelius quàm poſſem, poëticasq; figuras exprimerem. In quam quidem rationem cum me dediſſem, tantum abfuit, ut eius me conſilij pœniteret, ut ſuperiore anno Homerum ædiderim, hoc uerò tẽpore feſtiuiſſimũ comicorũ omniũ Ariſtophanẽ in lucẽ ſim daturus. Quem quidem cum diu, multumq; cogitaſſem, cui potiſſimùm nuncuparem: nemo planè mihi occurrit, cui aut iuſtius (meo quidem

dem iudicio) dicatum, quàm tibi: aut tutius à maleuolorũ detractione, quàm ſub tuo nomine exiturum putarim. Id quod ut facerem, mouebat me primùm generis ueſtri nobilitas, domus amplitudo, ex qua (ut alios taceam) prodijt Reuerendiſſimus ac ampliſſimus Cardinalis, Franciſcus patruus tuus, uir ſingulari prudẽtia, probitate, integritateq́, & in Cardinaliũ numero religione maximè celebris, ſumma patris tui uiri clariſſimi, & procuratoria dignitate inſignis autoritas: deinde uerò etiam tua, qui iam Patauinum Epiſcopatũ ſis adeptus, ingenui mores, ſumma probitas, ſummum in literis cum Latinis, tum Græcis ſtudium. Multa ſciens prætereo, quæ à me uerè de laudibus tuis referri poſſent, ne aut oratione mea illuſtriores eas reddere uelle, aut aſſentatiuncula quadam aucupari gratiam tuã uidear. Quamobrem illud à te tantùm peto, ut & hos induſtriæ meæ fructus, qui ſingularis beneuolentię ac ſummę erga te obſeruãtię meę perpetui teſtes ſint futuri, perlibenter accipere, & me in tuorum numero habere uelis. Tu igitur iam bene uale, meq́ apud te quamcommendatiſſimum habeas.

ARGVMENTVM PRAESENTIS FABVLAE PLVTI EST HOC.

SEnex quidã Chremylus, pauper exiſtens ſubſtantia, abiuit ad Deũ. Interrogauit aũt Deum quomodo ad manifeſtam, delicatamq́ʒ trãſmutaret uitam. Talem autem promiſit uaticinium. Vaticinatur autem ipſi Deus, exeunti templũ, hunc ſequi cui primo incideret: & iam cæco et ſeni incidens ſequebatur, implens uaticinium: erat autem Plutus hic. Poſtea autẽ diſputãs cũ ipſo, inducit ad Aeſculapiũ medicaturus ipſum cęcitatis: et ſic diues fieret. In quo ægreferens Paupertas uadit obiurgans hoc facientes: cum qua diſputatio non inepta ſit, comparatis malis Paupertatis, & Pluti bonis à Blepſidemo et Chremylo, multisq́ʒ aliis influẽtibus, in arce Athenarum ſacrificauerunt Pluti ſimulacra.

PERSONAE PRAESENTIS FABVLAE PLVTI.

Cario ſeruus	*Chremylus dominus*
Plutus	*Chorus ruſticorum*
Blepſidemus	*Paupertas*
Mulier Chremyli	*Iuſtus uir*
Alter uir iniuſtus	*Sycophanta*
Anus	*Iuuenis*
Mercurius	*Sacerdos Iouis.*

ARISTOPHANIS PLVTVS, ANDREA DIVO IVSTINOPOLITANO interprete, ad uerbum translatus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CARIO SERVVS.

QVA'M moleſta res eſt, ô Iuppiter & Dij,
Seruum fieri deſipientis heri.
Si enim optima ſeruus dicens contigerit,
Viſum fuerit autem non facere hæc poßidenti,
Participare neceßitas seruum (mala.
Corporis enim non ſinit dominum
Dominari fortuna, ſed emptorem.
Et hæc quidem iam hæc. Apollini autem
Qui uaticinatur tripode ex aureo,
Querelam iuſtam queror hanc, quòd
Medicus exiſtens, & uates (ut dicunt) ſapiens
Inſanientem remiſit mei herum,
Qui ſequitur à tergo hominem cæcum,
Contrarium faciens quàm ipſi facere.
Nam uidentes cæcis præimus,
Hic autem ſequitur, & me inſuper cogit.
Et hæc, reſpondente omnino neq; quicquam.

Ego quidem igitur non eſt quomodo tacebo,
Si non dixeris, quare hunc ſequimur unquam
O' domine, ſed tibi præbebo negotia.
Non enim me uerberabis coronam habentem.
Chr. Non per Iouem, ſed auferens coronam, ſi triſtitiam inferes
in aliquo mihi,
Vt magis doleas. CAR. Nugæ. non enim ceſſabo
Prius quàm dixeris mihi, quiſnam eſt hic:
Beneuolus enim exiſtens tibi, rogito ualde uehementer.
Chr. Sed non te celabo: meorum enim ſeruorum
Fideliſſimum puto te, & calidiſſimum.
Ego pius, & iuſtus exiſtens uir,
Malè agebam, & pauper eram. CAR. Scio certè.
Chr. Cæteri autem diteſcebant ſacrilegi, oratores,
Et ſycophantæ, & praui. CAR. Credo.
Chr. Interrogaturus igitur iui ad Deum,
Meam quidem ipſius miſeri manifeſtè
Iam exiſtimans exhauſtam eſſe uitam.
Filium autem qui exiſtens ſolus mihi contingit.
Interrogaturus ſi oportet mutantem mores
Eſſe aſtutum, iniuſtum, integrum nihil,
Tanquam uitæ hoc ipſum putans conferre.
Car. Quid igitur Phœbus locutus eſt ex coronis?
Chr. Audies. manifeſtè enim Deus dixit mihi hoc.
Cuicunq; obuiaſſem primùm exiens,
Iuſſit hunc non dimittere me amplius:
Perſuadere autem me ipſum conſequi domum.
Car. Et huic obuias igitur primo. CHR. Huic quidem.
Car. Poſtea non intelligis ſententiam Dei,
Dicentem ô indoctiſſime tibi manifeſtiſſima,

Exercere filium patrium morem?
Chr. Aliquo hoc iudicas. CAR. Manifeſtè & cæco
Cognoſcere uidetur hoc, quòd uehementer eſt conferens
Nihil exercere integrum in nunc tempore.
Chr. Non eſt quomodo uaticinium in hoc inclinet,
Sed in aliud quid maius. ſi autem nobis dixerit,
Quis unquam eſt hic, & cuius gratia,
Et quo indigens uenit nobiſcum huc,
Sciremus uaticinium noſtri quid ſignificet.
Car. Age, iam tu prius teipſum quicunq; es dic.
An exiſtẽtia poſt hæc facio? CHR. Dicere oportet citò ual-
Plu. Ego quidem plorare dico tibi. CAR. Diſcis (de.
Qui dicit eſſe? CHR. Tibi dicit hoc, non mihi.
Imperitè enim ipſum, & moleſtè interrogas.
Sed ſi quid gaudes uiri iuſti moribus,
Mihi dic. PLV. Flere ego tibi dico.
Car. Suſcipe uirum & uaticinium Dei.
Chr. Non per Cererem gaudebis amplius.
Si non dices enim, te perdam malum malè.
Plu. O amici diſcedite à me. CHR. Nequaquam.
Car. Et quidem quod dico optimum eſt domine,
Perdo hominem peßimè hunc.
Imponens enim in præcipitio aliquo ipſum, & poſtea re-
Diſcedam, ut illinc excolletur cadens. (linquens
Chr. Sed tolle citò. PLV. Nequaquam. CHR. Igitur dices?
Plu. Sed ſi didiceritis me, quis ſum, bene ſcio quòd
Malo aliquo me afficietis, & non dimittetis.
Chr. Per Deos, nos quidem ſi uolueris quidem tu.
Plu. Dimittite nunc me primum. CHR. Ecce dimittimus.
Plu. Audite iam: oportet enim (ut decet) me

Dicere quæ occultare eram præparatus.
Ego enim ſum Plutus. CHR. O fœdatiſsime
Virorum omnium, poſtea tacebas Plutus exiſtens?
Car. Tu Plutus, ſic miſere diſpoſitus?
O illuſtris Apollo, & Dei, & dæmones,
Et Iuppiter. quid dicis? ille uerò es tu? PLV. Ita.
Chr. Ille ipſe? PLV. Ipſiſsimus. CHR. Vnde igitur (dic)
Squalens uenis? PLV. Ex Patrocle uenio,
Qui non lotus eſt ex quo natus eſt.
Chr. Hoc autem malum quomodo paſſus es, apertè dic mihi.
Plu. Iuppiter mihi hæc fecit hominibus inuidens.
Ego enim exiſtens adoleſcentulus, minatus ſum quòd
Ad iuſtos, & ſapientes, & modeſtos
Solos iturus eram: hic autem me fecit cæcum,
Vt non dignoſcerem horum nullum.
Sic ille bonis inuidet.
Chr. Et quidem per bonos honoratur ſolos,
Et iuſtos. PLV. Fateor tibi. CHR. Age, quid igitur,
Si iterum reuideres ſicut & antea,
Fugeres ſtatim prauos? PLV. Dico ego.
Chr. Ad iuſtos autem ires? PLV. Valde quidem igitur.
Multo enim ipſos non uidi tempore.
Chr. Et admiratio nulla, neq; ego enim uidens.
Plu. Dimittite me nunc: ſcitis enim iam hæc à me.
Chr. Non per Iouem, ſed multo magis hærebimus tibi.
Plu. Non dicebam quòd exhibere negocia
Futuri eratis mihi? CHR. Et tu ſupplico crede,
Et ne me relinquas: non enim inuenies me
Quærens amplius uirum moribus meliorem.
Per Iouem, non enim eſt alius præter me.

Plu. Hæc dicunt omnes. quando autem me
Aſſecuti ſunt uerè, & facti ſunt diuites,
Manifeſtè ſuperant nequitia.
Chr. Habet quidem ſic: ſunt autem non omnes mali.
Plu. Non per Iouem, ſed unà omnes. CAR. Plorabis diu.
Chr. Tu autem ut ſcias, quæcunq; (apud nos ſi manebis)
Fient bona, adhibe mentem ut perſuadearis.
Puto enim puto (cum Deo autem dictum fuerit)
Ab hac liberaturus eſſe cæcitate,
Viſurum eſſe faciens. PLV. Nullo modo hoc facies:
Non uolo enim iterum reuidere. CHR. Quid dicis?
Homo hic eſt miſer natura.
Plu. Iuppiter quidem igitur ſciens horum fatuitates, me (ſi
Diſceret) contereret. CHR. Nunc autem non hoc facit,
Qui te offendentem circuire ſinit.
Plu. Non ſcio: ego autem illum timeo ualde.
Chr. Verè ne? ô timidiſſime omnium dæmonum,
Putas enim eſſe Iouis tyrannidem
Et fulmina digna triobolo,
Si reuidebis tu, ſaltem paruo tempore?
Plu. Ah ne dic ô agricola hæc. CHR. Sis tacitus.
Ego enim oſtendam te Ioue multo
Maiora potentem. PLV. Me tu? CHR. Per cœlum.
Statim enim, dominatur per quem Iuppiter Dijs?
Car. Per argentum: plurimum enim eſt ipſi. CHR. Age,
Quis igitur præbens eſt ipſi hoc? CAR. Hicce.
Chr. Sacrificant autem ipſi per quem? non per hunc?
Car. Et per Iouem, ſupplicant diteſcere manifeſtè.
Chr. Igitur hic eſt autor, & facilè
Sedaret ſi uellet hæc. PLV. Propter quid?

Quia

Chr. Quia nullus ſacrificaret hominum amplius,
Non bouem, non libum, non aliud aliquid,
Non uolente te. PLV. Quomodo? CHR. Quomodo? non eſt quomodo
Emet aliquid, ſi tu non præſens
Ipſe dederis hoc argentum. quare Iouis
Potentiam ſi dolore afficiat aliquid, diſſolues ſolus.
Plu. Quid dicis? per me ſacrificant ipſi? CHR. Dico ego.
Et per Iouem, ſi quid eſt ſplendidum, & pulchrum,
Vel gratioſum hominibus, per te fit.
Omnia ipſi diteſcere enim ſunt ſubdita.
Car. Ego per paruum argentulum
Seruus factus ſum, propter non ditari æquè.
Chr. Et meretrices dicunt Corinthias,
Quandoquidem ipſas aliquis pauper tentans contigerit,
Neq; adhibere mentem: ſi autem diues,
Podicem ipſas ſtatim ad hunc uertere.
Car. Et pueros dicunt idem hoc facere,
Non amatorum, ſed argenti gratia.
Chr. Non bonos, ſed cynedos: quoniam
Petunt non argentum boni. CAR. Quid autem?
Chr. Hic quidem equum bonum, ille autem canes uenatorias.
Car. Verecundantes enim argentum petere forte,
Nomine occultant malitiam.
Chr. Artes autem omnes propter te & inuentiones
In hominibus ſunt inuentæ.
Hic quidem ipſorum corium ſecat ſedens,
Alter autem fundit æs aliquis, ille autem tractat ligna.
Alius autem aurum fundit, aurum à te capiens.

Alius autem ueſtes furatur per Iouem:alios muros fodit:
Alius autem artem fulloniam exercet aliquis:alius autem lauat pelles.
Alius autem corium tingit:alius autem uendit cæpas.
Alius autem captus mœchus propter te euellitur.

Plu. Hei mihi miſero:hæc me latebant diu.
Chr. Magnus autem rex non'ne propter hunc ſuperbit?
Car. Concilium autem non'ne propter hunc fit?
Chr. Quid autem?triremes non tu comples?dic mihi.
Car. In autem Corintho exercitum non'ne hic nutrit?
Chr. Pamphilus autem non'ne propter hunc lugebit?
Car. Belonopoles autem non'ne cum Pamphilo?
Chr. Argyrius autem non'ne propter hunc pedit?
Car. Philepſius autem non'ne gratia tui fabulas dicit?
Chr. Auxilium autem non'ne propter te Aegyptijs?
Car. Amat autem Lais non'ne propter te Philonidem?
Chr. Timothei autem turris? CAR. Incidat tibi.
Chr. Res autem non'ne propter te omnes fiunt?
Soliſsimus autem es tu omnium autor
Et malorum & bonorum,bene ſcias quòd.
Car. Vincunt igitur & in bellis ſemper,
In quibus hic inſidere poteſt ſolus.
Plu. Ego tot potens ſum unus exiſtens facere?
Car. Et ita per Iouem his multo plura.
Quare non autem ſatiatus te factus eſt nullus unquam.
Horum quidem enim aliorum eſt omnium ſatietas.
Chr. Amoris. CAR. Panum. CHR. Muſices. CAR. Bellariorum.
Chr. Honoris. CAR. Placentarum. CHR. Virilitatis. CAR. Caricarum.

Gloriæ.

Chr. Gloriæ. CAR. Panis nautici. CHR. Præturæ. CAR. Lentis.
Chr. Tui autem factus eſt nullus ſatiatus nunquam.
Sed ſi talenta aliquis acceperit tredecim,
Multo magis concupiſcit accipere ſexdecim.
Et ſi hæc perfecerit, quadraginta uult.
Vel dicit non eſſe uitalem ipſi uitam.
Plu. Bene dicere mihi uidemini ualde.
Tamen unum ſolum timeo. CAR. Dic quo de.
Plu. Quomodo ego potentiam quam uos dicitis
Habere me, huius dominus fiam.
Chr. Per Iouem. ſed & dicunt omnes quòd
Timidiſſimum eſt Plutus. PLV. Minimè: ſed me
Muriſodiens aliquis criminatus eſt. ingrediens enim aliquando
Non potuit in domum nihil capere,
Inueniens omnia deorſum clauſa,
Poſtea nominauit mei prudentiam, timiditatem.
Chr. Non nunc curæ ſit tibi nihil: quia ſi factus fueris
Vir promptus ipſe in res,
Videntem demonſtrabo te acutius Lynceo.
Plu. Quomodo igitur poteris hoc facere mortalis exiſtens?
Chr. Habeo aliquam bonam ſpem, ex quibus dixit mihi
Phœbus ipſe, uaticam quatiens laurum.
Plu. Et ille igitur ſciuit hæc? CHR. Dico ego.
Plu. Videte. CHR. Ne cura nihil ô bone.
Ego enim (bene hoc ſcias) & ſi oportet me mori,
Ipſe perficiam hæc. CAR. Et ſi uis ego.
Chr. Multi autem erunt & alteri nobis auxiliatores,
Quibuſcunq; iuſtis exiſtentibus non erant farinæ.

Papæ.

Plu. *Papæ, agricolas dixiſti nobis auxiliatores?*

Chr. *Non, ſi diteſcant ex principio iterum.*
Sed ualde tu quidem celociter currens. CAR. *Quid faciam dic.*

Chr. *Cooperatores uoca (inuenies autem fortè*
In agris ipſos fatigatos)
Vt æqualem unuſquiſq; hic præſens
Nobis participet huius Pluti partem.

Car. *Et iam uado: hanc autem caruncúlam*
Exiſtentium intus aliquis auferat capiens.

Chr. *Mihi curæ erit hoc: ſed feſtinans curre.*
Tu autem ô optime Plute omnium deorum inferiorum,
Intro mecum huc intra. nam domus
Hæc eſt, quam oportet rebus te hodie
Plenam facere, & iuſtè, & iniuſtè.

Plu. *Sed doleo quidem intrans (per Deos)*
In domum ſemper alienam ualde,
Bonum enim conſecutus ſum nihil illic unquam.
Siquidem enim in auarum intrans contigero,
Statim defodit me in terra deorſum.
Et ſi aliquis acceſſerit bonus homo amicus,
Petens capere aliquid paruulum argentulum,
Negans eſt neq; uidiſſe me unquam:
Si autem in inſanum hominem intrans contigero,
Meretrices & taxillos apud iactus,
Nudus foras excidi in pauco tempore.

Chr. *Moderato enim uiro non occurriſti unquam?*
Ego autem huius moris quodammodo ſum ſemper:
Gaudeoq; enim parcens ut nullus uir,
Rurſusq; expendens, quando hoc opus eſt.

Sed introëamus: quia uidere te uolo
Et uxorem, & filium ſolum,
Quem ego diligo maximè poſt te. PLV. Credo.
Chr. Quid enim? aliquis non ad te uera diceret?

ACTVS SECVNDVS.

Car. O Multum iam domino candem cæpam comedentes
Viri amici, & conciues, & laborare cupidi,
Ite, celerate, feſtinate, quia tempus non morari:
Sed eſt in opportunitate cui oportet præſentes auxiliari.
Cho. Igitur uides nos ruentes diu promptè
(Vt decens eſt) impotentes ſenes uiros iam.
Tu autem dignum putas æquè me tibi currere priuſquam hæc dixeris mihi,
Cuius gratia dominus tuus uocauit nos.
Car. Igitur diu iam dico: tu autem ipſe non audis.
Dominus enim dicit uos ſuauiter omnes
A frigida uita & difficili (uicturos eſſe) liberatos.
Cho. Eſt autem iam quid? & unde res hæc quam dicit?
Car. Habens peruenit huc ſenem quendam ô agricolæ,
Squalentem, gibboſum, miſerum, rugoſum, caluum, edentulum:
Puto autem per cœlum, & ſine præputio ipſum eſſe.
Cho. O aurum annuncians uerborum, quomodo dicis? dic mihi.
Declaras enim ipſum aceruum uenire rerum habentem.
Car. Senilium quidem igitur malorum ego habentem aceruum.
Cho. An dignum putas decipientes nos liberatos eſſe
Impunis, & hæc me baculum habente?
Car. Omnino enim hominem natura talem in omnia

Putatis

Putatis me eſſe, & nihil putatis integrum dicere?
Quàm egregius conteri dignus, tibiæ autem tui clamant
Heu heu, ligamenta & pedicas deſyderantes.

Car. *In tumulo nunc ſortita litera tui iudicare.*
Tu autem non uadis, Charon autem ſignum dat.

Cho. *Diſrumparis. Valde ſuperbus es, & natura dicax,*
Qui decipis. dicere autem nondum tolerasti nobis,
Cuius gratia me dominus tuus uocauit huc,
Qui multũ laborantes (non exiſtente uacatione) promptè
Huc uenimus multarum cæparum radices.

Car. *Sed non amplius occultarem. Plutum enim ô uiri uenit*
Ducens dominus, qui nos diuites faciet.

Cho. *Certè enim licet diuitibus omnibus nobis eſſe?*

Car. *Per Deos, Midas quidem igitur, ſi aures aſini acceperitis.*

Cho. *Valde lætor, & delector, & uolo tripudiare*
A uoluptate: ſiquidem dicis certè tu hæc uera.

Car. *Et quidem ego uolam ſtridulè Cyclopem*
Imitans, & pedibus ſic concutiens
Vos ducere. ſed eia filij frequenter acclamantes
Balantesq́; ouium
Caprarumq́; fœtentium cantus
Sequimini: nudati præputio hirci aũt lingite extremitates.

Cho. *Nos autem rurſus quæremus cithara ſonantem Cyclopem*
Balantes te hunc eſurientem deprehendentes
Peram habentem, holera q́; ſylueſtria roſcida & crapulantem,
Imperantem ouiculis,
Vanè dormientem,
Magnum accipientes accenſum torrem, excæcare.

Car. *Ego autem Circem illam uenena permiſcentem,*

Quæ ſocios Philonidæ quondam in Corintho
Perſuaſit, tanquam exiſtentes uerres,
Piſtum ſtercus comedere, ipſa autem pinſebat ipſis,
Imitabor omnibus modis.
Vos autem grunientes ab amicitia
Sequimini matrem porci.

Cho. Igitur te Circem illam uenena permiſcentem,
Et incantantem, inquinantemq; ſocios,
Capientes à uoluptate
Illum Laërtij imitantes teſticulis ſuſpendamus,
Stercorabimusq; tanquam hirci
Narem. tu autem Ariſtyllus oſcitans, dices:
Sequimini matrem porci.

Car. Sed eia nunc ſalibus liberati iam
Vos, in aliam ſpeciem uerti-
Mini. ego autem iens iam, clam
Volam domino
Capiens aliquem panem, & carnem
Mandens in poſterum, ſic labore cum eſſe.

ACTVS TERTIVS.

Chr. GAudere quidem uos eſt, ô uiri conciues,
Antiquum iam appellare & marcidum.
Saluto autem quòd promptè ueniſtis,
Et feſtinanter, & non negligenter.
Vt autem mihi & in alijs coadiutores,
Eritis, & ſeruatores exiſtentes Dei.

Cho. Confide. uidere enim manifeſtè putabis me Martem.
Graue enim ſi trientis quidem gratia
Collidimur ſemper in concione,

Ipſum autem Plutum dimittam alicui capere.

Chr. Et quidem uideo & Blepſidemum hunc
Aduenientem: manifeſtus autem eſt quòd rei
Audiuit aliquid greſſu & uelocitate.

Bl. Quæ igitur res erit? unde, & quomodo
Chremylus ditatus eſt repente? non credo.
Et certe ſermo fuit per Herculem multus
In tonſtrinis ſedentium,
Quòd repente uir factus eſt diues.
Eſt autem mihi hoc ipſum mirabile, quando
Bonum aliquid agens amicos accerſit.
Non patriam aliquam rem operatur.

Chr. Sed nihil occultans dicam per deos,
O Blepſideme melius quàm heri agimus.
Quare participare licet: es enim amicorum.

Bl. Factus es autem uerè (ut dicunt) diues?

Chr. Ero quidem igitur ſtatim ualde, ſi deus uelit.
Eſt enim aliquod eſt periculum in hac re.

Bl. Quale aliquid? CHR. Quale? BL. Dic feſtinans quodcunque dicis unquam.

Chr. Si quidem egregie faciemus, bene agere ſemper.
Sin autem errabimus, conteri omnino.

Bl. Hoc prauum uidetur onus.
Et mihi non placet: hocq; enim repente ualde
Sic perpluteſcere, hocq; rurſus timere,
Ad uirum nihil integrum eſt operantis.

Chr. Quomodo autem nihil integrum? BL. Si quid furatus (per Iouem)
Illinc uenis argentum uel aurum
A Deo, & poſtea forte te pœnitet.

Chr. Apollo malorum auerſor per Iouem, ego quidem non.
Bl. Ceſſa nugans ô bone: ſcio enim manifeſtè.
Chr. Tu nihil in me ſuſpicare tale. BL. Heu
„ Quòd nihil manifeſtè integrum eſt nullius:
„ Sed ſunt lucro omnes minores, ſubditi.
Chr. Non per Cererem ſanus eſſe mihi uideris.
Bl. Valde multum tranſmutauit, quos prius habebat mores.
Chr. Inſanis ô homo per cœlum.
Bl. Sed neq; aſpectus ipſe ſecundum ſedem ſe habet,
Sed eſt manifeſtus quiddam maleficienti.
Chr. Tu quidem ſcio quòd crocitas, quòd mei aliquid furantis
Quæris participare. BL. Participare quæro? cuius?
Chr. Hoc eſt non tale, ſed aliter habens.
Bl. An non furatus es? ſed rapuiſti? CHR. Inſanis.
Bl. Sed neq; quidem priuaſti nullum?
Chr. Non certè ego. BL. O Hercules, age, quò aliquis igitur
Vertatur. uerum enim non uis dicere?
Bl. Accuſas enim ante diſcere rem mei.
O amice ego tibi hoc à paruo ualde
Volo perficere ante audire ciuitatem,
Os obturans nummis rhetorum.
Chr. Et quidem amicus mihi uidearis per deos,
Tres mnas expendens, computare duodecim.
Bl. Video aliquem in tribunali ſedentem,
Supplicationem habentem cum filijs
Et uxore, nihil differentem apertè
Herculidis nihil depictis à Pamphilo.
Chr. Non ô infelix, ſed bonos ſolos
Ego & ſapientes & modeſtos
Confeſtim ditari faciam. BL. Quid tu dicis?

Sic ualde

Sic ualde multa furatus es. CHR. Hei mihi malorum
Pereas. BL. Tu quidẽ igitur te ipſum, ut mihi uideris.
Chr. Non certe: quoniam Plutum ô flagitioſe tu
Habeo. BL. Tu Plutum? qualem? CHR. Ipſum Deum.
Bl. Et ubi eſt? CHR. Intus. BL. Vbi? CHR. Apud me. BL. Apud te? CHR. Valde.
Bl. Non in coruos? Plutus apud te? CHR. Per deos.
Bl. Dicis uera? CHR. Dico. BL. Per Heſtiam?
Chr. Per Neptunum. BL. Marinum dicis?
Chr. Si autem eſt alter aliquis Neptunus, alterum.
Bl. Poſtea non tranſmittis & ad nos amicos?
Chr. Non ſunt dum negocia in hoc. BL. Quid dicis?
Non tradere? CHR. Per Iouem. oportet enim primum. BL. Quid?
Chr. Videre facere nos. BL. Quem uidere? dic.
Chr. Plutum ſicut antea uno modo.
Bl. Cæcus enim certè eſt. CHR. Per cœlum.
Bl. Non uanè ad me uenit neq; unquam.
Chr. Sed ſi Dei uolunt, nunc ueniet.
Bl. Igitur medicum inducere oportebat aliquem.
Chr. Quis certè medicus eſt nunc in ciuitate?
Neq; enim merces nihil eſt, neq; ars.
Bl. Conſideremus. CHR. Sed non eſt. BL. Neq; mihi uidetur.
Chr. Per Iouem. ſed quod diu præparabam
Ego declinare ipſum in Aeſculapij
Optimum eſt. BL. Multum quidem igitur per deos.
Non nunc morare: ſed feſtina faciens unum aliquid.
Chr. Et iam uado. BL. Feſtina nunc. CHR. Hoc ipſum facio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ACTVS QVARTVS.

Pau. O Calidum opus, & iniuſtum, & præter legem,
Audentes facere homunculi infelices.
Quò, quò? quid fugitis? non manebitis? CHR. O' Hercules.
Pau. Ego enim uos perdam malos male,
Audaciam enim audetis non tolerabilem.
Sed qualem nullus alius nunquam
Neq; deus, neq; homo: quare peribitis.
Chr. Tu autem es quis? pallida quidem enim eſſe mihi uideris.
Bl. Forte Erinnys eſt ex tragœdia.
Videt certe furioſum quid & tragœdicum.
Chr. Sed non debet enim tedas. BL. Igitur lugebit.
Pau. Putatis autem eſſe quàm me? CHR. Omnes ſuſcipientem,
Vel cauponam. non enim tantum
Inclamaſſes nobis nihil iniuria affecta.
Pau. Verum? non enim grauiſſima feciſtis
Quærentes ex omni me ciuitate eijcere?
Chr. Igitur reliquum tibi barathrum fit.
Sed quæ es, dicere oportebat ſtatim ualde.
Pau. Quæ uos faciam hodie dare pœnam,
Pro quibus me quæritis hinc delere.
Bl. An eſt caupona hæc ex uicinis,
Quæ phialis ſemper me deſtruit?
Pau. Paupertas quidem igitur, quæ uobis cum habito multos annos.
Pau Rex Apollo & Dei, quò quis fugiat.
Chr. Hic quid facis ô timidiſſima tu fera?
Non expectabis? BL. Minime omnium. CHR. Non manebis?
Sed uiri duo mulierem fugimus unam.

Paupertas

Bl. Paupertas enim eſt ô agricola, qua nuſquam
Nullum natum eſt animal pernitioſius.
Chr. Sta, precor te, ſta. BL. Per Iouem ego quidem non.
Chr. Et quidem dico grauiſsimum opus per multum
Operum omnium operabimur, ſi hunc Deum
Solitarium relinquentes aliquò fugiemus.
Hanc timentes, neq; pugnabimus.
Bl. Qualibus armis, uel potentia confiſi?
Qualem enim non thoracam, quale ſcutum,
Non pignus poſuit hæc fœdatiſſima?
Chr. Confide. ſolus enim hic (ſcio) Deus quòd
Triumphum eleuabit huius morum.
Pau. Loqui autem & audetis ô ſceleſti,
In ipſo furto grauia facientes deprehenſi?
Chr. Tu autem ô peſſimè perdita quid conuitiaris
Nobis adueniens, neq; quid iniuria affecta?
Pau. Nihil enim ô per Deos putatis
Iniuria afficere me, Plutum facere tentantes
Videre iterum. CHR. Quid igitur iniuria afficimus hoc te,
Si omnibus hominibus præbemus bonum?
Pau. Quod uos bonum inuenietis? CHR. Quod?
Te primum eijcientes ex Græcia.
Pau. Me eijcientes? & quod putatis
Malum operari maius hominibus? quod?
Si hoc faceret uolentes obliuiſcemur.
Et quidem de hoc uobis uolo dare ſermonem.
Primum ipſo, & ſiquidem oſtendam ſolam
Bonorum omnium exiſtentem cauſam me
Vobis, propter meq; uiuentes uos. ſi autem non,
Facite iam hoc quodcunq; uobis uidebitur.

b 4 Hoc

Chr. Hoc tu audes, ô fœdatiſſima dicere?

Pau. Et tu docere. ualde enim puto facile
Omnia peccantem te oſtendere ego,
Si iuſtos dicis facere diuites.

Bl. O tympana & cyphones non auxiliabimini?

Pau. Non oportet moleſtè ferre, & clamare antequam diſcas.

Bl. Et quis poteſt non clamare, heu heu,
Talia audiens? PAV. Quicunq; eſt bene ſapiens.

Chr. Quam certe tibi pœnam inſcribam iuſtitia
Si capta fueris? PAV. Quodcunq; tibi uidetur. BL. Bene dicis.

Pau. Hoc enim ipſum (ſi uincimini) & uos opus eſt pati.

Bl. Sufficientes putas certè mortes uiginti?

Chr. Huic, nobis autem duæ ſufficient ſolæ.

Pau. Non præuenietis (hoc facientes) certè aliquid ſi
Habebit aliquis iuſtum, contradicere amplius.

Cho. Sed iam oportet aliquid dicere uos ſapienter quo uincetis hanc,
In ſermonibus contradicentes: molle autē concedetis nihil.

Chr. Manifeſtum quidem ego puto cognoſcere hoc eſſe omnibus ſimiliter,
Quòd bonos hominum bene agere eſt iuſtum,
Malos autem & impios horum contraria certè.
Hoc igitur nos cupientes uix inuenimus ad fieri
Voluntatem bonā, & generoſam, & utilem in omne opus.
Si enim Plutus nunc uidebit, & non cæcus exiſtens redierit,
Ad bonos hominum ibit, & non relinquet,
Illos autem malos & impios fugiet: & poſtea faciet
Omnes bonos & diteſcentes iam diuina colentes.

Et certè

Et certè hoc hominibus quis inueniet unquam melius?

Bl. Nullus. ego tibi huius martyr. nihil hanc interroga.

Chr. Vt quidem enim nunc nobis uita hominibus afficitur,
Quis non putabit eſſe inſaniam, infelicitatemq; etiam magis?
Multi quidem enim hominum exiſtentes diteſcunt mali
Iniuſtè ipſa colligentes: multi autem exiſtentes ualde boni
Agunt male, & eſuriunt, cum teq; plurima uerſantur.
Igitur eſſe dico quæ ceſſabit hæc (ſi uidebit unquã Plutus)
Viam, quam iens hominibus bona maiora præbebit.

Pau. Sed ô omnium facillime hominum perſuaſi non ualere
Duo ſenes conſocij nugandi & inſaniendi,
Si hoc fiet quod deſyderatis uos, non dico prodeſſe uobis.
Si enim Plutus uidebit iterum, diuidetq; æqualem ſeipſum,
Neq; artem hominum, neq; ſapientiam exercitabit
Nullus, ambobus autem uobis his deſtructis? uolet
Quis æris eſſe faber? uel naues facere? uel ſuere? uel rotas facere?
Vel coria incidere? uel facere muros? uel lauare, uel pelles tingere?
Vel terræ aratris rumpens campum, fructum Cereris metere?
Si licet uiuere tardis uobis hæc omnia negligentibus.

Chr. Nugas nugaris. hæc enim nobis omnia, quæcunque nunc narraſti,
Serui laborabunt. PAV. Vnde igitur habebis ſeruos?

Chr. Ememus argento. PAV. Quis autem erit uendens,
Quando argentum & ille habebit?. CHR. Lucrari uolens aliquis
Mercator, ueniens ex Theſſalia à multis latronibus.

Bl. *Sed neq; erit primum omnium nullus neq; latro,*
Secundum ſermonē quē tu dicis: quis enim diteſcens uolet
Periclitans circa animam ſui ipſius hoc facere?
Quare ipſe arare coactus & fodere, aliaq; laborare,
Doloroſiorem teres uitam multo hac nunc. CHR. *In caput tibi.*

Pau. *Item autem non habebis neq; in lecto dormire, non enim erunt,*
Neq; tapetibus. quis enim texere uolet, auro exiſtente?
Neq; unguentis redolere ſtillatis quando nympham duxeritis:
Neq; palliorum tinctorum expenſis ornare uarie ſpectabilium.
Et certè quid plus diteſcere eſt omnibus his indigentibus?
À me autem ſunt hæc facilia omnia uobis quorum indigetis: ego enim
Artificem tanquam domina cogens ſedeo
Propter indigentiam et paupertatem quærere unde uictum habebit.

Chr. *Tu enim præbere aliquid poteris bonum præter ueßicas ex balneo?*
Et puerulos ſubfameſcentes, & uetularum tumultum,
Pediculorumq; numerum, & culicum, et pulicum (neq; dico tibi
Sub qua multitudine) quæ reſonantes circa caput dolorem inferunt,
Exuſcitantes, & dicentes, eſuries, ſed ſurge.
Ad autem hæc: pro pallio quidem habere ueſtem laceram: pro autem lecto
Lectum iuncorũ cimicibus plenũ, qui dormientes ſuſcitat:

Et ſtoream habere pro tapeto marcidam: pro autem pul-
uinari,
Lapidem bene magnum ad caput: comedere autem pro
panibus,
Maluæ ramos: pro autem maſſa, folia gracilium rapha-
norum:
Pro autē cathedra, urnæ caput ruptæ: pro autem mactra,
Vrnæ latus fractum & hoc. an multorum
Bonorum omnibus hominibus oſtendo te cauſam exi-
ſtentem?

Pau. Tu quidem non meam uitam dixiſti, hanc mendicorum au-
tem incuſaſti.

Chr. Igitur mendicitatis paupertatem dicimus eſſe ſororem?

Pau. Vos, qui & Thraſybulo Dionyſium eſſe ſimilem.
Sed non mea hoc paſſa eſt uita, non per Iouem, neque fu-
tura eſt.
Mendici quidem enim uita (quam tu dicis) uiuere eſt ni-
hil habentem:
Pauperis autem uiuere parcentem, & operibus atten-
dentem:
Abundare autem ipſi nihil, neq; tamen nihil deficere.

Chr. Quàm beatiſsimam (ô Ceres) uitam ipſius narraſti?
Parcens & laborans relinquet neq; ſepeliri.

Pau. Cauillari tentas & obiurgare, aliquid agere negligens,
Non cognoſcens quòd Pluto præbeo meliores uiros
Et conſilio & aſpectu. apud hunc quidem enim pedibus la
borantes,
Et uentroſi, & pingues ſuras habentes, & pingues ſunt
laſciuè.
Apud me autem macri, & graciles, & inimicis triſtes.

A fame

Chr. *A fame enim ſorte ipſis gracilitatem tu præbes.*

Pau. *De modeſtia iam igitur perficiam uobis, & iterū docebo,*
Quòd uenuſtas habitat mecum. Pluti autem eſt, iniuria afficere.

Chr. *Valde igitur ſurari uenuſtum eſt, & parietes ſodere.*

Bl. *Per Iouem. ſiquidem oportet latêre ipſum, quomodo non uenuſtum eſt?*

Pau. *Conſydera igitur in ciuitatibus aduocatos: quia quandoquidem*
Sunt pauperes, erga populum & ciuitatem ſunt iuſti:
Diuites facti autem à cōmunibus, ſtatim iniuſti facti ſunt,
Inſidianturq; multitudini, & populo pugnant.

Chr. *Sed non dicis mendacium horum nihil, quamuis ualde inuidens exiſtens,*
At non minus nihilo lugebis, neq; ſic ſuperbies,
Quòd quæris hoc iterum perſuadere nos, quòd eſt melior
Paupertas Pluto. PAV. *Et tu redarguere me nondum potes circa hoc.*
Sed nugaris & uana dicis. CHR. *Et quomodo fugiunt te omnes?*

Pau. *Quòd meliores ipſos facio. conſyderare autem omnes maxime*
A pueris, patres enim fugiunt ſcientes optima
Ipſis: ſic dignoſcere difficilis res eſt iuſtum.

Chr. *Iouem dices igitur non recte dignoſcere optimum?*
Et ille enim Plutum habet, hanc autem nobis remittit.

Pau. *Sed ô priſcis conſilijs uerè laborantes mentibus ambo.*
Iupiter iam pauper eſt, & hoc iam apertè te docebo.
Si enim diues erat, quomodo faciēs ipſe olympiacū certamē
Vt Græcos omnes ſemper per annū quintum congregaret,

Declarabat certatorum uictores, coronans
Oleaſtri corona? & tamẽ aurea magis decebat, ſi diues erat,
Chr. Igitur hoc iam declarat honorans Plutum ille,
Parcens enim & uolens huius nihil expendere:
Nugis coronans uictores, Plutum ſinit apud ſeipſum.
Pau. Multum paupertate rem turpem quæris ipſi applicare,
Si diues exiſtens illiberalis eſt, ſic & amator lucri.
Chr. Sed te Iupiter perdat, oleaſtri corona coronans.
Pau. Hoc enim contradicere audere uos, quòd nõ omnia ſunt bona nobis,
Propter paupertatẽ.. CHR. Ab Hecate licet hoc diſcere,
Siue diues eſſe, ſiue pauper eſſe melius. dicit enim ipſa
Hos quidẽ habentes & ditantes cænã in menſe adducere:
Illos autem pauperes hominum rapere ante deponere.
Sed corrumpere, & ne loquaris
Etiam nequaquam.
Non enim perſuadebis, neq; ſi perſuadebis.
Pau. O ciuitas Argus auditis qualia dicit?
Chr. Pauſonem uoca illum ſodalem.
Pau. Quid patiar miſera?
Chr. Corrumpare in coruos citius à nobis.
Pau. Vado autem quò terræ?
Chr. In cyphonem: ſed non tardare
Oportet te, ſed feſtinare.
Pau. Certe quidem uos adhuc me huc
Aduocabitis.
Chr. Tunc redibis. nunc autem rumpere.
Melius enim mihi diteſcere eſt:
Te autem ſinere flere longe caput.
Bl. Per Iouem, ego igitur uolo diteſcens

Conuiuari

Conuiuari cum filijs
Vxoreq́;, & lotus
Pinguis uenire ex balneo.
Artifices,
Et paupertatem contra pedere.

Chr. *Hæc quidem nobis digna conteri uadit.*
Ego autem & tu quàm citiſſimè Deum
Declinantes ducamus in Aeſculapij.

Bl. *Et ne tardemus: ne rurſus aliquis iterum*
Veniens prohibuerit aliquid exiſtentiũ conferentis facere.

Chr. *O ſerue Cario lectos efferre oportet,*
Ipſumq́; ducere Plutum, ſicut dignum eſt,
Et alia quæcunq; ſunt intus præparata.

SECTIVNCVLA CHORI.

Car. *O multum Theſeis feſtis ſatiati*
Senes uiri in paucißimis farinis
Valde felices eſtis, ualde beate feciſtis:
Alijq́; quibuſcunq; participatio eſt boni moris.

Cho. *Quid autem eſt ô optime tui ipſius amicorum?*
Videris enim uenire nuncius boni alicuius.

Car. *Dominus fecit feliciſſimè,*
Magis autem Plutus ipſe: pro enim cæco
Illuminatus & illuſtratus eſt pupillis
Aeſculapij Apollinis pij aſſecutus.

Cho. *Dicis mihi gaudium, dicis mihi clamorem.*

Car. *Adeſt gaudere ſiue uelitis, ſiue non.*

Cho. *Laudabo bonos habentem filios, &*
Magnum hominibus lumen Aeſculapium.

ACTVS

ACTVS QVINTVS.

Mul. QVis clamor unquam eſt? nunquid nunciabit
Bonum aliquid? hoc enim deſyderans ego diu
Intus ſedeo expectans hunc.
Car. Citò citò fer uinum ô domina, ut & tu bibas.
Diligis autem, faciens hoc: uehementer
Valde bona collectim omnia tibi fero.
Mul. Vbi ſunt? CAR. In dictis uidebis citò.
Mul. Perfice igitur quodcunq; dicis feſtinans aliquando.
Car. Audi igitur, ualde ego res
Ex pedibus in caput tibi omnia dicam.
Mul. Non certè mihi in caput. CAR. Non bona
Quæ nunc facta ſunt? MVL. Non quidē igitur negocia.
Car. Valde enim uelociſſimè abiuimus ad Deum,
Ducentes uirum tunc quidem miſerrimum,
Nunc autem (ſi quem alium) beatum & felicem.
Primum quidem ipſum in mare duximus,
Poſtea lauimus. MVL. Per Iouem, felix igitur erat.
Cur ſenex frigido mari lotus?
Car. Poſtea ad templum iuimus Dei.
Poſtquam autem altari popana & prothymata
Sacrificata ſunt, mola, Vulcani flamma,
Declinauimus Plutum, quemadmodum decens erat.
Noſtrum autem unuſquiſq; lectum ordinauit.
Mul. Erant autem aliqui & alij indigentes Deo?
Car. Vnus quidem Neoclides, qui eſt quidem cæcus,
Furans autem uidentes ſuperauit.
Alteriq; multi omnigenæ morbos
Habentes. poſtquam autem lucernas extinguens,
Nobis annunciauit dormire Dei

Sacerdos

Sacerdos, dicens, ſi quis ſenſerit ſtrepitum,
Tacere: omnes ritè iacuimus.
Ego dormire non poteram, ſed me
Pultis olla quædam perterruit, iacens
Parum longe à capite uetulæ,
In quam cupiebam feliciter irruere.
Poſtea reſpiciens uideo ſacerdotem Dei,
Placentas rapientem & caricas
A menſa ſacra: poſt hoc autem
Circuiuit altaria omnia in circuitu,
Sicubi popanum eſſet aliquod derelictum.
Poſtea hæc poſuit in ſaccum quendam:
Et ego putans multam ſanctitatem rei,
In ollam pultis exurgo.

Mul. Miſerrimè uirorum, non timebas Deum?

Car. Per Deos ego, ne præueniret me
In ollam ueniens habens coronas.
Hic enim ſacerdos ipſius me prædocuit.
Vetula autem poſtquam ſenſit iam mei ſtrepitum,
Manum ſurripiebat, & poſtea ſibilans ego
Mordicus accepi, tanquam Pareas exiſtens ſerpens.
Hæc autem ſtatim manum iterum extraxit,
Iacebat autem ipſam inuoluens quiete
A timore, pedens acrius muſtella.
Et ego tunc iam pultis multum comedebam.
Poſtea, poſtquam plenus fui, recreatus ſum.

Mul. Hic autem Deus uobis non præceſſit? CAR. Nondum.
Poſt hoc autem iam & ridiculum certè aliquid
Feci. accedente enim ipſo quammaximè
Pepedi, uenter enim intumuit mei.

Certè

Car. Certè te propter hoc ſtatim odio habuit.
Mul. Non:ſed Iaſo quidem quædam ſequens ſimul
Erubuit:& Panacea auerſa eſt,
Narem apprehendens:non thus enim pedo.
Mul. Ipſe autem ille? CAR. Non per Iouem,neq; animaduertit.
Mul. Dicis ruſticum certè tu eſſe Deum?
Car. Per Iouem nõ ego,ſed merdã comedens. MVL. Heu miſer.
Car. Poſt hæc ſtatim ego quidem coopertus ſum
Timens,ille autem in circuitu morbos
Conſyderans,circuiuit omnia rite ualde.
Poſtea miniſter ipſi lapideum mortariolum
Appoſuit,& cochleare,& arculam.
Mul. Lapideam? CAR. Per Iouem non,certè non arcula.
Mul. Tu autem quomodo uidebas ô peßime perdite,
Qui coopertus eſſe dicis? CAR. Per ueſtem attritam.
Foramina enim habebat non parua per Iouem.
Primum autem omnium Neoclidæ pharmacum
Emplaſtrabilem incepit terere, inijciens
Alliorum capita tria teneiorum, poſtea contuſit
In mortario commiſcens coagulum,
Et cepe ſylueſire: poſtea aceto diluens ſphettio,
Emplaſtrauit ipſius palpebras euertens,ut
Doleret magis.hic uociferans & clamans
Fugiebat ſurgens.hic autem Deus ridens dixit:
Hic nunc ſede emplaſtratus,
Vt peierantem ſedem te à concilio.
Mul. Valde amans ciuitatis quidem eſt Deus & ſapiens.
Car. Poſt hoc,Plutonem apud ſedebat.
Et primum quidem iam caput tetigit.
Poſtea puram uittam capiens

Palpebras cooperuit. Panacea autem
Cooperuit ipſius caput purpurea,
Et totum uultum, poſtea Deus ſibilauit.
Exiuerunt igitur duo dracones ex templo
Ingentes magnitudine. MVL. O amici Dei.
Car. Hi autem ſub purpuram ingredientes quiete,
Palpebras circum lingebant, ut mihi uideri.
Et antequam te phialas ebibere uini decem,
Plutus ô domina ſurrexit uidens.
Ego autem manus applauſi à uoluptate,
Dominumq; excitaui. Deus autem ſtatim
Diſperdidit ipſum, ſerpentes autem in templum.
Hi autem prope iacẽtes apud ipſum (quomodo exiſtimas?)
Plutum amplectabantur, & noctem totam
Vigilarunt, quouſq; reſplenduit dies.
Ego autem laudabam Deum ualde uehementer,
Quòd uidere fecit Plutum citò:
Hunc autem Neoclidem magis fecit cæcum.
Mul. Quantam habes potentiam ô Rex domine.
Sed dic mihi, ubi eſt Plutus? CAR. Venit.
Sed erat circa ipſum multitudo ingens.
Hi enim iuſti prius exiſtentes, & uitam
Habentes paruam, ipſam amplectabantur, &
Per dexteram capiebant omnes à uoluptate.
Quicunq; autẽ diteſcebant, ſubſtantiamq; habebãt multã.
Non ex iuſto uictum poßidentes,
Supercilia congregabant, demittebant oculos ſimul.
Hi autem ſequebantur à tergo coronati,
Ridentes, laudantes: pulſabatur autem
Solea ſenum ordinatis progreßibus.

Sed

Sed eia omnes ex uno uerbo.
Saltate, & exultate, & tripudiate:
Nullus enim nobis ingredientibus nunciabit
Quòd farinæ non ſunt in ſacco.

Mul. Per Lunam & ego coronare uolo
Nuncios te in biſcoctiorum ordine
Tales nunciantem. CAR. Ne tarda amplius,
Quòd uiri prope ſunt iam portas.

Mul. Eia nunc iens portabo fundibilia
Tanquam nuper emptis oculis ego.

Car. Ego autem obuiare illis uolo.

SECTIVNCVLA CHORI.

Plu. Et adoro primum quidem Solem,
Poſtea uenerandæ Palladis ſolum,
Locumq; omnem Cecropis, qui me ſuſcepit.
Verecundor autem mei ipſius calamitatibus,
Qualibus hominibus coëxiſtens latebam.
Dignos autem mea conuerſatione
Fugiebam, ſciens nihil miſer ego.
Quare neq; illa, neq; hæc rectè faciebam:
Sed ipſa omnia retro reuertens ego.
Oſtendam in poſterum omnibus hominibus, quòd
Inuitus me ipſum prauis indulgebam.

Chr. Iace in coruos. ualde difficile ſunt amici
Oſtenſi ſtatim quando agit aliquis bene,
Pungunt enim & frangunt tibias,
Oſtendentes unuſquiſq; beneuolentiam quandam.
Me enim quis non allocutus eſt? qualis non turba
Circum coronauit in concione ſenilis?

O dilectiſsimi uirorum & tu & tu gaudete.
Age nunc(lex enim eſt)fuſilia
Hæc ſupra fundo tibi capiens. PLV Nequaquam.
Me autem ingrediente in domum,
Primum & uidente nihil efferre
Decens eſt,ſed magis inferre.

Mul. Poſtea non ſuſcipies hæc fuſibilia?

Plu. Intus apud domum quemadmodum lex,
Poſtea & onus fugerimus.
Non enim decens eſt præceptori
Cariculas & cicera ſpectantibus
Proijcientem in his cogere ridere.

Mul. Bene ualde dicis,quòd hoſpes hic
Surrexi tanquam rapiens caricas.

SECTIVNCVLA CHORI.

Car. Valde ſuaue agere ô uiri eſt feliciter,
Et hæc nihil efferentes domo.
Nobis enim bonorum aceruus in domum
Venit nihil iniuria afficientibus.
Sic diteſcere eſt ſuauis res quædam.
Hæc quidem arca plena eſt albarum farinarum,
Hæ autem amphoræ uino nigro odorifero.
Omnia autem nobis argento & auro
Vaſcula plena ſunt,ut ſit mirum.
Puteus autem oleo plenus,hi autem lecythi
Vnguento pleni ſunt,hoc autem tabulatum caricis.
Vas acetorium autem omne,& ollula,& olla
Aerea ſunt:ſcutellas autem marcidas,
Piſcarias,argenteas licet uidere.

Hæc

Hæc autem laterna nobis ſtatim eburnea.
Nummis autem ſerui ludimus
Aureis. tergimus autem non lapidibus amplius,
Sed purgamentis alij à delitijs ſemper.
Et nunc dominus quidem intus ſacrificat
Suem & hircum & ariem coronatus.
Me autem emiſit fumus: non poßibile enim
Intus manere erat, mordebat enim palpebras mei.

ACTVS SEXTVS.

Iu. Sequere mecum puerule, ut ad Deum
Eamus. CAR. Hem quis eſt accedens hic?
Iu. Vir, prius quidem miſer, nunc autem fortunatus.
Car. Manifeſtum quòd bonorum aliquis (ut uideris) es.
Iu. Maximè. CAR. Poſtea quo indiges? IV. Ad Deum
Venio: magnorum enim mihi eſt bonorum cauſa.
Ego enim ſufficientem ſubſtantiam à patre
Accipiens, auxiliatus ſum indigentibus amicorum,
Eſſe putans utile ad uitam.
Car. Certè te citò reliquerunt res.
Iu. Valde quidem igitur. CAR. Igitur poſt hæc es miſer.
Iu. Valde quidem igitur, & ego quidem putabã quibus tunc
Beneſeci indigentibus habere amicos,
Certè firmos, ſi indiguiſſem aliquando.
Hi autem auerſi ſunt, neq; uidebantur uidere me amplius.
Car. Et deridebant bene ſcio quòd. IV. Valde quidem igitur.
Indigentia enim exiſtens uaſculorum me perdidit.
Car. Sed non tunc. IV. Pro quibus ego ad Deum
Adoraturus uenio iuſtè huc.
Car. Veſtis trita autem quid poteſt ad deos

Quam portat tecum puerulus hic?
Iu. Et hanc dedicaturus uenio ad Deum.
Car. An igitur didiciſti certè in ipſa magna?
Iu. Non, ſed friguit annos tredecim.
Car. Hæc autem calciamenta? IV. Et hæc cohyemarunt.
Car. Et hæc dedicaturus ferebas igitur? IV. Per Iouem.
Car. Gratioſa uenis dona Deo ferens.
Syco. Hei mihi infortunato, quomodo perij miſer.
Et ter infortunato, & quater, & quinquies,
Et duodecies, & decies millies, heu, heu.
Sic multum ferente mixtus ſum cum fortuna.
Car. Apollo mala arcens, & Dij amici,
Quid unquam eſt quod paſſus eſt homo malum?
Syco. Non enim miſeras paſſus ſum nunc res,
Perdens omnia exiſtentia ex domo.
Per Deum hunc futurum cæcum
Rurſus iterum, ſi non reliquerint iuſtitiæ.
Iu. Ego apertè rem cognoſcere uideor.
Aduenit enim aliquis malè agens uir:
Videtur autem eſſe malè impreßionis.
Car. Per Iouem bene igitur faciens perditus eſt.
Syco. Vbi ubi eſt ſolus omnes nos diuites
Promittens hic facere ſtatim?
Si rurſus reuideret à principio, hic autem
Multo magis aliquos eſt perdens.
Car. Et cui fecit certè hæc? SYCO. Mihi huic.
Car. Certè malorum es & furum.
Syco. Per Iouem, non quidem igitur eſt ſanum ueſtrûm nullius?
Et non eſt quomodo non habetis mei res:
Car. Quàm ſuperbus ô Ceres introiuit

Syco-

Sycophanta. IV. Manifeſtum quòd eſurit.

Syco. Tu quidem in forum iens citò, non præueniens,
In rota enim oportet te illic ligatum
Dicere quæ maleſeciſti. CAR. Luge igitur tu.

Iu. Per Iouem ſeruatorem multi dignus
Omnibus Græcis Deus eſt, quòd
Sycophantas perdet malos malè.

Syco. Hei mihi miſero, nunquid & tu participans derides?
Quoniam unde ueſtem accepiſti hanc?
Heri autem habentem uidi te ego ueſtem tritam.

Iu. Nihil curo te. fero enim emens
Annulum hunc ab Eudamo dragma.

Car. Sed non ineſt ſycophantæ morſus.

Syco. An non iniuria multa hæc ſunt? cauillamini.
Quod autem facitis hic non dixiſtis.
Non in bono enim hic eſtis nullo.

Car. Per Iouem non tuo manifeſtè ſcias qui.

Syco. À meis enim certè per Iouem cœnabitis.

Iu. Valde iam ueritate tu cum teſte
Diſrumparis nullius plenus.

Syco. Negatis, intus eſt ô fœdatiſsime,
Multa res piſcium & carnium aſſatarum.
Hyhy. hyhy. hyhy. hyhy. hyhy. hyhy.

Car. Infelix odoraris aliquid? IV. Frigore forte:
Quoniam tali indutus eſt ueſte trita.

Syco. Hæc igitur tolerabilia ſunt, ô Iupiter & Dij,
Hos iniuriari in me? hei mihi quàm doleo,
Quòd bonus exiſtens, & amator ciuitatis patior malè.

Iu. Tu amator ciuitatis & bonus? SYCO. Sicut nullus uir.

Iu. Et quidem interrogatus reſponde mihi. SYCO. Quid?

Iu. *Agricola es?* SYCO. *Inſanire me ſic putas?*
Iu. *Sed mercator?* SYCO. *Ita ſimulo quando contingo.*
Iu. *Quid? artem aliquam didiciſti?* SYCO. *Non per Iouem.*
Iu. *Quomodo igitur uiuebas, uel unde, nihil faciens?*
Syco. *Ciuitatis ſum curator rerum,*
Et priuatarũ omniũ. IV. *Tu? quid diſcẽs?* SYCO. *Cõſulo.*
Iu. *Quomodo igitur fueris bonus ô fur,*
Si tibi decens nihil, poſtea odio haberis?
Syco. *Non enim decet meiipſius me ciuitatem*
Benefacere me, ô leuis, inquantum poſſum?
Iu. *Benefacere igitur eſt curioſum eſſe?*
Syco. *Hoc quidem igitur auxiliari legibus iacentibus,*
Et non indulgere unquam ſi quis peccet.
Iu. *Igitur iudices de induſtria ciuitas*
Imperare conſtituit. SYCO. *Accuſat autem quis?*
Iu. *Volens.* SYCO. *Igitur ille ſum ego*
Quare in me ueniunt ciuitatis res.
Iu. *Per Iouem, malum igitur tutorem ciuitas habet.*
Illud autem non uolueris quietem habens
Viuere ocioſus? SYCO. *Sed pecoris uitam dicis,*
Niſi appareat exercitium aliquod uitæ.
Iu. *Neq; mutaueris ſententiã?* SYCO. *Non ſi dares mihi*
Plutum ipſum, & Batti balſamum.
Iu. *Depone citò pallium.* CAR. *Hic tibi dicit.*
Iu. *Poſtea ſubſolue.* CAR. *Omnia hæc tibi dicit.*
Syco. *Et quidem aduenìat aliquis ad me ueſtrûm huc*
Volens. CAR. *Igitur ille ſum ego.*
Syco. *Hei mihi miſero, expolior in die.*
Car. *Tu enim dignum putas aliena negocians comedere.*
Syco. *Vides quæ facis? hæc ego teſtificor.*

Sed

Car. *Sed uadit fugiens quem duxiſti teſtem.*
Syco. *Hei mihi, captus ſum ſolus.* CAR. *Nunc clamas.*
Syco. *Hei mihi ualde rurſus.* CAR. *Da tu mihi ueſtem tritam,*
Vt induam ſycophantam hunc.
Iu. *Non certe. ſacrum enim eſt Pluti diu.*
Car. *Poſtea ubi melius dedicabitur,*
Quàm circa malum uirum & furem?
Plutum autem ornare ueſtibus honeſtis decet.
Iu. *His autem calciamentis quid utetur quis dic mihi?*
Car. *Et hæc ad frontem ſtatim iam ualde*
Tanquam oleaſtro figam huic.
Syco. *Diſcedo, cognoſco enim minor exiſtens multò*
Vobis: ſi autem ſocium cepero aliquem
Et ficulneum, fortem hunc deum
Ego faciam hodie dare pœnam:
Quòd deſtruit aperte unus exiſtens ſolus
Populi principatum, neq; conſilium perſuadens
Ciuium neq; concilium.
Iu. *Et quidem quoniam armaturam meam*
Habens uadis, in balneum curre:
Poſtea illic principalis ſtatutus cale.
Et ego enim habebam ſtationem hanc aliquando.
Car. *Sed balnearius trahet foras ipſum capiens*
Teſticulis. uidens enim ipſum, cognoſcet,
Quòd eſt illius mali nummi.
Nos autem ingrediamur, ut adores Deum.

SECTIVNCVLA CHORI.

ACTVS SEPTIMVS.

Anus. *Nunquid ô amici ſenes in domum*
Iuimus uerè noui huius Dei?

An uia omnino errauimus?

Chr. Sed ſcias in ipſas portas iens
O adoleſcentula:interrogas enim cupidè.

Anus. Age nunc ego exiſtentium intus uocabo quem?

Chr. Non certè.ego enim ipſe exiui,loquere ergo mecum.
Sed quare maximè ueniſti dicere oportet.

Anus. Paſſa ſum grauia & iniqua ô dilectiſsime.
Ex quo enim Deus hic incepit uidere,
Non uiuendam eſſe mihi fecit uitam.

Chr. Quid eſt?nunquid & tu Sycophantria
In mulieribus es? ANVS. Per Iouem ego quidem non.

Chr. Sed non ſortita bibebas in ſcriptura.

Anus. Cauillaris? ego autē tentigine cōſumpta ſum ualde miſera.

Chr. Non dices feſtinans tentiginem quam.

Anus. Audi nunc.fuit iam mihi quidam adoleſcentulus amicus,
Pauper quidem,alioquin autem bona perſona,& pulchra,
Et utilis,ſi enim huius indiguiſſem ego,
Omnia faciebat ornatè mihi,& bene:
Ego autem illi omnia hæc miniſtrabam.

Chr. Quid autem erat quod tui maximè indigebat ſemper?

Anus. Non multa.etenim prætermodum me uerebatur.
Sed argenti dragmas ytq; petijt uiginti
In pallium,octo autem ferè in calciamenta,
Et ſororibus emere tuniculam
Iuſsit ferè matriq; pallium.
Frumentorumq; indiguit modiorum quatuor.

Chr. Non multa igitur per Apollinem hæc
Dixiſti,ſed manifeſtum quòd te uerebatur.

Anus. Et hæc igitur non gratia coitus
Petere me dicebat,ſed amicitiæ cauſa,

Vt

Vt meum pallium ferens meminerit mei.

Chr. Dicis amantem hominem quammaximè.

Anus. Sed non nunc odioſus mentem habet
Eandem, ſed multo mutauit ualde.
Me enim ipſi placentam hanc,
Et alia in ſcutella bellaria
In exiſtentia mittente, latenter dicenteq́; quòd
In ueſperam irem. CHR. Quid tibi fecit, dic mihi.

Anus. Placentamq́; remiſit nobis hanc.
Ad illuc nunquam me ire amplius,
Et ad hæc dixit repudians quòd
Diu aliquando erant fortes Mileſij.

Chr. Manifeſtum quòd moribus aliquis non malus erat:
Poſtea diteſcens non amplius lætatur lentè.
Primo autem à paupertate omnia comedebat.

Anus. Et quidem primo quoditie per deos
In ianuam ueniebat ſemper meam.

Chr. In elationem. ANVS. Per Iouem, ſed uocem ſolum
Amans audire. CHR. Accipiendi quidem igitur gratia.

Anus. Et per Iouem ſi triſtantem ſenſiſſet me
Nitaruculum & Batiolum per diminutionem dicebat.

Chr. Poſtea fortè petijt te calciamenta.

Anus. Myſterijs autem magnis euntem
In curru quòd proſpexit me quidam,
Verberabar propter hoc tota die:
Sic uehemenetr zelotypus adoleſcentulus erat.

Chr. Solus enim lætabatur (ut uidetur) comedens.

Anus. Et manus undiq; pulchras habere me dicebat.

Chr. Quando porrigebant dragmas uiginti.

Anus. Olere corpore dicebat ſuauiter mei.

Si Tha-

Chr. Si Thaſium infundebas iure merito per Iouem.
Anus. Aſpectumq́; quòd haberem mollem & pulchrum.
Chr. Non imperitus erat homo: ſed ſciebat
Anus luxurioſæ ſtercora comedere.
Anus. Hæc igitur Deus ô amice uir non recta faciebat,
Dicens auxiliari iniuria affectis ſemper.
Chr. Quid enim faciet dic, & fiet.
Anus. Cogere iuſtum eſt per Iouem
In delitijs habitum à me rurſus mihi rebenefacere,
Vel neq; aliquid igitur iuſtum eſt habere.
Chr. Igitur in qualibet ſoluebat nocte tibi.
Anus. Sed nunquam me uiuam relinquere dicebat.
Chr. Rectè: nunc autem non amplius uiuere te putat.
Anus. Ah enim dolore liquefacta ſum ô amiciſſime.
Chr. Non, ſed putrefacta es, ut mihi uideris.
Anus. Per annulum quidem igitur me traheres.
Chr. Si contingit annulus exiſtens circulus cribri.
Anus. Et quidem adoleſcentulus hic aduenit,
Quem diu accuſans ſum.
Videtur autem ad ebrietatem ire. CHR. Videtur.
Coronam utiq; & tædam habens ambulat.
Iu. Saluto. ANVS. Quid dicit? IV. Antiqua amica
Cana facta es citò per cœlum.
Anus. Miſera ego, iniuria qua iniurior?
Chr. Videtur per multum tempus non te uidiſſe.
Anus. Qualis temporis miſerrime, qui apud me heri fuit.
Chr. Contrarium paſſus eſt alijs igitur:
Inebriatus enim (ut uidetur) acutius uidet.
Anus. Non, ſed immodeſtus eſt ſemper moribus.
Iu. O Neptune & Dei ſeniles

In

In uultu rugarum quantas habet?

Anus. Ha,ha.

Hanc aũt tædam non mihi affer. CHR. Bene tamen dicit.
Si enim ipſam una ſola ſcintilla ceperit,
Tanquam antiquum ramum oleaginum comburet.

Iu. Vis per tempus ad me iocari. ANVS. Vbi miſer?

Iu. Illic capiens nuces. ANVS. Ludum quem?

Iu. Quot habes dentes? CHR. Sed cognoſcam
Et ego,habet enim tres fortè uel quatuor.

Iu. Soluito,unum enim molarem ſolum fert.

Anus. Miſerrime uirorum non ſanus eſſe mihi uideris,
Lauacrum me faciens in tantis uiris.

Iu. Iuuari quidem poteris,ſi quis lauerit te.

Chr. Non certè,quoniam quidem nunc fucatoriè habet.
Si autem eluitur hæc fucatio,
Videbis apertè uultus inciſiones.

Anus. Senex uir exiſtens non ſanus eſſe mihi uideris.

Iu. Tentat quidem igitur fortè te,& poſtea mammas
Attingit tui,latêre exiſtimans me.

Anus. Per Venerem non mei ô odioſe tu.

Chr. Per Lunam non certè,inſanirem quidem.
Sed ô adoleſcentule non ſino hanc puellam
Odiſſe te hanc. IV. Sed ego ualde diligo.

Chr. Et quidem accuſat te. IV. Quid accuſat?

Chr. Eſſe te iniuriatorem dicit,& dicere quòd
Diu quondam erant fortes Mileſij.

Iu. Ego circa hanc non pugno tibi. CHR. Cur?

Iu. Verens ætatem tuam,quoniam
Non unquam alij hoc conceßiſſem facere.
Nunc autem abi gaudens comprehendens puellam.

Scio

Chr. *Scio ſcio mentem:non amplius dignum putas fortè*
Eſſe cum hac. ANVS. *Hic autem concedens eſt quis?*

Iu. *Non diſputauerim pro fututa*
A' mille annis & ter mille.

Chr. *Tamen autem poſtquam & uinum dignum putabas*
Bibere,compotandum eſt tibi & fecem.

Iu. *Sed eſt ualde fex antiqua & marcida.*

Chr. *Igitur Trygœpus hæc omnia medebitur.*

Iu. *Sed introi intrò.Deo enim uolo*
Iens dedicare coronas has quas teneo.

Anus. *Ego autem ipſi & dicere aliquid uolo.*

Iu. *Ego autem non introëo.* CHR. *Confide ne time.*
Non enim coget. IV. *Valde bene igitur dicis.*
Sufficienter enim ipſam priori ſubagitabam tempore.

Anus. *Vade,ego autem te poſt ingredior.*

Chr. *Vt conſtanter ô Iupiter rex uetula*
Tanquam oſtreum adoleſcentulo inhæret.

SECTIVNCVLA CHORI.

ACTVS OCTAVVS.

Car *QVis eſt pulſans ianuam?hoc quid fuit?*
Nullus uidetur:ſed certè portula
Sonans uanè concrepat. MER. *Tibi tibi*
Dico Cario expecta. CAR. *Hic dic mihi,*
Tu ianuam pulſabas ſic uehementur?

Mer. *Per Iouem,ſed cogitabam.poſtea aperuiſti me perueniens.*
Sed uoca dominum currens citò,
Poſtea uxorem & filios,
Poſtea famulos, poſtea canem,
Poſtea teipſum,poſtea ſuem. CAR. *Dic mihi*

Quid

Quid eſt? MER. Iupiter ô agricola uult
In eadem uos commiſcens ſcutella
Simul omnes in barathrum inijcere.

Car. Lingua præconi horum inciditur.
Et quare hæc in uis facere
Nos? MER. Quia grauißimas omnium rerum
Feciſtis: ex quo enim incepit à principio uidere
Plutus, nullus non libanum, non laurum,
Non libum, non uictimam, non aliud nihil
Nobis ſacrificat Deis. CAR. Per Iouem. neq;
Sacrificabit: male enim curabatis nos tunc.

Mer. Et quidem aliorum mihi Deorum minus curæ eſt.
Ego autem perij, & conſumptus ſum. CAR. Reſipiſcis?

Mer. Prius enim habebam quidem apud cauponas
Omnia bona mane ſtatim, placentam, mel,
Caricas, quæcunq; decens eſt Mercurium comedere:
Nunc autē eſuriens cum pede ſupra pedē in altū requieſco.

Car. Igitur iuſtè qui faciebas damnum,
Aliquando talia bona habens. MER. Hei mihi miſero.
Hei mihi placenta quater piſta.

Car. Deſyderas non præſentem, & uane uocas.

Mer. Hei mihi autē anteriore parte uictimæ quā ego deuorabam.

Car. Salta hic ad ſerenitatem.

Mer. Viſceribusq; calidis quæ ego comedebam.

Car. Dolor te ad uiſcera uidetur conuertere.

Mer. Hei mihi autem poculo æqualiter æquali mixto.

Car. Hoc bibens currens non præueniens.

Mer. An iuueris aliquid tui ipſius amicum?

Car. Si huius indiges quorum potens ſum te iuuare.

Mer. Si mihi præbens panem aliquem bene piſtum

Dede-

Dederis deuorare,& carnem iuuenilem,
Quas ſacrificatis uos intus. CAR. Non exportabiles.

Mer. Et quidem quando aliquod uaſculum domini
Furabaris,ego te latêre faciebam ſemper.

Car. Propter participare ipſe ô fur.
Veniebat enim tibi panis bene piſtus.

Mer. Poſtea hunc ipſe comedebas.

Car. Non enim participabas æquales plagas mihi,
Quando captus fuiſſem male faciens ego.

Mer. Non recorderis mali ſi tribum accepiſti.
Sed igitur cohabitatorem per Deos ſuſcipite me.

Car. Poſtea relinquens Deos hic manebis?

Mer. Exiſtentia enim apud uos ſunt meliora multò.

Car. Quid autem?fugere urbanum eſſe tibi uidetur.

Mer. Patria enim eſt omnis ubi faciat aliquis bene.

Car. Quid certè eſſes utile nobis hic exiſtens?

Mer. Ad ianuam ianitorem ponite me.

Car. Ianitorem?ſed non opus eſt nullum ianitoribus.

Mer. Sed negociatorem. CAR. Sed ditamur:quid igitur
Mercurium reuenditorem nos oportet nutrire?

Mer. Sed doloſum igitur. CAR. Doloſum minime.
Non enim dolo nunc opus,ſed ſimplicibus moribus.

Mer. Sed ductorem. CAR. Sed Deus iam uidet,
Quare ductore nihil indigebimus amplius.

Mer. Certator igitur ero:& quid adhuc dices?
Pluto enim eſt hoc utiliſsimum
Facere certamina muſica & gymnaſtica.

Car. Valde bonum eſt cognomina multa habere.
Hic enim inuenit ipſi uictulum.
Non uanè omnes iudicantes frequenter

Feſtinant

Feſtinant in multis ſcribi libellis.

Mer. Num igitur in his ingredior? CAR. Et laua
Ipſe adiens ad puteum uentres,
Vt ſtatim officioſus eſſe mihi uidearis.

Sacer. Quis dicet ubi eſt Chremylus mihi apertè.

Car. Quid eſt ô optime? SACER. Quid enim aliud quàm malè?
Ex quo enim Plutus hic incepit uidere,
Perij præ fame, deuorare enim non habeo.
Præſertim ſeruatoris ſacerdos exiſtens Iouis.

Car. Cauſa autem quæ eſt ô proh deorum?

Sacer. Sacrificare amplius nullus dignum putat. CAR. Cuius gratia?

Sacer. Quòd omnes ſunt diuites. atqui tunc
Quando habebant nihil, alter quidem ueniens mercator
Sacrificaſſet uictimam aliquam ſeruatus, alter autem quis
Pœnam aufugiens, porrò alter litabat quiſpiam,
Et me accerſebat ſacerdotem. nunc autem neq; unus
Sacrificat omnino nihil, neq; ingreditur,
Præterquàm cantantes plusquàm decies mille.

Car. Igitur conſueta tu horum capis.

Sacer. Hunc igitur Iouem ſeruatorem & ipſe mihi uideor
Valere ſinens, hic hoc in loco remanere.

Car. Confide, bene erit enim ſi Deus uoluerit:
Iupiter ſeruator enim adeſt hic,
Spontaneus ueniens. SACER. Omnia bona igitur dicis.

Car. Ponemus igitur ſtatim (ſed expecta)
Plutum ubi prius erat poſitus,
Poſticum ſemper cuſtodiens deæ.
Sed extra det aliquis huc tedas accenſas,
Vt habens præeas Deo tu. SACER. Valde quidem igitur

Facere hæc oportet. CAR. *Plutum extra quis uocas?*

Anus. *Ego autem quid facio?* CAR. *Ollas quibus Deum*
Firmabimus capiens in capite fer
Caſtè, habens autem ueniſti ipſa uaria.

Anus. *Quorum autem gratia ueni.* CAR. *Omnia tibi fient.*
Veniet enim adoleſcentulus ad te ad ueſperam.

Anus. *Sed ſi tamen per Iouem fidem facis tu mihi*
Venturum eſſe illum ad me, portabo ollas.

Car. *Et quidem multo aliarum ollarum contraria*
Hæ faciunt. alijs quidem enim ollis
Spuma ineſt ſuperius, huius autem nunc
Spumæ in ſuperficie inſunt ollæ.

Cho. *Non amplius igitur decens tardare neq; nos, ſed recedere*
In retro. oportet enim à tergo hos cantantes ſequi.

FINIS.

ARGVMENTVM NEBV- *larum fabulæ eſt hoc.*

ANytus & Melitus Socrati Sophroniſci inuidentes, & ipſum non potentes lædere, argẽtũ ſufficiens Ariſtophani dederunt, ut actũ cõtra ipſum cõſtitueret: & hic perſuaſus ſenem quendam Strepſiaden uocatũ, finxit à debitis oppreſſum, quæ iam cõſumpſerat circa filij Phidippidæ equorũ nutritionem. Sic autem his habentibus, non habens hic Strepſiades quid faciet circa debita, conſultat adducere Socrati huius filium, ut ab ipſo iniuſtum diſceret

ſceret ſermonem, & ſic creditores expelleret. Phidippides quidem igitur multa precante patre adire nõ perſuaſus eſt. Incompos autem exiſtens hic ſenex in illum ſpei, & non habens quis & fieret, in ſecundã uidit nauigationem: nihil enim ætatis curans, neq; conſiderans ſi aliquibus abſurdus uideretur uir ſenectutis uiæ diſcere: tanquam ualde iuuenis incipiens: ſed in unum aſpiciens ſolũ illud ſi utiq; potẽs fieret creditores per perſuaſionem priuare pecunijs. Ipſe accedit Socrati: non habens autem ſeruientem intelligentiæ mentem, ſed talis exiſtens quibus diſcebat, qualis et antequàm diſciplinã attigiſſet. ipſe quidem deſperauit doceri. Adiens autẽ filio, & rurſus multis fecit precationibus unum Socratis conuerſatorum fieri: hic autem & factus eſt & didicit. Conſtituitur autem actus ex choro nebularum. Habet autem accuſationem Socratis, quòd conſuetos Deos dimittens, nouos putauit dæmones aërem, nebulas, & talia.

FABVLAE PERSONAE.

Strepſiades.	*Iuſtus ſermo.*
Phidippides.	*Iniuſtus ſermo.*
Seruus Strepſiadæ.	*Creditor Paſias.*
Diſcipulus Socratis.	*Teſtis.*
Socrates.	*Alter fœnerator Amynias*
Chorus nebularum.	*Chærephon.*

ARISTOPHANIS

NEBVLAE.

STREPSIADES PRAELOQVENS.

HEV, *heu,*
O' Iupiter *Rex res noctium quanta*
Infinita:neq; unquam dies fiet.
Et quidem multò ante gallũ audiui ego.
Ipſi autẽ famuli ſtertũt:ſed non antehac.
Pereas ſcilicet ô bellum multorum gratia,
Quòd neq; plectere licet mihi famulos.
Sed neq; bonus hiccine adoleſcens
Expergiſcitur noctu:ſed pedit
In quinq; pelliceas inuolutus.
Sed ſi uidetur,ſtertamus operti.
Sed non poſſum miſer dormire morſus
A' ſumptu,& præſepi,& ære alieno,
Propter hunccine filium.hic autem comam habens
Equitatq́;,& duplici iugo uehitur,
Somniatq́; equos.ego autem pereo,
Videns agentem Lunam uigeſimas.
Ipſa enim fœnora procedunt. accende famule lucernam,
Et profer libellum,ut legam capiens
Quàm multis debeo,& ratiociner de uſuris.
Age uideam quid debeo.duodecim mnas Paſiæ,
Qui duodecim mnas Paſiæ? *quid uſus ſum?*
Quando emi coppaciam.hei mihi miſero.
Vtinam amputatus eſſet prius oculus lapide.

Philo iniquè facis,age tuum ipſius curſum.
Hoc eſt hoc malum quod me perdidit.
Somniat enim & dormiens equariam.
Phi. Quot ſpacia agunt currus?
Str. Me quidem tu multa patrem agis per ſpacia.
At quod æs alienum petit me poſt Paſiam?
Tres minæ,ſella & rotis amyniæ.
Phi. Abige equum conuertens domum.
Str. Sed ô infelix eieciſti me ex meis,
Quoniam & multis teneor:& alteri fœnore
Oppignerare aiunt.PHI.Verum ô pater
Quid ſtomacharis,& uerſaris nocte tota?
Str. Mordet me popularis aliquis ex ſtratis.
Phi. Sine ô infelix dormire aliquantulum me.
Str. Tu uerò dormi.æs alienum autem hoc ſcias quòd
In caput omne tuum uertetur.
Hem,utinam pronuba periret male,
Quæ me uxorem ducere incitauit tuam matrem.
Mihi enim erat ruſtica ſuauiſsima uita,
Marceſcens,inornata,ocioſe iacens,
Abundans apibus,& ouibus,& uitibus.
Poſtea duxi uxorem Megaclei magnæ gloriæ
Neptem ruſticus exiſtens ex ciuitate,
Pudicam,deliciatam,fucatam:
Hanc quando uxorem duxi,ſimul concubui ego
Olens fece,caricitate,lanarum opulentia.
Hæc autem rurſus, unguento, croco, mixtione in ore linguarum,
Sumptu, prodigalitate, uenere, generatione.
Non quidem dicam quantum tarda erat,ſed conſumebat.

Ego autem ipſi pallium oſtendens hoc
Cauſam dicebam, ô mulier ualde conſumis.
Ser. Oleum nobis non ineſt in lucerna.
Str. Hei mihi quid enim bibulam accendiſti Lucernam,
Huc ueni ut lugeas. SER. Propter quid iam lugebo?
Str. Quia craſſas impoſuiſti papyros.
Poſt hæc ut nobis natus eſt filius hiccine,
Mihiq; iam & uxori bonæ
Circa nomen iam hæc obiurgamus.
Hæc quidem enim equum apponebat ad nomen
Xanthippum, uel Charippum, uel Callipiden.
Ego aui ponebam Phidonidea.
Tunc quidem igitur differebamur: poſtea tempore
Communiter conuenimus, & poſuimus Phidippiden.
Hunc filium capiens blandiebatur.
Quando tu magnus exiſtens currũ impelles ad ciuitatẽ,
Quemadmodum Megaclees ueſtem ſubtilem habens. ego
autem dixi:
Quando quidem igitur capras ex Phelleo,
Quemadmodum pater tuus pelliceam indutus.
Sed non perſuaſus eſt meis nihil uerbis,
Sed equorum deſyderium mei contra fudit res.
Nunc igitur totam noctem cogitans uiam,
Vnam inueni immutabilem feliciter eximiam:
Quam ſi perſuadebo hunc, ſeruabor.
Sed excitare primum ipſum uolo.
Quomodo certè ſuauiſſimè ipſum excitabo? quomodo?
Phidippides, Phidippidule. PHI. Quid ô pater?
Str. Oſculare me, & manum da dexteram.
Phi. Ecce. quid eſt? STR. Dic mihi, diligis me?

Per

Phi. Per Neptunum hunc equeſtrem.
Str. Non mihi hunc nequaquam equeſtrem.
Hic enim deus cauſa mihi malorum.
Sed ſi ex corde me uerè diligis
O' fili, perſuadere. PHI. Quid igitur perſuadebor certè ti-
Str. Muta quamcitiſsimè tuijpſius mores. (bi?
Et diſce ueniens quæ te ego admonebo.
Phi. Dic iam quid iubes? STR. Et quid? perſuadeberis? PHI. Perſuadebor
Per Dionyſium. STR. Age nunc uenerare.
Vides portulam hanc & domunculam?
Phi. Video. quid igitur hoc eſt uerè ô pater?
Str. Animarum ſapientium hæc eſt ſchola.
Hic inhabitant uiri qui cœlum
Dicentes perſuadent quòd eſt furnus,
Et eſt circa nos hic, nos autem carbones.
Hi docent argentum ſi quis det
Dicentem uincere & iuſta & iniuſta.
Phi. Sunt autem qui? STR. Non ſcio uerè nomen,
Aerumnarum curatores, boniq; & honeſti.
Phi. Heu praui ſcio, ſuperbos,
Pallentes, nudos pedibus dicis,
Quorum infelix Socrates, & Chærephon.
Str. Heu heu, tace, nihil dicas ſtultum.
Sed ſi quid curas paternas farinas,
Horum fias mihi linquens artem equitandi.
Phi. Non per Dionyſium ſi dares mihi
Phaſianos, quos nutrit Leogoras.
Str. Age precor ô dilectiſſime hominum mihi
Iens docere. PHI. Et quid tibi diſcam?

Str. Eſſe apud ipſos dicunt ambos ſermones
Potentiorem quicunq; eſt & inferiorem.
Horum alterum ſermonum inferiorem
Vincere dicentem dicunt iniuſtiſſima.
Si igitur didiceris mihi iniuſtum hunc ſermonem,
Quæ nunc debeo, per te horum debitorum
Non reddam, neq; obolum nulli.
Phi. Non perſuadebor, non enim tolerem uidere
Equites colore triſtificatus.
Str. Non utiq; per Cererem meorum comedes
Neq; ipſe, neq; zygius, neq; ſamphoras,
Sed expellam te ad coruos è domo.
Phi. Sed non negliget me auunculus Megaclees
Equis carentem, ſed uado. te autem non curo.
Str. Sed neq; ego tamen cadens iacebo,
Sed precaturus deos docebor
Ipſe iens in ſcholam.
Quomodo igitur ſenex exiſtens & obliuioſus, & tardus,
Sermonum diligentium ſubtilitates diſcam?
Eundum eſt. cur hæc habens ſtringor.
Sed non uerbero ianuam? ſerue, ſeruule.
Di. Mitte ad coruos. quis eſt uerberans ianuam?
Str. Phidonis filius Strepſiades ex Cicine.
Di. Rudis per Iouem quicunq; ſic uehementer
Inconſyderatè iannam calcitraſti,
Et cogitationem mediam feciſti excogitatam.
Str. Ignoſce mihi. longè enim habito in agris.
Sed dic mihi rem mediam factam.
Di. Sed non fas præterquàm diſcipulis dicere.
Str. Dic nunc mihi audens. ego enim hic

Venio

Venio diſcipulus in ſcholam.

Di. Dicam. putare autem te hæc oportet myſteria.
Interrogauit nuper Chærophontem Socrates
Pulicem quot ſaltauit ipſius pedes:
Mordens enim Chærophontis ſupercilium
In caput Socratis ſaltauit.

Str. Quomodo certè hoc menſurauit? DI. Facillimè.
Ceram liquefaciens, poſtea pulicem capiens
Intinxit in ceram ipſius pedes.
Et poſtea mortuo producta ſunt calciamenta,
Hæc ſubſoluens remenſurauit ſpacium.

Str. O Iupiter rex ſubtilitatis mentium.

Di. Quid certè: alteram ſi audieris Socratis
Cogitationem. STR. Qualem precor apertè dic mihi.

Di. Interrogauit ipſum Chærophon ſphettius,
Quomodo opinione haberet, culices
Per os canere, an per culum.

Str. Quid certè ille dixit circa culicem?

Di. Dixit eſſe inteſtinum culicis
Anguſtum: perparui autem exiſtentis ipſius ſpiritum
Vi ire recta in culum,
Poſtea concauum ad anguſtum adiacentem
Podicem ſonare à ui ſpiritus.

Str. Tuba podex eſt igitur culicum.
O ter beate trula,
An facilè fugiens aufugiet pœnam,
Quicunq; ſciuerit inteſtinum culicis.

Di. Pauloante autem opinionem magnam captus eſt
A catta. STR. Quomodo apertè dic mihi.

Di. Quærentem ipſius Lunæ uias

Et reuolutiones, poſtea ſupra hiantem
A' tecto nocte feles defudit.

Str. Lætatus ſum feli defundenti Socrati.

Di. Heri autem nobis cœna non erat ueſperi.

Str. Eſto, quid igitur ad farinas factum eſt?

Di. In menſa ſpargens tenuem cinerem
Flectens ueru: poſtea circinum capiens,
Ex palæſtra pallium ſurripuit.

Str. Quid igitur illum Thalem admiramur?
Aperi aperi feſtinans ſcholam,
Et oſtende quàm citiſsimè mihi Socratem.
Diſciturio enim. ſed aperi portam.
O' Hercules hæ quales feræ?

Di. Quid admiratus es? cui tibi uidentur eſſe ſimiles?

Str. His ex Pylo captis laconicis.
Sed quid aliquando in terram aſpiciunt hi?

Di. Quærunt hi exiſtentia in terra. STR. Bulbos igitur
Quærunt? ne nunc hoc curate.
Ego enim ſcio ubi ſunt magni, & boni.
Quid hi faciunt uehementer inclinati?

Di. Hi autem erebum inquirunt ſub tartarum.

Str. Quid igitur culus in cœlum aſpicit?

Di. Ipſe ſecundum ipſum aſtronomizare docetur.
Sed intra, ut non ille nobis obuiam fiat.

Str. Nondum, nondum, ſed expectent ut
Ipſis communicem aliquam reculam meam.

Di. Sed non poſsibile ipſis ad aêrem
Eoris immorari multo ualde eſt tempore.

Str. Per deos quid enim hæc ſunt dic mihi?

Di. Aſtronomia quidem hæc. STR. Hoc autem quid?

Geome-

Di. *Geometria.* STR. *Hoc igitur quid eſt utile?*
Di. *Terram remenſurare.* STR. *Vtrum ſortitam?*
Di. *Non, ſed uniuerſam.* STR. *Vrbanum dicis.*
Hæc enim cogitatio popularis & utilis.
Di. *Hic autem tibi terræ circuitus omnis, uides?*
Hæ quidem Athenæ. STR. *Quid tu dicis, non credo,*
Quoniam iudices non uideo ſedentes.
Di. *Valde hic uerè Atticus locus.*
Str. *Et ubi Cicynes ſunt mihi contribules?*
Di. *Hic inſunt. hæc autem Eubœa ut uides,*
Quæ extenſa eſt longè procul ualde.
Str. *Scio. ab enim uobis extenſa eſt & Pericleo.*
Sed Lacedæmon ubi eſt? DI. *Vbi eſt?*
Str. *Valde propè nos. hoc ualde curate*
Hanc à nobis propagare longe ualde.
Di. *Sed non poßibile per Iouem.* STR. *Lugebitis igitur.*
Age, quis enim hic exiſtens in ciſta uir?
Di. *Ipſe.* STR. *Quis ipſe?* DI. *Socrates.* STR. *Socrates?*
Age hic reuoca ipſum mihi ualde.
Di *Ipſe quidem igitur tu uocato, non enim mihi ocium.*
Str. *O' Socrates.*
O' Socratule. SOCR. *Cur me uocas ô mortalis?*
Str. *Primum quidem quodcunq; facis precor apertè dic mihi.*
Soc. *In aëre uado, & conſydero ſolem.*
Str. *Poſtea à ciſta Deos contemnis?*
Sed non à terra ſiquidem. SOCR. *Non enim unquam*
Inuenirem recte ſublimes res,
Niſi pendens intelligentiam & cogitationem,
Subtilem commiſcens in ſimilem aërem.
Si aũt exiſtẽs humi exiſtentia ſupra de inferius ſpecularer,

Non

Non unquam inuenirem.non enim ſed terra ui
Trahit ad ipſam humorem cogitationis.
Patiuntur autem idem hoc & naſturtia.

Str. Quid dicis?cogitatio trahit humorem in naſturtia.
Age nunc deſcende ô Socratule ad me,
Vt me doceas,quorum gratia ueni.

Socr. Veniſti autem ad quid? STR. Volens diſcere dicere.
Ab uſuris enim creditoribusq; difficillimis
Ducor,feror,res pigneror.

Socr. Vnde autem debitor teipſum oblitus eſt factus?

Str. Morbus me conſumpſit equeſtris grauis comediſſe.
Sed me doce alterum tuorum ſermonum
Exiſtentem nihil reddentem,ſolutionem autem quam
Petieris me iuro tibi depoſiturum per Deos.

Socr. Quales Deos iuras tu?primum enim Dei
Nobis putatio non eſt.STR.Cui enim iuratis?nunquid
Ferreis quemadmodum in Bizantio?

Socr. Vis diuinas res ſcire manifeſtè
Quæ ſunt recte?STR.Per Iouem ſiquidem eſt.

Socr. Et conuenire nebulis in ſermones
Noſtris deabus.STR.Maximè.

Socr. Sede igitur in ſacro ſcamno.

Str. Ecce ſedeo.SOCR.Hanc igitur accipe
Coronam.STR.Ad quid coronam?heu Socrates,
Sic me Athamanta quomodo,non ſacrificabitis.

Socr. Non,ſed omnia hæc initiatis
Nos facimus.STR.Poſtea iam quid lucrabor?

Socr. Dicere fies experientia,crepitaculum flos farinæ.
Sed habe tacite.STR.Per Iouem non falles me.
Conculcatus enim puluis fiam.

Conſtitutio

Conſtitutio ſecundum inciſionem uerſuum duodecim.

Socr. *Laudare oportet ſenem, & ſupplicationi obedire.*
O domine rex immenſe Aër, qui habitas terrā ſuſpenſam,
Splendideq́; æther, uenerandeq́; deæ Nebulæ tonantes fulminibus
Eleuamini, apparete ô dominæ cogitatori altæ.

Str. *Nondum, nondum. antequam hanc ueſtiam, ne irriger.*
Hoc autē non galerū è domo uenire me infelicē habentem.

Socr. *Venite igitur ô multum honoratæ nebulæ huic in demonſtrationem,*
Siue in olympi ſummitatibus ſacris niue percuſsis ſedetis,
Siue Oceani patris in hortis ſacrū chorū ſtatuitis nymphis,
Siue igitur Nili oſtijs aquas aureis hauritis gutturnijs,
Vel Mæotim paludem habitatis, uel ſcopulum niuoſum Mimantis:
Exaudite ſuſcipientes ſacrificium, & ſacris gaudentes.

Cho. *Semper fluentes Nebulæ,*
Eleuemur manifeſtæ,
Roſcidam naturam nobilem,
Patre ab Oceano grauiter ſonante.
Altorum montium uertices in
Arboribus abundantes: ut
Longè lucentes ſpeculas aſpiciamus.
Fructusq́; irrigatamq́; ſacram terram,
Et fluuiorum diuinorum ſtrepitus,
Et pontum reſonantem grauiter.
Oculus enim ætheris ir-
Requietus lucet
Lucidis in ſplendoribus.

Sed

Sed mouentes nebulam pluuialem
Immortales ideas inſpiciamus
Longè uidenti oculo terram.

Soc. O` ualde uenerandæ nebulæ, apertè audiuiſtis me uocantē.
Senſiſti uocem ſimul & tonitru ſonans uenerabile.

Str. Et ueneror ô multum honoratæ, & uolo contra pedere
Ad tonitrua: ſic ipſas tremo, & timui.
Et ſi fas eſt nunciam & non fas eſt, cacaturio.

Soc. Non ne cauillaberis, neq; facies quæ fece Dei hi, (tibus.
Sed lauda, magnū enim aliquid deorū mouetur alueare can

Recantatio reuerſionis.

Cho. Virgines pluuiales,
Eamus pinguem
Terram Mineruæ bonorum uirorum terram
Cecropis uiſuræ multum amabilem,
Vbi reuerentia arcanorum ſacrorum, ubi
Diſcipulorum ſuſceptiua domus
In ſacrificijs ſanctis oſtenditur,
Cœleſtibusq; Deis dona,
Templaq; alta, & ſtatuæ,
Et prouentus beatorum ſacratiſſimi,
Bene coronataq; deorum
Sacrificia, conuiuiaq;
Omnibus in temporibus:
Vereq; ingrediente bacchanalis gratia.
Bene ſonantiumq; chororum motus,
Et Muſa grauiter ſonans tibiarum.

Str. Per Iouem precor te dic quæ ſunt ô Socrates hæ
Loquentes hoc honeſtum, an Heroinæ aliquæ ſunt?

Soc. Minimè. ſed cœleſtes nebulæ magnæ Deæ uiris ocioſis,

Quæ

Quæ ſententiã & diſputationẽ & mentẽ nobis præbent,
Et cultum & abundantiam dictionum,et percuſsionem &
comprehenſionem.

Str. *Hæc audiens ipſarum uocem anima mei uolauit.*
Et ſubtilia dicere iam quærit,& de fumo philoſophari,
Et ſentẽtiolæ ſententiã aperiẽs,altero ſermone cõtradicere.
Quare,ſi quomodo eſt uidere ipſas iam manifeſtè cupio.

Soc. *Vide nũc huc ad Parnaſum: iam enim uideo deſcendentes*
Tacite has. ST. *Age ubi oſtẽde.* SO. *Veniũt hæ ualde multæ,*
Per cõcaua & denſa hæ obliquæ. STR. *Quæ hæc res*
Quòd non uideo? SOC. *Ad ingreſſum.* STR. *Iam nunc*
uix uideo.

Soc. *Nunc iam deſpicis ipſas niſi lippis cucurbitis.*

Str. *Per Iouẽ ego ô multũ honoratæ,omnia enim iam poſsident.*

Soc. *Has tamen tu deas exiſtentes neſciebas,neq; putabas.*

Str. *Per Iouem: ſed nebulam & rorem ipſas putabam,& um-*
bram eſſe.

Soc. *Non enim per Iouem ſciebas quòd plurimos hæ nutriunt*
ſophiſtas,
Vates, medicos,philoſophos,
Rotundorũq; chororũ cantu flexores, uiros impoſtores,
Nihil facientes,nutriunt ocioſos quòd has laudant.

Str. *Hæc faciebant humidarum nebularum uerſionem ſplendo-*
ris ſeparatum motum
Crinesq; centumcapitũ Typhonis, ſpirantemq; procellas,
Poſtea uentos humidos,coruos,uultures in aëre natantes,
Hymbresq; aquarum roſcidarum nebularum. poſtea pro
ipſis deglutiebant
Ceſtrorum partes magnorum bonorum,carnesq; auinas
turdorum.

Per tamen

Soc. Per tamen has nõ iuſtè. STR. Dicito iam mihi quid paſſæ
(Siquidem nebulæ ſunt uerè) mortalibus ſimiles ſunt mulieribus?
Non enim illæ ſunt tales. SOC. Age quales enim nã ſunt?
Str. Non ſcio manifeſtè. ſimiles ſunt igitur lanis uolantibus,
Et non mulieribus per Iouem nequaquam. hæ autem nares habent.
Soc. Reſponde nunc quæcunq; te interrogabo. STR. Dic cito quodcunq; uis.
Soc. An unquam reſpiciens uidiſti nebulam centauro ſimilem?
Vel pardo, uel lupo, uel tauro? ST. Per Iouem ego. poſtea quid hoc?
Soc. Fiunt omnia quodcunque uolunt. & poſtea ſiquidem uiderint capillatum
Ruſticũ aliquem denſorũ horũ, qualem illum Xenophanti
Cauillantes furiam ipſius centauris aſsimilant ipſas.
Str. Quid enim, ſi rapacem publicorum reſpiciant Simonem, quid faciunt?
Soc. Oſtendentes naturam ipſius, lupi repente fiunt.
Str. Hæc igitur hæc Cleonymum hæ timidum heri uidentes,
Quòd timidiſsimum hunc uidebant, cerui propter hoc factæ ſunt.
Soc. Et nunc quòd Cliſthenem uiderunt (uides) propter hoc factæ ſunt mulieres.
Str. Gaudete igitur ô dominæ. & nunc ſiquidem alicui & alij
Magnam rupiſtis & mihi uocem, ô omnium Reginæ.

Conſtitutio per inciſionem uerſuum ſex.

Cho. Gaude ô ſenex antique uenator ſermonum ſcientificorum.
Tuq; tenuiſsimarum nugarum ſacerdos dic ad nos quodcunque uis.

Non

Non enim alij obediemus horũ nunc altorũ ſophiſtarum.
Præterquàm uel Prodico. huic quidem ſapientiæ & ſcientiæ gratia: tibi autem habes,
Quòd extolleris'q; in uijs, & oculos eijcis,
Et pedes nudus mala multa toleras, et in nobis caſtũ uultũ.

Str. O terra locutione ualde, ſacra & uenerabilis & monſtruoſa.

Soc. Hæ enim ſolæ ſunt deæ. alia autem omnia ſunt nugæ.

Str. Iupiter autem nobis age per terram non cœleſtis neque Deus eſt?

Soc. Qualis Iupiter? non, ne nugeris, neque eſt Iupiter. STR. quid dicis tu?
Sed quis pluit? hoc enim mihi oſtende primũ omnium.

Soc. Hæ iam ubiq;. magnis autem ſignis ego teipſum docebo.
Age, ubi enim nunquam ſine nebulis pluentem iam uidiſti?
Et oportebat ſerenitate exiſtente pluere ipſum, has autem peregrinari.

Str. Per Apollinem hoc nunc ſermone bene locutus es.
Et prius Iouem uerè putabam per cribrum mingere.
Sed quis tonitruans eſt dic: hoc me facit tremere.

Soc. Hæ tonitruant uolutæ. STR. quomodo ô omnia audens?

Soc. Quando repletæ ſunt aqua multa, & cogantur ferri
Præcipitatæ plenæ hymbre neceſſariò: poſtea graues
Inter ſe incidentes rumpuntur, & ſonant.

Str. Hic autem cogens eſt quis ipſas? non Iupiter ut ferantur?

Soc. Minimè, ſed æthereus turbo. STR. Turbo? hoc me latebat.
Iupiter non exiſtens, ſed pro ipſo turbo nunc regnans.
Sed nondum de ſono & tonitru me docuiſti.

Soc. Non audiſti me? nebulas aqua plenas quòd dico
Incidentes inter ſe ſonare propter denſitatem?

Str. Age hoc, cui oportet credere? SOC. À teipſo ego te docebo,
Iam iure Panathenæis impletus, poſtea turbatus es
Ventrem: & turbatio repentè ipſum per latrauit?

Str. Per Apollinem, & grauia facit ſtatim mihi & turbauit.
Et tanquam tonitrus iuſculum ſonat, & grauiter clamauit.
Quiete primũ pappax, & poſtea inducit papapappax:
Et quando caco ualdè tonitruat papapappax, quemadmodum illæ.

Soc. Conſydera igitur à uentriculo hoc qualia pepediſti.
Aërem autem hunc exiſtentem infinitum quomodo nõ decens ualdè tonare?
Hæc igitur & nomina inter ſe tonitrus et crepitus ſimilia.

Str. Sed fulmen unde rurſus fertur ſplendens igne, (hoc doce,)
Et penitus comburit percutiens nos, uiuentes autem circumurit?
Hoc enim iam manifeſtè Iupiter miſit in periuros.

Soc. Et quomodo ô rudis tu, & ſaturnalia olens, & antique.
Siquidem percutit periuros, quomodo igitur non Simonem inuſsit?
Neq; Cleonymum, neq; Theorum: & tamen uehementer ſunt periuri:
Sed ipſius templum percutit, & ſummũ altum Athenienſium,
Et quercus magnas, quid patiens: non enim iam quercus peierat.

Str. Nõ ſcio, ſed benedicere uideris. quid enim eſt igitur fulmẽ?

Soc. Quando in ipſas uentus eleuatus decluſus eſt,
Intus ipſas tanquã ueſsicam inflat, & poſtea ſub neceſsitate
Rumpens ipſas, extra fertur auſterus propter denſitatem,
À ſorbitione & impetu ipſe ſeipſum comburens.

Per

Str. Per Iouem, ego igitur apertè paſſus ſum hoc aliquando iouiálibus.
Aſſabam uentrem affinibus, & poſtea non ſcindebam negligens.
Hic autem igitur inflabatur: poſtea repentè perreſonans ad ipſos,
Oculos mei ſparſus eſt, & combuſsit uultum.

Conſtitutio per inciſionem uerſuum octo.

Soc. O magnæ ſapientiæ deſyderans homo à nobis,
Valdè fœlix in Athenienſibus & Græcis fies.
Si memor es & ſtudens, & miſerrimum ineſt
In anima: & non laboras, neq; ſtans, neq; ambulans,
Neq; frigens triſtaris ualdè, neq; prandere cupis,
Vinoq; abſtines, & gymnaſijs alijs uenereis,
Et optimum hoc putas (quod decens prudentem uirum)
Vincere faciens, & conſulens, & lingua bellans.
Str. Sed gratia animæ firmæ, difficilisq; curæ,
Et parci, conſumpti uictu uentris, & holera cœnantis:
Nil cura confidens gratia horum eſſe fabrum ferrarium præberem.
Soc. Aliud aliquid igitur. putabis iam Deum nullum præter quæ nos,
Chaos hoc, & nebulas, & linguam: tria hæc.
Str. Neq; diſputarem manifeſtè alijs, neq; obuians,
Neq; ſacrificarem, neq; libarem, neq; imponerem thus.
Cho. Dic nunc nobis quid tibi faciamus confidens, quòd non incompos uoti eris,
Nos honorans, & admirans, & quærens prudens eſſe.

Str. O dominæ precor igitur uos hos ualde paruum:
Græcorum eſſe me dicere centum ſtadijs optimum.
Cho. Sed erit tibi hoc à nobis. quare in futurum ex nunc
In populo ſentẽtias magnas nemo uincere plures quàm tu.
Str. Ne mihi dicere ſententias magnas: non enim hæc cupio:
Sed quæcũq; mihi ipſi inuertere iuſtitias, et creditores fuge(re.
Cho. Aſſequeris igitur quæ cupis: nõ enim magna cupis.
Sed teipſum præbe confidens noſtris famulis.
Str. Faciam hoc uobis credens, neceßitas enim cogit. (rũt.
Propter equos kappainuſtos, et nuptias, quæ me cõſumpſe
Nunc igitur fœneratorum, apertè quodcunq; uolunt.
Hoc meum corpus ipſis
Præbeo uerberare, eſurire, ſitire,
Squalere, frigere, utrem excoriare.
Siquidem debita perfugiam,
Hominibusq́; eſſe uidebor
Alacris, ſuauiloquus, audax, impetuoſus,
Odioſus, mendaciorum conglutinator,
Inuentor uerborum, deſtructio iuſtitiarum,
Tabula legum, crepitaculum, uulpes, conuerſatio,
Inconſtans, dißimulator, ſordes, ſuperbus,
Stimulator, ſceleſtus,
Verſutus, difficilis, moroſus.
Hæc ſi me dicunt obuiantes,
Faciant apertè quodcunq; uolunt.
Et ſi uolunt per Cere-
Rem, ex me uiſcera
Curatoribus apponant.
Soc. Prudentia quidem adeſt huic
Non puſillanimis, ſed parata. ſcias autem quòd

Hæc

Hæc diſcens à me,
Gloriam magnam
In hominibus habebis.

Str. Quid perſuadebor?

Soc. Omne tempus mecum
Beatiſsimam uitam ho-
Minum deges.

Str. Igitur hoc igitur ego
Quando uidebo?

Soc. Vſq; ad tui multos
In ianuis
Semper ſedere,
Volentes communicare,
Quòd & in ſermonem uenire
Res & contradictiones
Multorum talentorum
Digna tua mente
Conſultaturos tecum.

Cho. Sed incipe ſenem quocunq; uis addocere,
Et moue mentem ipſius, & uoluntatem experire.

Soc. Age iam apertè dic mihi tu tuiipſius morem,
Vt ipſum ſciens quicunq; eſt inuentiones
Iam in his ad te nouas apportem.

Str. Quid autem? murum pugnare mihi intelligis per Deos?

Soc. Non: ſed pauca te interrogare uolo,
Si memor es. STR. Duobus modis per Iouem.
Siquidem debetur mihi, memor ualdè.
Si autem debeo miſer, obliuioſus ualdè.
Ineſt igitur tibi dicere in natura?

Str. Dicere quidem non ineſt: auferre autem ineſt.

Soc. Quomodo igitur poteris diſcere? STR. Profectò bene.
Soc. Age nunc ut quando quid adducam ſapiens
De altis, ſtatim ſurripias.
Str. Quid autem? canine ſapientiam comedam?
Soc. Homo indoctus hic, & barbarus.
Timeo te ô ſenex ne plagis indigeas.
Age uideo. quid faceres ſi quis te uerberaret. STR. Verberor.
Et poſtea continens pauliſper, teſtem adducam:
Poſtea rurſus parumper relinquens, ad iudicium ibo.
Soc. Age nunc depone pallium. STR. Iniuria te affeci quid?
Soc. Non, ſed nudos intrare ſancitum eſt.
Str. Sed non furans ego intro.
Soc. Depone, quid nugaris? STR. dic iam nunc mihi hoc.
Si acuratus ſim, & promptus diſcam,
Cui diſcipulorum ſimilis ero?
Soc. Nihil differes Chærephonti naturam.
Str. Heu miſer ſemimortuus ero.
Soc. Non, ne loqueris, ſed ſequeris me:
Feſtinans quid huc cito. STR. In manus nunc
Da mihi placentam prius: quod timeo ego
Intro deſcendens tanquam in Trophonij.
Soc. Procede, quid inclinans habens in ianuis?

Particula uerſuum octo.

Cho. Sed eia gaudens uirilitatis
Gratia huius,
Felicitas facta ſit ho-
Mini, quòd prouentus
In profundum ætatis,

Iunioribus naturam ipſius
Rebus colorat,
Et ſapientiam exercet.

Tranſgreſſio uerſuum quadraginta-
quinque

O' ſpectatores dicam ad uos liberè
Vera, per Dionyſium nutrientem me.
Sic uincerem ego & putarer ſapiens,
Sicut uos putans eſſe ſpectatores idoneos,
Et hanc ſapientiſsima habere mearum comœdiarum.
Primos dignos iudicaui reguſtaſſe uos, quæ præbuit mihi
Opus plurimum: poſtea receßi à uiris grauibus
Victus non dignus exiſtens. hæc igitur uobis accuſo
Sapientibus, quorum gratia ego hæc negociabar.
Sed neq; ſic ueſtrũ unquam uoluntarius amittã ſapientes.
Ex quo enim hic à uiris, quibus ſuaue & dicere
Et ſophron & catapygon, optimè auditæ ſunt.
Et ego uirgo enim adhuc eram, & non licebat aliquo modo mihi parere.
Expoſui: filia autem altera quædam accipiens recepit:
Vos autem nutriuiſtis generoſè & inſtruxiſtis.
Ex hoc mihi fida apud uos uoluntatis ſunt iuſiuranda.
Nunc igitur Electram ſecundum illam hæc comœdia
Quærens uenit: ſicubi contigerit ſpectatoribus ſic ſapientibus.
Cognoſcet enim ſiquidem uiderit fratris cæſariem,
Quòd autẽ caſta eſt natura cõſyderate: quæ primũ quidem
Nullum uenit ſuta coriaceum depoſitum
Rubrum ex ſummitate craſſum: puerulis ut eſſet riſus.
Neq; cauillata eſt caluos, neq; laſciuã ſaltationem traxit,

Neq; ſenex dicens uerba, baculo
Verberat præſentem, delens prauas cauillationes.
Neq; introduxit tedas habens, neq; heu heu clamat.
Sed ipſi & uerbis confidens uenit.
Et ego quidem talis uir exiſtens poëta non ſuperbio.
Neq; uos quæro decipere bis & ter hæc inducens:
Sed ſemper nouas ſpecies inferens ſapiens ſum,
Nihil inter ſe ſimiles, & omnes ſapientes.
Qui maximum exiſtentem Cleonem *percuſsi in uentrem,*
Et non amplius rurſus inſilui ipſi iacenti.
Hi autem (poſtquam ſemel tradidit anſam Hyperbolus*)*
Hunc miſerum calcitrant ſemper & matrem.
Eupolis quidem Maricam *primum attraxit,*
Euertens noſtros equites malus malè:
Addens ipſi uetulam ebriam laſciuæ ſaltationis gratia,
Quam Phrynichus *olim fecit, quam balena comedit,*
Poſtea Hermippus *rurſus fecit in* Hyperbolum,
Aliiq; iam omnes firmarunt in Hyperbolum,
Imagines anguillarum meas imitantes.
Quicunq; igitur his ridet, meis non gaudeat.
Si autem me & meis lætamini inuentionibus,
In tempora altera lætari uidebimini.

Cantus & uerſio membrorum
duodecim.

Cho. *Altè gubernantem quidem deorum*
Iouem tyrannum in chorum
Primum magnum uoco.
Magnum roboreq; triden-
Tis cuſtodem, terræq; & ſal-
Si maris ferocem motorem,

Et ma-

Et magnum nomine noſtrum pa-
Trem æthera caſtiſsimum uitam nutrientem omnium.
Hunćq; Hipponomam qui ſuper
Lucidis radijs detinet
Terræ campum, magnus in deis
In mortalibuſq́; dæmon.

Aduerbium uerſuum uiginti.

Cho. *O' ſapientiſsimi ſpectatores, huc mentem attendite,*
Iniuria affectæ enim uos accuſamus contra.
Plurimum enim deorum omnium iuuantibus ciuitatem
Dæmonum nobis ſolis non ſacrificatis, neq; libatis
Quæ ſeruamus uos: ſi enim ſit aliquis exitus
Nulla cũ mente, tunc uel tonamus, uel parum pluimus.
Poſtea deis inimicum coriarium paphlagonem
Quando delegiſtis imperatorẽ, ſupercilia cõgregauimus,
Et fecimus grauia: tonitru autẽ ruptũ eſt cũ corruſcatione.
Luna autem reliquit uias: Sol autem
Radium in ſeipſum ſtatim contrahens,
Non lucere dicebat uobis, ſi eſſet prætor Cleon.
Sed tamen delegiſtis hunc. dicunt enim malum conſilium
Huic ciuitati adeſſe. hæc autem deos
Quæ uos peccaſtis, in melius uertere.
Quòd autem & hoc conferet facilè docebimus:
Si Cleonem rapacem donis capientes & furto,
Poſtea obturabitis huius ligno ceruicem.
Rurſus in antiquùm uobis ſiquid peccatum fuerit,
In melius res ciuitati conferet.

Recantatio & reuerſio uerſuum duodecim.

Cho. *Circa me rurſus Phœbe rex*

Delie Cynthiam habitans
Altam petram:
Quæq; Epheſi beata totam
Auream habitas domum, in qua
Puellæ lydorum magnopere honorant.
Hæcq; ciuilis noſtra dea
Aegidis auriga, ciuitatis patrona Minerua.
Parnaſiamq; qui habitans
Petram, cum piceis luces,
Bacchis delphicis decens
Ebrie Dionyſe.

Readuerbium uerſuum uiginti.

Cho. *Quando nos huc uenire apparauimus,*
Luna obuians nobis mandauit dicere:
Primũ quidem ſaluere Athenienſibus & auxiliatoribus.
Poſtea iraſci dixit: grauia enim paſſa eſſe,
Iuuans uos omnes non ſermonibus, ſed manifeſtè.
Primũ quidem menſe in tedã non minus, quàm drachmam.
Vt & dicant omnes exeuntes ueſperi.
Ne eme puer tedam, quoniam lumen Lunæ pulchrum.
Aliaq; benefacere dicit uos, & non ducere dies
Nihil rectè: ſed ſuperiusq; & inferius turbare.
Quare minari dicit ipſi deos ubilibet.
Quando fruſtrati ſunt cænæ, & abierunt domum,
Feſtum non contingentes ſecundum rationem dierum:
Et poſtea quãdo ſacrificare oportet, torquetis et iudicatis.
Sæpe autem nobis ducentibus deis ieiunium
Quando lugemus, uel Memnonem, uel Sarpedonem
Libatis uos, & ridetis pro his ſortitus Hyperbolus
Heri ſacrificare: & poſtea à nobis deis

Corona

Corona priuatus eſt: magis enim ſic ſciet
Secundum Lunam quòd ducere oportet uitæ dies.

Soc. Per reſpirationem, per chaos, per aërem.
Non uidi ſic uirum ruſticum nullum,
Neq; impotentem, neq; rudem, neq; obliuioſum,
Qui ludos quoſdam paruos diſcens,
Hæc oblitus eſt ante diſcere. tamen certè
Ipſum uoco foras huc ad lumen.
Alicubi Strepſiades exi ſcamnum capiens.

Str. Sed non ſinunt me efferre cimices.

Soc. Feſtinans quid depone, & adhibe mentem. STR. Ecce.

Soc. Age iam quid uis primum nunc diſcere,
Quæ non es doctus nunquam nullo modo, dic mihi?
Vtrum de metris, uel de uerbis, uel de cantibus.

Str. De metris: ego nuper enim
À frumenti uenditore deceptus ſum biſemodio.

Soc. Non hoc interrogo te, ſed quod optimum metrum
Putas? utrum trimetrum? an tetrametrum?

Str. Ego quidem nihil prius ſemiſextario.

Soc. Nihil dicis ô homo. STR. Reſpice nunc me,
Si non tetrametrum eſt ſemiſextarium?

Soc. Ad coruos quòd ruſticus es, & indiſciplinabilis,
Citò poteris diſcere tu de cantibus.

Str. Quid autem mihi proſunt cantus ad farinas.

Soc. Primum quidem eſſe facundo in conuentu:
Poſtea audire qualis eſt cantuum,
Secundum enopliũ: & qualis rurſus ſecundũ dactylum.

Str. Secundum dactylum, per Iouem ſed ſcio. SOC. Dic iam.

Str. Quis alius pro hoc dactylo?
Ante hoc quidem adhuc me puero exiſtente hic.

Inutilis

Socr. *Maſculina autem qualia nominum?* STR. *Infinita.*
Philoxenus, Meleſias, Amynias.
Soc. *Sed ô agricola hæc ſunt non maſculina.*
Str. *Non maſculina uobis ſunt.* SOC. *Nequaquam, quoniam*
Quomodo uocabis obuians Amyniæ?
Str. *Quomodo? ſic. Veni huc Amynia.*
Soc. *Vides? mulierem Amyniam uocas.*
Str. *Igitur iuſtè quicunq; non militat.*
Sed quid hæc quæ omnes ſcimus diſco?
Soc. *Nihil per Iouem, ſed declinatus hic.* STR. *Quid faciam.*
Soc. *Excogita quid tuijpſius rerum.*
Str. *Non igitur (ſupplico) hic, ſed ſi tandem oportet*
Humi me ſine ipſa hæc excogitare.
Soc. *Non ſunt præter hæc alia.* STR. *Infelix ego,*
Qualem pœnam cimicibus dabo hodie.
Soc. *Conſydera iam & diſpice omnia, moremq; tuijpſius*
Verſa denſans. citus autē quando in difficultatē incideris,
In aliam ſalta cogitationem mentis.
Somnus autem abſit dulcis animo oculis.
Str. *Papè, papè.* SOC. *Quid pateris? quid facis?*
Str. *Perditus ſum miſer è ſcabello.*
Mordent me extra ſerpentes corinthij,
Et latera deuorant,
Et animam ebibunt,
Et teſticulos extrahunt,
Et culum defodiunt.
Et me perdunt. SOC. *Non nunc grauiter dole ualdè.*
Str. *Et quomodo, quando mei*
Vanæ res, uanus dolor,
Vana anima, uanum autem calciamentum,

Et ad

Et ad hæc item mala,
Cuſtodiæ cantans,
Breui uanus factus ſum.

Soc. *Hic quid facis? non cogitas?* STR. *Ego?*
Per Neptunum. SOC. *Et quid igitur cogitaſti?*

Str. *A cimicibus ſi mei quid relictum eſt.*

Soc. *Perderis peſſime.* STR. *Sed ô bone perij nuper.*

Soc. *Non pigreſcenda, ſed obtegenda.*
Inuenienda enim mens priuatiua,
Et deceptio. STR. *Heu, quis igitur inijciet*
Ex pellibus agnorum ſententiam priuatiuam.

Soc. *Age nunc uidebo primum quodcunq; facit hoc,*
Hic dormis. STR. *Per Apollinem ego quidem non.*

Soc. *Habes aliquid?* STR. *Per Iouem nihil ego.* SOC. *Nihil omnino?*

Str. *Nihil præter quàm teſticulum in dextera.*

Soc. *Non coopertus citò aliquid cogitabis?*

Str. *De quo? tu enim mihi hoc dic ô Socrates.*

Soc. *Ipſe quodcunq; uis primus excogitare dic.*

Str. *Audiuiſti infinities quæ ego uolo.*
De uſuris, ut reddam nulli.

Soc. *Age nunc cooperire, & firmans cogitationem*
Subtilem, paulatim conſydera res:
Recte diuidens & ſpeculans. STR. *Hei miſer.*

Soc. *Habe tacite: & ſi non poteris aliquid cogitationum,*
Dimittens abi, & poſtea ſententiam rurſus
Moue iterum: idem & conſydera.

Str. *O Socratule dilectiſſime.* SOC. *Quid ô ſenex.*

Str. *Habeo uſuræ ſententiam priuatiuam.*

Soc. *Oſtende ipſam.* STR. *Dic iam nunc mihi.* SOC. *Hoc quid?*

Mulierem

Str. *Mulierem ueneficam ſi emens Theſſalam,*
Deponam nocte Lunam: poſtea iam
Ipſam includam in uaſe rotundo,
Tanquàm ſpeculo, & poſtea ſeruabo habens.
Soc. *Quid certè hoc proderit tibi.* STR. *Quòd*
Si non amplius orietur Luna nuſquam:
Non reddam uſuras. SOC. *Quid iam?*
Str. *Quia in menſem argentorum fit mutuatio.*
Soc. *Bene, ſed aliud rurſus tibi proponam aptum.*
Si tibi ſcribetur quinq; talentorum aliqua pœna,
Quomodo ipſam delebis dic mihi?
Str. *Quomodo? quomodo neſcio: ſed quærendum.*
Soc. *Non nunc circa te ipſum cape ſententiam ſemper,*
Sed dimitte cogitationem in aërem
Lino ligatum tanquam Melolonthen pede.
Str. *Inueni deſtructionem pœnæ ſapientiſſimam:*
Vſq; ad ipſum fateri te mihi. SOC. *Qualem quam?*
Str. *Iam apud unguentarios lapidem*
Hanc uidiſti, pulchram, lucidam
À qua ignem accendunt? SOC. *Vitrum dicis?*
Str. *Ego.* SOC. *Age quid certè?* STR. *Si hanc capiens*
Quando ſcribet pœnam ſcriba,
Longè ſtans hic ad ſolem,
Literas liquefacerem meæ pœnæ.
Soc. *Sapienter per gratias.* STR. *Hei quàm lætor:*
Quòd quinq; talentorum deleta eſt mihi pœna.
Soc. *Age iam citò hoc arripe.* STR. *Hoc quid?*
Soc. *Quomodo auertes aduerſorum pœnam*
Debiturus, non præſentibus teſtibus.
Str. *Viliſſimè & facillimè,* SOC, *Dic iam,* STR, *Et iam dico.*

Si ulterius

Si ulterius adhuc una imminente pœna
Ante meam uocari ſuffocabor currens.

Socr. *Nihil dicis.* STR. *Per Deos ego, quoniam*
Nullus contra me mortuum inducet pœnam.

Socr. *Nugaris, abi, non docebo te amplius.*

Str. *Quid? ita per Deos ô Socrates.*

Socr. *Sed ſtatim obliuiſceris tu quæcunq; & diſces:*
Quoniam quid iam primum doctus es dic.

Str. *Age ſcio. quid tamen primum erat? quid primum erat?*
Quæ erat in qua pinſimus quidem farinas?
Hei mihi quæ erat? SOCR. *Non ad coruos longè corrumperis,*
Obliuioſiſsime & indoctiſsime uetule?

Str. *Hei mihi, quid igitur certè infelix patiar?*
Longè enim pereo non diſcens linguam uertere.
Sed ô Nebulæ bonum aliquid conſulite.

Soc. *Nos quidem ô ſenex conſulimus*
(Si tibi aliquis filius eſt nutritus)
Mittere illum pro teipſo diſcere.

Str. *Sed eſt mihi filius bonusq; & honeſtus:*
Sed non uult enim diſcere. quid ego paſſus ſum?

Soc. *Tu autem cõcedis?* STR. *Boni corporis eſt enim & uiget,*
Et eſt ex mulieribus elatis his Cœſyræ.
At accedo ipſum. ſi autem non uoluerit,
Non eſt quomodo non expellam ex domo.
Sed expecta me paruo intrans tempore.

Verſio uerſuum decem.

Cho. *An ſentis plurima*
Per nos bona ſtatim
Habiturus ſolas dearum?

Quòd

Quòd promptus hic eſt
Omnia facere quæcunq; iubeas.
Tu autem uiro ſtupido,
Et manifeſtè elato,
Intelligens à lambes quodcunq; plurimum potes.
Citò, conſueſcunt enim aliquo modo ta-
Lia aliter uerti.

Str. Non per obſcuritatem amplius hic manebis,
Sed commodè iens Megaclei columnas.

Phi. O infelix, quam rem pateris ô pater?
Non bene ſapis per Iouem olympium.

Str. Ecce ecce Iouem olympium fatuitate
Iouem putare exiſtentem talem.

Phi. Quid autem hoc riſiſti uerè? STR. Recordatus
Quòd puerulus es, & ſapis antiqua:
Tamen quidem accede ut ſcias plura.
Et tibi dicam rem quam tu diſcens uir eris,
Quomodo autem hoc non doceas nullum.

Phi. Ecce quid eſt? STR. Iuraſti nunc per Iouem?

Phi. Ego. STR. Vides igitur quòd bonum diſcere?
Non eſt ô Phidippide Iupiter. PHI. Sed quis?

Str. Turbo regnat Iouem expellens.

Phi. Papè, quid nugaris? STR. Scias hoc ſic habens.

Phi. Quis dicit hæc? STR. Socrates Melius,
Et Chærephon, qui ſcit pulicum ueſtigia.

Phi. Tu autem in tantum inſaniarum ueniſti,
Vt uiris perſuaſus ſis furẽtibus. STR. Bona uerba dicas,
Et nihil dicas malum uiris prudentibus
Et mentem habentibus, quorum à parſimonia
Tonſus eſt nullus nunquam neq; unctus eſt,

Nullus balneum adiuit lauandus. tu autem
Tanquam mortui deſtruis mei uitam,
Sed quàm citiſsimè iens gratia mei diſce.

Phi. Quid autem ab illis & diſceret bonum aliquis?

Str. Verè, quæcunq; ſunt in hominibus ſapientia.
Cognoſces autem teipſum, quòd rudis es & craſſus:
Sed expecta me paruo hic tempore.

Phi. Hei mihi quid faciam, inſaniente patre?
Vtrum inſania ipſum inducens capiam?
An pollinctoribus inſaniam ipſius dicam?

Str. Age ſcio. tu hunc quem putas? dic mihi.

Phi. Gallum STR. Bene, hanc autem quid?

Phi. Gallinam. STR. Ambos idem? ridiculus es.
Non nunc in poſtremum, ſed hanc quidem uocare
Gallinam, hunc autem gallum.

Phi. Gallinam? hæc didiciſti ſapientia
Intro adiens nuper à terrigenis?

Str. Et alia multa. ſed quodcunq; didici ſemper,
Oblitus ſum ſtatim à multitudine annorum.

Phi. Propter hæc iam & pallium amiſiſti?

Str. Sed non amiſi, ſed ad ſcholam conſumpſi.

Phi. Hæc calciamenta ubi conſumpſiſti ô demens tu?

Str. Quemadmodum Periclees in neceſsitatem amiſi.
Sed age uade, eamus, poſtea patri
Perſuaſus pecca. & ego aliquando
Scio ſexenni tibi balbutienti perſuaſus,
Quem primum obolum accepi iudicialem
Hoc emi iouialibus curriculum.

Phi. Certè tu his tempore aliquando dolebis.

Str. Bene quòd perſuaſus es. age huc ô Socrates

Exi,

Exi, duco enim tibi filium hunc,
Nolentem perſuadens. SOC. Infans enim eſt adhuc,
Et calathorum non expertus horum hic.
Phi. Ipſe tu tritus ſis, ſi pendebis.
Str. Non ad coruos, maledicis tu præceptori.
Soc. Ecce pendebis. ualde ſtolidum locutus eſt,
Et labris diſtractis.
Quomodo diſcat unquam hic fugam pœnæ?
Vel uocationem? uel facundiam perſuaſiuam?
Tamen talanto hoc didicit Hyperbolus.
Str. Profectò, doce, animo ſapiens eſt natura.
Statim puerulus exiſtens talis,
Fingebat intra domum, nauesq; ſculpebat,
Curriculos autem coriaceos faciebat.
Et ex corticibus malogranati ranas faciebat. quomodo pu-
Quomodo autem illos ſermones diſcet (tas?
Meliorem quicunq; eſt & minorem.
Si autem non, hunc igitur iniuſtum omni arte.
Socr. Ipſe diſcet ab ipſis ſermonibus.
Str. Ego autem abero. hoc autem igitur memento quomodo
Ad omnia iniuſta contradicere poterit.

CHORVS.

Iu. Accede huc oſtende teipſum
Spectatoribus quamuis audax exiſtens.
Iniu. Vade quò uis, multò enim magis
Te in multis dicens perdam.
Iu. Perdes tu? quis exiſtens? INIV. Sermo. IV Minor exiſtens.
Iniu. Sed te uinco, me meliorem
Dicentem eſſe. IV. Quid ſapiens faciens?

Iniu. Sententias nouas inueniens.
Iu. Hæc enim florent propter hoſce
Fatuos. INIV. Non, ſed ſapientes.
Iu. Perdam te malè. INIV. Dic quid faciens?
Iu. Iuſta dicens. INIV. Sed euertam
Hæc contradicens. neq; enim eſſe
Valde dico iuſtitiam. IV. Non eſſe dicis?
Iniu. Age enim ubi eſt? IV. Apud Deos.
Iniu. Quomodo igitur iuſtitia exiſtente Iupiter
Non perditus eſt patrem ipſius
Ligans. IV. Papè. hoc & iam
Accedit malum. date mihi peluim.
Iniu. Superbus ſenex es & incongruus.
Iu. Cinœdus es, & impudens.
Iniu, Roſas mihi dixiſti. IV. Et ſacrilegus,
Iniu. Lilijs coronas. IV. Et parricida.
Iniu. Auro ſpargens me non cognoſcis.
Iu. Non certè antè, ſed plumbo.
Iniu. Nunc autem ornamentum hoc eſt mihi.
Iu. Audax es multum. INIV. Tu autem enim antiquus.
Iu. Propter te autem ire
Nullus uult adoleſcentulorum.
Cognitus eris aliquando Athenienſibus
Qualia doces rudes.
Iniu. Squalles turpiter. IV. Tu autem bene agis.
Quamuis prius mendicabas,
Telephus eſſe Myſius dicens,
Ex perula
Sententias comedens pandeletias.
Iniu. Heu ſapientiam quam memoraſti.

Iu. Heu inſania tua,ciuitatisq́;
Quæ te nutrit,
Corrumpentem adoleſcentulis.
Iniu. Non docebis hunc Saturnus exiſtens.
Iu. Siquidem ipſum ſaluari oportet,
Et non loquelam ſolum exercere.
Iniu. Age ueni,hunc ſine inſanire.
Iu. Lugebis,manum imponis?
Cho. Ceſſate pugna & conuicio.
Sed oſtende tuq́; priores
Quæ docuiſti,tuq́; nouam
Diſciplinam:ut audiens uos
Contradicentes iudicans eat.
Iu. Facere hæc uolo.INIV.Et ego uolo.
Cho. Age quis dicet prior ueſtrûm?
Iniu. Huic dabo,& poſtea ex his quæ dicet
Verbulis nouis ipſum
Et ſententijs ſagittabo.
Poſtremo autem ſi loquetur,
Facie omni & oculis
Stimulatus tanquam à ueſpis,
À ſententijs perdetur.

Verſio carminum duodecim.

Cho. Nunc oſtendite fidentes
Aptis
Sermonibus,& ſtudijs,&
Sententijs impreßis cogitationibus,
Vter ipſorum dicens
Melior apparebit.
Nunc enim omne hic periculum

Datur ſapientiæ,
Qua de meis amicis
Eſt certamen maximum
Sed ô multos ſeniores moribus bonis coronans,
Rumpe uocem qua gaudes, & tuam ipſius naturam dic.
Iu. Dicam igitur antiquam diſciplinam ſicut diſponebatur.
Quando ego iuſta dicẽs florebam, & caſtitas reputabatur.
Primũ quidẽ oportebat uocẽ pueri loquentis nullũ audire:
Poſtea ire in uijs bene ordinatè ad cithariſtæ
Paganos nudos denſos, & ſi ualde ningeret.
Poſtea prædiſcere cantũ docebat, crura nõ ſimul habentes,
Vel Mineruam deſtructricem ciuitatis, grauem uel altam
clamationem.
Extendentes harmoniam, quam patres tradiderunt.
Si autem aliquis ipſorum altari inſidiatus eſſet, uel flexiſſet
aliquam flexionem,
Quales hi nunc ſecundum Phrynin has difficulter flexas
Interrebatur uerberatus multas ualde muſas delens.
In ſchola autem ſedentes crus oportebat proijcere
Pueros: ut his deforis nihil oſtenderent immite.
Poſtea iterum rurſus ſurgentes abſtergere & prouidere,
Idolum amatoribus pubertatis non relinquere.
Vnctus eſt autem umbilico nullus puer ſuper tunc, quare
Teſticulis ros & lanugo tanquam pomis florebat.
Neq; mollem miſcens uocem ad amatorem,
Ipſe ſepſum lenocinans oculis ibat.
Neq; capere cœnantem licebat caput raphani,
Neq; anethum ſeniorum rapere, neq; appium,
Neq; obſonium comedere, neq; turdos edere, neq; tenere
pedes uiciſſim.

Anti-

Iniu. *Antiqua & iouialia & cicadarum plena,*
Et cecidi & boumcæſionis. IV. *Sed igitur hæc ſunt illa*
Ex quibus uiros Marathoni pugnãtes mea doctrina nutri-
Tu autem hos nunc ſtatim in ueſtibus doces inuolui (uit.
Vſq; ad me ſtrãgulari, quãdo ſaltare panathæis decẽs ipſos
Scutum tibiam ante habens negligenter Mineruæ.
Ad hæc ô adoleſcẽtule confidẽs me meliorẽ ſermonẽ elige,
Et ſcies odiſſe forum, & balneis abſtinere,
Et turpibus uerecundari, & ſi cauilletur aliquis te cõburi,
Et ſedibus ſenioribus à ſurgere accedentibus:
Et nõ circa tuiĵpſius parentibus maledicere, aliudq; nullũ
Turpefacere, quòd uerecũdiæ curas ornamentũ perficere,
Neq; in orcheſtram ire, ut non ad hæc bians
Malo percuſſus à meretricula bona fama à corrumparis,
Neq; contradicere patri nihil, neq; nugas uocantem
Malorum recordari ætatem, ex qua à iuuene nutritus es.
Iniu. *Si hæc adoleſcentule perſuaderis huic, per Dionyſium*
Hippocratis filiĵs ſimilis eris: & te uocant fatuum.
Iu. *Sed igitur formoſus & floridus in gymnaſiĵs conuerſaberis*
Non garriens in foro abiecta qualia hi nunc,
Neq; tractus circa reculam potentem contererc:
Sed in academiam deſcendens ſub oliuis curres
Coronatus calamo albo cum caſto coëtaneo,
Milace olens, & apragmoſyne, & populo folia mittente
Veris in tempore: gaudens quãdo platanus ulmus ſuſurrat.
Si hæc facies quæ ego dico,
Et ad hæc adhibebis mentem,
Habebis ſemper pectus pingue,
Colorem ſplendidum, humeros magnos,
Linguam breuem, nates magnas,

Membrum uirile paruum. ſi autem quæ hi nunc
Exercebis, primum quidem habebis
Colorem pallidum, humeros paruos,
Pectus tenue, linguam magnam,
Nates paruas, membrum uirile magnum,
Iudicium longum, & tibi perſuadebit
Hoc quidem turpe omne bonum putare,
Illud bonum autem turpe. & ad hæc
Antimachi
Cineditate perficies.

In uerſio carminum duodecim.

O fortem ſapientiam
Gloriſiſſimamq́; exercens.
Valde dulcis tui uerbis
Modeſtus ineſt flos.
Felices autem utiq; erant illi
Tunc uiuentes quando eras.
Priorum ad igitur hæc ô ſuper-
Bam Muſam habens.
Oportet te dicere aliquid nouum, quòd
Claruit uir.
Grauium autem tibi conſiliorũ uidetur opus eſſe ad ipſum,
Siquidem uirum ſuperabis, & non riſum debebis.
Iniu. Et quidem diu ego ſuffocabar uiſcera, & cupiebam
Omnia hæc contrarijs ſententijs conturbare.
Ego enim minor quidem ſermo propter ipſum hoc uoca-
In præceptoribus, quòd primus excogitaui, (tus ſum
Et legibus & iuſtitijs contraria contradicere,
Et hoc plus quàm decies mille eſt dignum nummis,
Eligens minores ſermones poſtea uincere.

Conſy-

Conſydera aũt doctrinam qua perſuadetur qui redarguam
Qui te calida dicit lui primum non ſinere.
Tamen quam ſententiam habens uituperas calida lauacra.
Iu. Quod peßimum eſt, & miſerum facit uirum.
Iniu. Retine. ſtatim enim te medium habeo capiẽs me uitabilem,
Et mihi dic illorum Iouis filiorum quem uirum optimum
Anima putas? dic & plurimos labores laboraſſe.
Iu. Ego quidem nullum Hercule meliorem uirum iudico.
Iniu. Vbi frigida certè unquam uidiſti Herculea lauacra?
Tamen quis uirilior fuit? IV. Hæc ſunt hæc illa
Quæ adoleſcentulorum ſemper per Deos loquentium
Plenum balneum faciunt, uacuas autem palæſtras.
Iniu. Poſtea in foro conuerſationem uituperas: ego autem laudo.
Si enim prauum eſſet, Homerus nunquam feciſſet
Neſtorem concionatorem, neq; ſapientes omnes.
Accedo certè hinc in linguam quam hic quidem
Non dicit opus eſſe iuuenes exercere: ego autem dico.
Et modeſtum eſſe rurſus dicit oportere, duo mala maxima.
Quoniã tu propter modeſtum eſſe cui unquam uidiſti iam
Bonum aliquid factum dic, & me redargue dicens.
Iu. Multis. nam Peleus accepit propter hoc gladium.
Iniu. Gladium? urbanum lucrum accepit infelix.
Hyperbolus autem nõ ex lucernis pluſquàm talenta multa
Accepit propter prauitatem, ſed nõ per Iouem nõ gladium
Iu. Et Thetin aũt duxit uxorem propter modeſtũ eſſe Peleus.
Iniu. Et relinquens ipſum diſceßit, non enim erat iniuriator,
Neq; ſuauis in lectis noctem totam uigilare.
Mulier autem coiens gaudet, tu autem es antiquus equus.
Conſydera enim ô adoleſcentule immodeſtum eſſe omnia
Quæ inſunt, uoluptatibusq; tot futurus es priuari,

Puerorum,mulierum,ludorum, obſoniorum,cõuiuiorum,
cachinnorum.
Quãuis quid tibi uiuere dignum,horum ſi priuatus fueris.
Sint accedo hinc in naturæ neceßitates:
Peccaſti?amaſti?adulteraſti?quid ſanè deprehenſus es?
Periiſti.impotens enim es dicere, mecum autem cõuerſans,
Vtere natura,ſalta,ride,puta nihil turpe.
Adulter enim ſi cõtingeris captus,hæc cõtradices ad ipſum,
Quòd nihil iniuria affeciſti, poſtea in Iouẽ inferre.
Et ille ualde minor amore eſt & mulieribus:
Tamen tu mortalis exiſtens deo quomodo maius potuiſſes?
Iu. Quid aũt ſi raphanizetur ꝑſuaſus tibi, cinereq; euellatur,
Habebit quã ſententiam dicere hoc non latipodicis eſſe?
Iniu. Si latipodicis erit,quod patietur malum?
Iu. Quid quidem igitur adhuc maius patiatur hoc unquam?
Iniu. Quid certè dices ſi hoc uictus eris à me?
Iu. Silebo,quid autem aliud? INIV. Age iam mihi dic.
Concionantur ex quibus?
Iu. Ex latipodicibus. INIV. Credo,
Quid autem? tragœdiam faciunt ex quibus?
Iu. Ex latipodicibus. INIV. Bene dicis.
Et populum gebernant ex quibus?
Iu. Ex latipodicibus. INIV. An cer-
Tè cognouiſti,quòd nihil dicis?
Et ſpectatorum utri plures conſydera.
Iu. Et iam conſydero. INIV. Quid certè uides?
Iu. Multò plures per Deos
Latipodices.
Et hunccine igitur uideo ego,& illum,
Et comatum hunc.

Quid

Iniu. Quid igitur dices?
Iu. Victi ſumus. PHI. O agitati
Per Deos ſuſcipite mei
Pallium, quòd
Spontaneus uenio ad uos.

Conſtitutio ſecundũ inciſionẽ uerſuũ octo.

Soc. Quid igitur? utrum hunc inducere capiens
Vis filium? an docebo tibi dicere?
Str. Doce, & puni, & memento ut
Bene mihi robores ipſum, in quidem altera
Potentem paruis litibus, alteram autem maxillam
Robora potentem ad maiora negotia.
Soc. Ne cura: portabis hunc ſophiſtam prudentem.
Phi. Pallidum quidem igitur puto, & infelicem.
Abi nunc, puto autem
Te horum in futurum pœnitere.

ADVERBIVM.

Cho. Iudices, quæ lucrabuntur ſiquid hunc chorum
Iuuabunt ex iuſtis, uolumus uobis dicere.
Primum quidem ſi nouare uelitis in tempore agros,
Pluemus primis uobis, autem alijs poſterius:
Poſtea fructum parientes uineas ſeruabimus,
Ita ut neq; ſiccitas premat, neq; nimia pluuia.
Si autem inhonorabit aliquis nos mortalis exiſtens exi-
ſtentes deas,
Adhibeat mentem à nobis qualia patietur mala,
Capiens neq; uinum, neq; aliud nihil ex agro.
Quando enim oliuæq; germinauerint uitesq;,
Amputabuntur, talibus fundis uerberabimus.
Si autem lateres facientem uidebimus, pluemus, & tecti

Tegu-

Et ad hæc item mala,
Cuſtodiæ cantans,
Breui uanus factus ſum.

Soc. Hic quid facis? non cogitas? STR. Ego?
Per Neptunum. SOC. Et quid igitur cogitaſti?

Str. A' cimicibus ſi mei quid relictum eſt.

Soc. Perderis peßime. STR. Sed ô bone perij nuper.

Soc. Non pigreſcenda, ſed obtegenda.
Inuenienda enim mens priuatiua,
Et deceptio. STR. Heu, quis igitur inijciet
Ex pellibus agnorum ſententiam priuatiuam.

Soc. Age nunc uidebo primum quodcunq; facit hoc,
Hic dormis. STR. Per Apollinem ego quidem non.

Soc. Habes aliquid? STR. Per Iouem nihil ego. SOC. Nihil omnino?

Str. Nihil præter quàm teſticulum in dextera.

Soc. Non coopertus citò aliquid cogitabis?

Str. De quo? tu enim mihi hoc dic ô Socrates.

Soc. Ipſe quodcunq; uis primus excogitare dic.

Str. Audiuiſti infinities quæ ego uolo.
De uſuris, ut reddam nulli.

Soc. Age nunc cooperire, & firmans cogitationem
Subtilem, paulatim conſydera res:
Recte diuidens & ſpeculans. STR. Hei miſer.

Soc. Habe tacite: & ſi non poteris aliquid cogitationum,
Dimittens abi, & poſtea ſententiam rurſus
Moue iterum: idem & conſydera.

Str. O' Socratule dilectißime. SOC. Quid ô ſenex.

Str. Habeo uſuræ ſententiam priuatiuam.

Soc. Oſtende ipſam. STR. Dic iam nunc mihi. SOC. Hoc quid?

Mulierem

Str. Mulierem ueneficam ſi emens Theſſalam,
Deponam nocte Lunam: poſtea iam
Ipſam includam in uaſe rotundo,
Tanquàm ſpeculo, & poſtea ſeruabo habens.
Soc. Quid certè hoc proderit tibi. STR. Quòd
Si non amplius orietur Luna nuſquam:
Non reddam uſuras. SOC. Quid iam?
Str. Quia in menſem argentorum fit mutuatio.
Soc. Bene, ſed aliud rurſus tibi proponam aptum.
Si tibi ſcribetur quinq; talentorum aliqua pœna,
Quomodo ipſam delebis dic mihi?
Str. Quomodo? quomodo neſcio: ſed quærendum.
Soc. Non nunc circa te ipſum cape ſententiam ſemper,
Sed dimitte cogitationem in aërem
Lino ligatum tanquam Melolonthen pede.
Str. Inueni deſtructionem pœnæ ſapientiſſimam:
Vſq; ad ipſum fateri te mihi. SOC. Qualem quam?
Str. Iam apud unguentarios lapidem
Hanc uidiſti, pulchram, lucidam
A' qua ignem accendunt? SOC. Vitrum dicis?
Str. Ego. SOC. Age quid certè? STR. Si hanc capiens
Quando ſcribet pœnam ſcriba,
Longè ſtans hic ad ſolem,
Literas liquefacerem meæ pœnæ.
Soc. Sapienter per gratias. STR. Hei quàm lætor:
Quòd quinq; talentorum deleta eſt mihi pœna.
Soc. Age iam citò hoc arripe. STR. Hoc quid?
Soc. Quomodo auertes aduerſorum pœnam
Debiturus, non præſentibus teſtibus.
Str. Viliſſimè & facillimè, SOC, Dic iam, STR, Et iam dico.

Si ulterius adhuc una imminente pœna
Ante meam uocari ſuffocabor currens.

Socr. Nihil dicis. STR. Per Deos ego, quoniam
Nullus contra me mortuum inducet pœnam.

Socr. Nugaris, abi, non docebo te amplius.

Str. Quid? ita per Deos ô Socrates.

Socr. Sed ſtatim obliuiſceris tu quæcunq; & diſces:
Quoniam quid iam primum doctus es dic.

Str. Age ſcio. quid tamen primum erat? quid primum erat?
Quæ erat in qua pinſimus quidem farinas?
Hei mihi quæ erat? SOCR. Non ad coruos longè corrumperis,
Obliuioſiſsime & indoctiſsime uetule?

Str. Hei mihi, quid igitur certè infelix patiar?
Longè enim pereo non diſcens linguam uertere.
Sed ô Nebulæ bonum aliquid conſulite.

Soc. Nos quidem ô ſenex conſulimus
(Si tibi aliquis filius eſt nutritus)
Mittere illum pro teipſo diſcere.

Str. Sed eſt mihi filius bonusq; & honeſtus:
Sed non uult enim diſcere. quid ego paſſus ſum?

Soc. Tu autem cōcedis? STR. Boni corporis eſt enim & uiget,
Et eſt ex mulieribus elatis his Cœſyræ.
At accedo ipſum. ſi autem non uoluerit,
Non eſt quomodo non expellam ex domo.
Sed expecta me paruo intrans tempore.

Verſio uerſuum decem.

Cho. An ſentis plurima
Per nos bona ſtatim
Habiturus ſolas dearum?

Quòd

Quòd promptus hic eſt
Omnia facere quæcunq; iubeas.
Tu autem uiro ſtupido,
Et manifeſtè elato,
Intelligens à lambes quodcunq; plurimum potes.
Citò,conſueſcunt enim aliquo modo ta-
Lia aliter uerti.
Str. Non per obſcuritatem amplius hic manebis,
Sed commodè iens Megaclei columnas.
Phi. O infelix, quam rem pateris ô pater?
Non bene ſapis per Iouem olympium.
Str. Ecce ecce Iouem olympium fatuitate
Iouem putare exiſtentem talem.
Phi. Quid autem hoc riſiſti uerè? STR. Recordatus
Quòd puerulus es, & ſapis antiqua:
Tamen quidem accede ut ſcias plura.
Et tibi dicam rem quam tu diſcens uir eris,
Quomodo autem hoc non doceas nullum.
Phi. Ecce quid eſt? STR. Iuraſti nunc per Iouem?
Phi. Ego. STR. Vides igitur quòd bonum diſcere?
Non eſt ô Phidippide Iupiter. PHI. Sed quis?
Str. Turbo regnat Iouem expellens.
Phi. Papè,quid nugaris? STR. Scias hoc ſic habens.
Phi. Quis dicit hæc? STR. Socrates Melius,
Et Chærephon,qui ſcit pulicum ueſtigia.
Phi. Tu autem in tantum inſaniarum ueniſti,
Vt uiris perſuaſus ſis furẽtibus. STR. Bona uerba dicas,
Et nihil dicas malum uiris prudentibus
Et mentem habentibus,quorum à parſimonia
Tonſus eſt nullus nunquam neq; unctus eſt,

Nullus balneum adiuit lauandus. tu autem
Tanquam mortui deſtruis mei uitam,
Sed quàm citiſsimè iens gratia mei diſce.

Phi. Quid autem ab illis & diſceret bonum aliquis?

Str. Verè, quæcunq; ſunt in hominibus ſapientia.
Cognoſces autem teipſum, quòd rudis es & craſſus:
Sed expecta me paruo hic tempore.

Phi. Hei mihi quid faciam, inſaniente patre?
Vtrum inſania ipſum inducens capiam?
An pollinctoribus inſaniam ipſius dicam?

Str. Age ſcio. tu hunc quem putas? dic mihi.

Phi. Gallum STR. Bene, hanc autem quid?

Phi. Gallinam. STR. Ambos idem? ridiculus es.
Non nunc in poſtremum, ſed hanc quidem uoca re
Gallinam, hunc autem gallum.

Phi. Gallinam? hæc didiciſti ſapientia
Intro adiens nuper à terrigenis?

Str. Et alia multa. ſed quodcunq; didici ſemper,
Oblitus ſum ſtatim à multitudine annorum.

Phi. Propter hæc iam & pallium amiſiſti?

Str. Sed non amiſi, ſed ad ſcholam conſumpſi.

Phi. Hæc calciamenta ubi conſumpſiſti ô demens tu?

Str. Quemadmodum Periclees in neceſsitatem amiſi.
Sed age uade, eamus, poſtea patri
Perſuaſus pecca. & ego aliquando
Scio ſexenni tibi balbutienti perſuaſus,
Quem primum obolum accepi iudicialem
Hoc emi iouialibus curriculum.

Phi. Certè tu his tempore aliquando dolebis.

Str. Bene quòd perſuaſus es. age huc ô Socrates

Exi,

Exi,duco enim tibi filium hunc,
Nolentem perſuadens. SOC. Infans enim eſt adhuc,
Et calathorum non expertus horum hic.

Phi. Ipſe tu tritus ſis,ſi pendebis.

Str. Non ad coruos,maledicis tu præceptori.

Soc. Ecce pendebis.ualde ſtolidum locutus eſt,
Et labris diſtractis.
Quomodo diſcat unquam hic fugam pœnæ?
Vel uocationem?uel facundiam perſuaſiuam?
Tamen talanto hoc didicit Hyperbolus.

Str. Profectò,doce,animo ſapiens eſt natura.
Statim puerulus exiſtens talis,
Fingebat intra domum,nauesq́; ſculpebat,
Curriculos autem coriaceos faciebat.
Et ex corticibus malogranati ranas faciebat.quomodo pu-
Quomodo autem illos ſermones diſcet (tas?
Meliorem quicunq; eſt & minorem.
Si autem non,hunc igitur iniuſtum omni arte.

Socr. Ipſe diſcet ab ipſis ſermonibus.

Str. Ego autem abero.hoc autem igitur memento quomodo
Ad omnia iniuſta contradicere poterit.

CHORVS.

Iu. Accede huc oſtende teipſum
Spectatoribus quamuis audax exiſtens.

Iniu. Vade quò uis,multò enim magis
Te in multis dicens perdam.

Iu. Perdes tu?quis exiſtens? INIV. Sermo. IV Minor
exiſtens.

Iniu. Sed te uinco,me meliorem
Dicentem eſſe. IV. Quid ſapiens faciens?

Iu. *Heu inſania tua,ciuitatisq́;*
Quæ te nutrit,
Corrumpentem adoleſcentulis.
Iniu. *Non docebis hunc Saturnus exiſtens.*
Iu. *Siquidem ipſum ſaluari oportet,*
Et non loquelam ſolum exercere.
Iniu. *Age ueni,hunc ſine inſanire.*
Iu. *Lugebis,manum imponis?*
Cho. *Ceſſate pugna & conuicio.*
Sed oſtende tuq́; priores
Quæ docuiſti,tuq́; nouam
Diſciplinam:ut audiens uos
Contradicentes iudicans eat.
Iu. *Facere hæc uolo.* INIV. *Et ego uolo.*
Cho. *Age quis dicet prior ueſtrûm?*
Iniu. *Huic dabo,& poſtea ex his quæ dicet*
Verbulis nouis ipſum
Et ſententijs ſagittabo.
Poſtremo autem ſi loquetur,
Facie omni & oculis
Stimulatus tanquam à ueſpis,
A` ſententijs perdetur.

Verſio carminum duodecim.

Cho. *Nunc oſtendite fidentes*
Aptis
Sermonibus,& ſtudijs,&
Sententijs impreßis cogitationibus,
Vter ipſorum dicens
Melior apparebit.
Nunc enim omne hic periculum

Datur ſapientiæ,
Qua de meis amicis
Eſt certamen maximum
Sed ô multos ſeniores moribus bonis coronans,
Rumpe uocem qua gaudes,& tuam ipſius naturam dic.
Iu. Dicam igitur antiquam diſciplinam ſicut diſponebatur.
Quando ego iuſta dicẽs florebam,& caſtitas reputabatur.
Primũ quidẽ oportebat uocẽ pueri loquentis nullũ audire:
Poſtea ire in uijs bene ordinatè ad cithariſtæ
Paganos nudos denſos,& ſi ualde ningeret.
Poſtea prædiſcere cantũ docebat, crura nõ ſimul habentes,
Vel Mineruam deſtructricem ciuitatis,grauem uel altam
clamationem.
Extendentes harmoniam, quam patres tradiderunt.
Si autem aliquis ipſorum altari inſidiatus eſſet,uel flexiſſet
aliquam flexionem,
Quales hi nunc ſecundum Phrynin has difficulter flexas
Interrebatur uerberatus multas ualde muſas delens.
In ſchola autem ſedentes crus oportebat proijcere
Pueros:ut his deforis nihil oſtenderent immite.
Poſtea iterum rurſus ſurgentes abſtergere & prouidere,
Idolum amatoribus pubertatis non relinquere.
Vnctus eſt autem umbilico nullus puer ſuper tunc,quare
Teſticulis ros & lanugo tanquam pomis florebat.
Neq; mollem miſcens uocem ad amatorem,
Ipſe ſepſum lenocinans oculis ibat.
Neq; capere cœnantem licebat caput raphani,
Neq; anethum ſeniorum rapere,neq; appium,
Neq; obſonium comedere, neq; turdos edere , neq; tenere
pedes uiciſsim.

Anti-

Iniu. Antiqua & iouialia & cicadarum plena,
Et cecidi & boumcæſionis. IV. Sed igitur hæc ſunt illa
Ex quibus uiros Marathoni pugnãtes mea doctrina nutri-
Tu autem hos nunc ſtatim in ueſtibus doces inuolui (uit.
Vſq; ad me ſträgulari, quãdo ſaltare panathæis decẽs ipſos
Scutum tibiam ante habens negligenter Mineruæ.
Ad hæc ô adoleſcẽtule confidẽs me meliorẽ ſermonẽ elige,
Et ſcies odiſſe forum, & balneis abſtinere,
Et turpibus uerecundari, & ſi cauilletur aliquis te cõburi,
Et ſedibus ſenioribus à ſurgere accedentibus:
Et nõ circa tuij pſius parentibus maledicere, aliudq; nullũ
Turpefacere, quòd uerecũdiæ curas ornamentũ perficere,
Neq; in orcheſtram ire, ut non ad hæc bians
Malo percuſſus à meretricula bona fama à corrumparis,
Neq; contradicere patri nihil, neq; nugas uocantem
Malorum recordari ætatem, ex qua à iuuene nutritus es.
Iniu. Si hæc adoleſcentule perſuaderis huic, per Dionyſium
Hippocratis filijs ſimilis eris: & te uocant fatuum.
Iu. Sed igitur formoſus & floridus in gymnaſijs conuerſaberis
Non garriens in foro abiecta qualia hi nunc,
Neq; tractus circa reculam potentem conterere:
Sed in academiam deſcendens ſub oliuis curres
Coronatus calamo albo cum caſto coëtaneo,
Milace olens, & apragmoſyne, & populo folia mittente
Veris in tempore: gaudens quãdo platanus ulmus ſuſurrat.
Si hæc facies quæ ego dico,
Et ad hæc adhibebis mentem,
Habebis ſemper pectus pingue,
Colorem ſplendidum, humeros magnos,
Linguam breuem, nates magnas,

Membrum uirile paruum. ſi autem quæ hi nunc
Exercebis, primum quidem habebis
Colorem pallidum, humeros paruos,
Pectus tenue, linguam magnam,
Nates paruas, membrum uirile magnum,
Iudicium longum, & tibi perſuadebit
Hoc quidem turpe omne bonum putare,
Illud bonum autem turpe. & ad hæc
Antimachi
Cinceditate perficies.

Inuerſio carminum duodecim.

O fortem ſapientiam
Gloriſiſsimamq; exercens.
Valde dulcis tui uerbis
Modeſtus ineſt flos.
Felices autem utiq; erant illi
Tunc uiuentes quando eras.
Priorum ad igitur hæc ô ſuper-
Bam Muſam habens.
Oportet te dicere aliquid nouum, quòd
Claruit uir.
Grauium autem tibi conſiliorũ uidetur opus eſſe ad ipſum,
Siquidem uirum ſuperabis, & non riſum debebis.
Iniu. *Et quidem diu ego ſuffocabar uiſcera, & cupiebam*
Omnia hæc contrarijs ſententijs conturbare.
Ego enim minor quidem ſermo propter ipſum hoc uocatus ſum
In præceptoribus, quòd primus excogitaui,
Et legibus & iuſtitijs contraria contradicere,
Et hoc plus quàm decies mille eſt dignum nummis,
Eligens minores ſermones poſtea uincere.

Conſy-

Conſydera aūt doctrinam qua perſuadetur qui redarguam
Qui te calida dicit lui primum non ſinere.
Tamen quam ſententiam habens uituperas calida lauacra.
Iu. *Quod peßimum eſt, & miſerum facit uirum.*
Iniu. *Retine. ſtatim enim te medium habeo capiēs me uitabilem,*
Et mihi dic illorum Iouis *filiorum quem uirum optimum*
Anima putas? dic & plurimos labores laboraſſe.
Iu. *Ego quidem nullum* Hercule *meliorem uirum iudico.*
Iniu. *Vbi frigida certè unquam uidiſti* Herculea *lauacra?*
Tamen quis uirilior fuit? IV. *Hæc ſunt hæc illa*
Quæ adoleſcentulorum ſemper per Deos *loquentium*
Plenum balneum faciunt, uacuas autem palæſtras.
Iniu. *Poſtea in foro conuerſationem uituperas: ego autem laudo.*
Si enim prauum eſſet, Homerus *nunquam feciſſet*
Neſtorem concionatorem, neq; ſapientes omnes.
Accedo certè hinc in linguam quam hic quidem
Non dicit opus eſſe iuuenes exercere: ego autem dico.
Et modeſtum eſſe rurſus dicit oportere, duo mala maxima.
Quoniā tu propter modeſtum eſſe cui unquam uidiſti iam
Bonum aliquid factum dic, & me redargue dicens.
Iu. *Multis. nam* Peleus *accepit propter hoc gladium.*
Iniu. *Gladium? urbanum lucrum accepit infelix.*
Hyperbolus autem nō ex lucernis pluſquàm talenta multa
Accepit propter prauitatem, ſed nō per Iouem *nō gladium*
Iu. *Et Thetin aūt duxit uxorem propter modeſtū eſſe* Peleus.
Iniu. *Et relinquens ipſum diſceßit, non enim erat iniuriator,*
Neq; ſuauis in lectis noctem totam uigilare.
Mulier autem coiens gaudet, tu autem es antiquus equus.
Conſydera enim ô adoleſcentule immodeſtum eſſe omnia
Quæ inſunt, uoluptatibusq; tot futurus es priuari,

Puerorum,mulierum,ludorum, obſoniorum,cōuiuiorum, cachinnorum.
Quāuis quid tibi uiuere dignum,horum ſi priuatus fueris.
Sint accedo hinc in naturæ neceſſitates:
Peccaſti? amaſti? adulteraſti? quid ſanè deprehenſus es?
Periſti.impotens enim es dicere, mecum autem cōuerſans,
Vtere natura,ſalta,ride,puta nihil turpe.
Adulter enim ſi cōtingeris captus,hæc cōtradices ad ipſum,
Quòd nihil iniuria affeciſti, poſtea in Iouē inferre.
Et ille ualde minor amore eſt & mulieribus:
Tamen tu mortalis exiſtens deo quomodo maius potuiſſes?

Iu. Quid aūt ſi raphanizetur pſuaſus tibi, cinereq; euellatur,
Habebit quā ſententiam dicere hoc non latipodicis eſſe?

Iniu. Si latipodicis erit,quod patietur malum?

Iu. Quid quidem igitur adhuc maius patiatur hoc unquam?

Iuiu. Quid certè dices ſi hoc uictus eris à me?

Iu. Silebo,quid autem aliud? INIV. Age iam mihi dic.
Concionantur ex quibus?

Iu. Ex latipodicibus. INIV. Credo,
Quid autem? tragœdiam faciunt ex quibus?

Iu. Ex latipodicibus. INIV. Bene dicis.
Et populum gebernant ex quibus?

Iu. Ex latipodicibus. INIV. An cer-
Tè cognouiſti,quòd nihil dicis?
Et ſpectatorum utri plures conſydera.

Iu. Et iam conſydero. INIV. Quid certè uides?

Iu. Multò plures per Deos
Latipodices.
Et hunccine igitur uideo ego,& illum,
Et comatum hunc.

Quid

Iniu. *Quid igitur dices?*

Iu. *Victi ſumus.* PHI. *O agitati*
Per Deos ſuſcipite mei
Pallium, quòd
Spontaneus uenio ad uos.

Conſtitutio ſecundũ inciſionẽ uerſuũ octo.

Soc. *Quid igitur? utrum hunc inducere capiens*
Vis filium? an docebo tibi dicere?

Str. *Doce, & puni, & memento ut*
Bene mihi robores ipſum, in quidem altera
Potentem paruis litibus, alteram autem maxillam
Robora potentem ad maiora negotia.

Soc. *Ne cura: portabis hunc ſophiſtam prudentem.*

Phi. *Pallidum quidem igitur puto, & infelicem.*
Abi nunc, puto autem
Te horum in futurum pœnitere.

ADVERBIVM.

Cho. *Iudices, quæ lucrabuntur ſiquid hunc chorum*
Iuuabunt ex iuſtis, uolumus uobis dicere.
Primum quidem ſi nouare uelitis in tempore agros,
Pluemus primis uobis, autem alijs poſterius:
Poſtea fructum parientes uineas ſeruabimus,
Ita ut neq; ſiccitas premat, neq; nimia pluuia.
Si autem inhonorabit aliquis nos mortalis exiſtens exi-
ſtentes deas,
Adhibeat mentem à nobis qualia patietur mala,
Capiens neq; uinum, neq; aliud nihil ex agro.
Quando enim oliuæq; germinauerint uitesq;,
Amputabuntur, talibus fundis uerberabimus.
Si autem lateres facientem uidebimus, pluemus, & tecti

Tegu-

Tegulam ipſius grandinibus rotundis conteremus.
Et ſi duxerit uxorem aliquando ipſe uel propinquorum,
uel amicorum,
Pluemus noctem totam: quare fortè uolet
Vel in Aegypto cõtingere exiſtẽs magis, q̃ iudicare malè.

Str. Quinta, quarta, tertia, poſt hanc ſecunda.
Poſtea quàm ego maximè omnium dierum
Timui, & horrui, & odi,
Statim poſt hanc eſt ultimaq́; & noua.
Vnuſquiſq; enim iurat, quibus debens obuio,
Ponens mihi prytanea: perdere me dicit, & deſtruere,
Me moderataq́; & iuſta petente.
O' felix. hoc quidem nunc non accipies,
Hoc autem differ mihi, hoc autem dimitte, non dicunt unq̃
Sic recipere, ſed conuiciantur me
Quòd iniuſtus ſum, & uocari in iudicium dicunt mihi.
Nunc igitur citent: parum enim mihi curæ eſt.
Siquidem didicit bene dicere Phidippides,
Citò autem ſciam uerberans ſcholam.
Fili dico, fili, fili. SOCR. Strepſiaden ſaluto.

Str. Et ego te, ſed hunc primum accipe.
Oportet enim inadmirari aliquo præceptorem,
Et mihi filium ſi didicit ſermonem
Illum, dic quem nuper introduxiſti.

Socr. Didicit. STR. Bene ô omnium regina priuatrix.

Socr. Ita ut aufugies quam uelis litem.

Str. Et ſi teſtes aderant quando mutuo accepi?

Socr. Multò magis & ſi aderant mille.

Str. Clamabo igitur magnam
Vocem. io lugete ô creditores.

Ipſiq́;

Ipſiq; & ſortes, & uſuræ uſurarum.
Nihil enim mihi malum facietis amplius.
Magnus mihi nutritur
His in domibus filius,
Vtrinq; acuta lingua
Splendens, protector meus,
Saluator domibus, inimicis doloroſus,
Diſſolutor dolorum paternorum magnorum malorum.
Quem uocato currens
Ab intus ad me.
O' fili, ô fili fili,
Exi domo:
Audi tuum patrem.

Soc. Hic ille uir.

Str. O' dilecte, ô dilecte.

Soc. Abi tu capiens.

Str. Io, io fili,
Iu, iu.
Valde lætor tui primum colorem uidens.
Nunc quidem uidere, es primum negatiuus
Et contradictiuus, & hoc patrium.
Manifeſtè flores. quid dicis tu? & putare
Iniuria afficientem iniuria afficere, & malo afficientē ſcio (quòd
In uultuq; eſt atticus aſpectus.
Nunc igitur quomodo ſaluabis me poſtquam perdidiſti?

Phi. Times autem iam quid? STR. Vltimam & nouam.

Phi. Vltima enim eſt & noua quæ dies?

Str. In quam ponere ſportulas dicunt mihi.

Phi. Perdentur certè ipſas ponentes, non enim eſt ut
Vna dies fiat dies duæ.

Non

Str. Non fiat. PHI. Quomodo enim? niſi ſimul
Eadem fiat anusq; & noua mulier.
Str. Et quidem ſancitum eſt. PHI. Non enim puto legem
Sciunt rectè, quid intelligit? STR. Intelligit autem quid.
Phi. Solon antiquus erat amator populi natura.
Str. Hoc quidem nihil ad ultimamq́; & nouam.
Phi. Ille igitur uocationem in duas dies
Poſuit, inq́; ultimam & nouam,
Vt poſitiones fierent nouilunio.
Str. Ad quid ultimam appoſuit? PHI. Vt ô miſer
Præſentes fugientes die una
Prius liberarentur uoluntarij: ſi autem non,
Mane triſtentur neomenia.
Str. Quomodo non ſuſcipiunt igitur neomenia,
Principatus, ſportulas, ſed ultimaq́;, & noua?
Phi. Quòd creditores enim uidentur mihi pati,
Vt quàm citiſsimè ſportulas auferant,
Propter hoc propoſuerunt die una.
Str. Bene ô infelices, quid ſedetis ignari,
Noſtra lucra ſapientium exiſtentes lapides,
Numerus, pecudes aliter, amphoræ fluentes.
Quare in meipſum & filium hunc
In felicitatibus canendum mihi laudem.
Beate ô Strepſiades
Ipſeq́; natus es quàm ſapiens,
Et magnum filium nutris,
Dicunt iam mihi amici,
Et conciues æmulantes.
Quando tu uincis dicens iuſtitias,
Sed introducens te uolo

Primum

Primum comedere.

Cre. Poſtea uirum rerum ipſius aliquid oportet dimittere?
Nequaquam, ſed melius fuiſſet ſtatim tunc
Erubeſcere magis quàm habere negocia.
Quandocunq; harum mei ipſius gratia nunc rerum
Traho te uocantem, & fiam
Inimicus etiam ad hæc uiro poſtulari.
Sed nunquam patriam dedecorabo
Viuens, ſed uoco Strepſiadem. STR. Quis hic?

Cre. In ultimamq; & nouam. STR. Teſtificor
Quòd in duos dixit dies. qua re?

Cre. Duodecim minis quas accepiſti emens
Fuluum equum. STR. Equum? non auditis?
Quem omnes uos ſcitis odio habentem equitatum?

Cre. Et per Iouem reddere iurabas Deos
Debitum. STR. Per Iouem, non enim dum tunc ſciebat
Phidippides mihi indeſtructibilem ſermonem.

Cre. Nunc autem propter hoc negator eſſe cogitas?

Str. Quid enim aliud à recepti diſciplina?

Cre. Et hæc uoles peierare mihi deos,
Vbi uocabo ego te. STR. Quales deos?

Cre. Iouem, Mercurium, Neptunum. STR. Per Iouem,
Vel deponerem adiurare triobolum.

Cre. Pereas igitur gratia impudentiæ adhuc.

Str. Salibus mixtus iuuaretur hic.

Cre. Heu me quàm derides? STR. Sex uaſa caperet.

Cre. Non per Iouem magnum & deos
Me proijcies. STR. Admirabiliter lætatus ſum deis,
Et Iupiter ridiculus iuratus ſcientibus.

Cre. Certè quidem tu horum tempore dabis pœnam.

Sed

Sed ſiue reddes mihi res,ſiue non,
Dimitte reſpondens.STR.Habe nunc tacitus.
Ego enim ſtatim reſpondebo tibi apertè.
Cre. Quid tibi uidetur facere?TESTIS. Reddere tibi uidetur.
Str. Vbi eſt hic petens me argentum,dic:
Hoc quidem eſt.CRE.Hoc quidem eſt arca.
Str. Poſtea petis argentum talis exiſtens?
Non redderem neque obolum nulli
Quicunq; uocabit arcam arcam.
Cre. Non igitur reddes?STR.Non quantum me uidere.
Non feſtinans quid citò fugies
A' ianua.CRE.Recedo,tamen ſcias quòd
Ponam ſportulas,uel non amplius uiuam ego.
Str. Perdes igitur ipſas ad has duodecim,
Tamen te hoc non uolo pati.
Quòd uocaſti fatuè arcam.
Cre. Heu.STR.Papè.
Quis his eſt lamentans?an quid
Carcini aliquis deorum locutus eſt?
Cre. Quid?qui ſum hoc uultis ſcire?
Vir infelix.STR.In te ipſum nunc uerte.
Cre. O' dura fortuna,ô fata ruptricia curruum
Equorum meorum,ô Minerua quomodo me perdidiſti?
Str. Quid autem tibi Tlepolemus unquam fecit malum?
Cre. Non conuiciare mihi ô amice,ſed mihi pecunias
Filium reddere iube,quas accepit,
Aliterq; tamen & malè agenti.
Str. Quales has pecunias?CRE.Quas mutuo accepit.
Str. Malè igitur uerè habebas ut mihi uideris.
Cre. Equos impellens excidi per Deos.

Quid

Str. Quid igitur nugaris tanquam ab aſino decidens?
Cre. Nugor pecunias recipere ſi uolo?
Str. Non eſt ut tu ipſe ſaneris. CRE. Quid autem?
Str. Cerebrum tanquam moueri mihi uideris.
Cre. Tu autem per Mercurium aduocari mihi,
Si non reddes argentum. STR. Aperte dic nunc,
Vtrum putas nouam ſemper Iouem
Pluere aquam ſemper? an Solem
Trahere deorſum eandem aquam iterum?
Cre. Non ſcio ego utrum, neq; mihi curæ eſt.
Str. Quomodo igitur recipere argentum iuſtus es,
Si nihil ſis ſuperiorum rerum?
Cre. Sed ſi indiges argenti mihi uſuram
Redde. STR. Hoc autem eſt uſura quædam fera.
Cre. Quid aūt aliud quàm ſecundū menſem & ſecundū diem?
Plus plus argentum ſemper fit,
Subfluente tempore. STR. Bene dicis.
Quid igitur, mare aliquando plus
Nunc putas, quàm prius? CRE. Per Iouem, ſed æquale.
Non enim iuſtum plus eſſe. STR. Et poſtea quomodo,
Ipſum quidem ô infelix nihil fit
Fluentibus fluuijs plus: tu autem
Quæris facere argentum plus tuum:
Non impelles teipſum ex domo?
Fer mihi ſtimulum. TESTIS. Hæc ego teſtificor.
Str. Vade, quid tardas? non impellis ô ſamphora?
Cre. Hæc non iniuria igitur ſunt? STR. Duces? inſilio
Stimulans ſub podicem te catenam ferentem.
Fugis? futurus eram igitur mouere te ego,
Ipſis rotis tuis & iugis.

Verſio carminum decem & octo.

Cho. *Magnum res deſyderare prauas.*
Hic enim ſenex deſyderans Priuare uult.
Pecunias quas mutuo accepit:
Et non eſt quomodo non hodie capiet
Rem quæ hunc faciet
Sophiſtam de quibus cauillari
Incepit, repentè aliquod malum accipere.
Puto enim ſtatim inuenire quod
Iam diu quondam quærebat,
Eſſe filium grauem ei,
Sententiasq; contrarias dicere
Iuſtis.
Ad uincere omnes
Quibus uerſatus eſt.
Etſi dicet omnia praua,
Forte forte uolet
Et mutum ipſum eſſe.

Conſtitutio per Inciſionem.

Str. *Heu, heu,*
O uicini, & conſanguinei, & populares,
Auxiliamini mihi uerberato omni arte.
Heu infelix capite & maxilla,
O ſceleſte uerberas patrem? PHI. *Dico ô pater.*
Str. *Videtis confitentem quòd me uerberat?* PHI. *Et ualde.*
Str. *O ſceleſte, & parricida, & fur.*
Phi. *Rurſus poſt ipſa hæc & plura dic.*
An ſcis quòd gaudeo multa audiens iam mala?
Str. *O Cinæde.* PHI. *Sparge multis roſis.*
Str. *Patrem uerberas.* PHI. *Et oſtendam per Iouem*

Quòd

Quòd iniuſtitia te uerberabam. STR. O' ſceleſtiſsime,
Et quomodo fiat patrem uerberare iniuſtitia?

Phi. Ego oſtendam, & te uincam dicens.

Str. Hoc tu uinces? PHI. Multum & facile,
Elige autem utrum ſermonum uis dicere.

Str. Qualium ſermonum? PHI. Meliorem uel minorem.

Str. Docui quidem te per Iouem ô miſer
Iuſtis contradicere, ſi hæc
Cogitas perſuadere quòd iuſtum & bonum
Patrem uerberari eſt à filijs.

Phi. Sed puto quidem te perſuadere, quare
Neq; ipſe audiens nihil contradices.

Str. Et quidem quodcunq; & dices audire uolo.

Verſio carminum octo.

Cho. Tuum opus ô ſenex conſyderare ubi
Virum uinces.
Quòd hic ſi non aliquod perſuaſus eſſet, non eſſet
Sic immodeſtus.
Sed eſt quòd aliquo audet manifeſtum.
Superbia eſtq; hominis.
Sed ex quo primum incepit pugna fieri,
Iam dicere oportet ad chorum, omnino autem hoc facies.

Str. Et quidem unde primum incepimus conuiciari
Ego dicam, poſtquam enim comedebamus ut ſcitis,
Primum quidam ipſum lyram capientem ego iuſsi
Canere Simonidæ cantum arietem quomodo tonſus eſt.
Hic autem ſtatim ualde antiquum eſſe dicebat citharizare
Canereq; bibentem: tanquàm ordea mulierem molentem.

Phi. Non enim tūc ſtatim oportebat te an uerberari & calcari.
Canere iubentem tanquàm cicadas comedentem?

Str. Talia quidem & tunc dicebat intus, qualia nunc.
Et Simonidem dicebat eſſe malum poëtam.
Et ego uix quidem: ſed una continui primo.
Poſtea autem iuſsi ipſum ſed mirtum capientem,
Horũ Eſchili dicere aliquid mihi, et poſtea hic ſtatim dixit.
Ego enim Eſchilum puto primum in poëtis,
Strepitu plenum, inſtabilem, multiloquum, præruptum.
Et hic quomodo putatis mei cor appetere?
Tamen autem animum mordens dixi. tu autem ſed horum
Dicito quid nouorum, quæ ſunt ſapientia hæc.
Hic autẽ ſtatim cecinit ex Euripide dictionẽ quandã quòd
Frater papæ eadem matre natam ſororem. (mouebat.
Ego autem hoc non toleraui: ſed ſtatim exturbo
Multis malis & turpibus, & poſtea hinc ut decens
Verbum ad uerbum contendimus, poſtea hic inſilit:
Et poſtea contundebat me, & uerberabat, & ſuffocabat,
& conſumebat.

Phi. Non igitur iuſte? qui non Euripidem laudas
Sapientiſsimũ. STR. Sapientiſsimũ illũ? ô quid tibi dicã?
Sed iterum rurſus uerberabor. PHI. Per Iouem iuſtè enim.

Str. Et quomodo iuſtè? qui ô impudens te nutriui.
Sentiens te omnia balbutientem quodcunq; intelligeres.
Siquidem bryn dixiſſes, ego intelligens bibere præbebam,
Mamma autem petente, ueniebam tibi ferens panem.
Cacare autem non præueniſti dicere, & ego capiens foras
Exportabam & præcapiebam te, tu aũt me nũc ſuffocans
Clamantem & uociferantem quòd
Cacaturirem, non toleraſti
Extra educere ô ſceleſte
Foras me, ſed ſuffocatus hic feci cacan.

Inuer-

Inuerſio carminum octo.

Cho. *Puto iuniorum corda*
Saltare, quodcunq; dicet.
Si enim talia hic operans,
Loquens perſuadebit:
Pellem ſeniorem capiamus,
Sed neq; ciceris.
Tuum opus ô nouorum uerborum motor & coagitator,
Perſuaſionem aliquam quærere: ut uidearis dicere iuſta.
Phi. *Valde dulce nouis rebus & commodis uerſari,*
Et conſtitutas leges ſpernere poſſe.
Ego enim quãdo quidem equitatui ſoli menti adhibebam:
Neq; tria dicere uerba potens eram, ante peccare.
Nunc autem poſtquam hic, ceſſauit ipſe.
Sententijs autem ſubtilibus et ſermonibus uerſor & cogita-
Puto docere, quòd iuſtum patrem punire. (*tionibus.*
Str. *Equita igitur Per Iouem, quòd mihi melius eſt*
Equum nutrire quadrigam, quàm uerberatum conſumi.
Phi. *Illuc autem unde à ſcidiſti me ſermone accedo.*
Et primũ interrogabo hoc, puerũ me exiſtẽtẽ uerberabas?
Str. *Ego te benecogitans & curans.* PHI. *Dic iam mihi.*
Non & me tibi iuſtum eſt benecogitare ſimiliter?
Verberareq́;: poſtquam hoc eſt benecogitare uerberare?
Quomodo enim hoc quidem tuum corpus oportet plagis innocentem eſſe,
Meum autem non? & quidem natus ſum liber & ego.
Flent pueri, patrem autem non flere putas?
Dicere putare tu pueri hoc opus eſſe?
Ego autem contradicam quòd bis pueri ſenes.
Decens autem maximè ſenes quàm iuuenes quid flere,

Quanto peccare minus iuſtum ipſos.

Str. Sed nuſquam ſancitur patrem hoc pati.

Phi. Non uir legem faciens hanc erat primum,
Quemadmodum tu & ego? & dicens perſuaſit antiquos?
Minus quid igitur licet & mihi nouam rurſus in futurum
Ponere legem filijs patres reuerberare?
Quod autem plagas habuimus ante legem poni
Dimittimus & damus ipſis dotem coincidi.
Conſidera autem gallos, & alia armenta hæc,
Quòd patres puniunt, & certè differunt nihil
Nobis illi, præter quòd ſententias non ſcribunt.

Str. Quid igitur poſtquam gallos omnia imitaris:
Non comedis & ſtercus, & in ligno dormis?

Phi. Non idem ô amice eſt, neq; Socrati uideretur.

Str. Ad hæc, ne uerbera, ſi aũt non, teipſum aliquãdo accuſabis.

Phi. Et quomodo? STR. Quoniã te quidẽ iuſtus ſum ego punire.
Tu autem ſi naſcetur tibi filium. PHI. Si aũt nõ naſcetur,
Vane mihi lugebit: tu autem hians morieris.

Str. Mihi quidem ô uiri coætanëi uidetur dicere iuſta,
Et mihi concedere uidetur his decentia,
Flere enim nos decens eſt ſi non iuſta facimus.

Phi. Cõſydera aũt et alterã adhuc ſentãtiã. STR. De enim pibo.

Phi. Et quidẽ forte non ægreferes patiens quæ nunc paſſus es.

Str. Quomodo iam? doceto enim quid iã mihi ex his proderis.

Phi. Matrem quemadmodum & te uerberabo. STR Quid cer
Hoc alterum rurſus maius malum. (tè dixiſti tu?

Phi. Quid autem ſi habens minorem
Sermonem te uincam dicens,
Matrem quòd uerberare decens.

Str. Quid autem aliud? ſi hæc facias:

Nihil

Nihil te prohibebit teipſum inijcere
In barathrum cum Socrate,
Et ſermonem minorem.
Hæc propter uos ô nebulæ paſſus ſum ego,
Vobis imponens omnes meas res.

Cho. Ipſe quidem igitur tibijpſi tu horum cauſa.
Vertiſti teipſum in malas res.

Str. Quid igitur hæc non mihi tunc dicebatis?
Sed uirum ruſticum & ſenem eleuaſtis.

Cho. Semper facimus hæc continue: quando aliquem
Cognoſcimus malarum exiſtentem amatorem rerum,
Quouſq; ipſum inijcimus in malum:
Vt ſciat Deos timere.

Str. Heu mala ô nebulæ, iuſta autem.
Non enim me oportebat res quas mutuo accepi
Auferre. nunc igitur ut dilectiſsime,
Cherephonta ſceleſtum & Socratem
Perdes mecum ueni qui te & me deceperunt.

Phi. Sed non iniuria afficiam præceptores.

Str. Ita, ita, uerecundare paternum Iouem.

Phi. Ecce Iouem paternum, ualde antiquus es.
Iupiter enim quis eſt? STR. Eſt. PHI. Non eſt, quoniam
Dinus regnat Iouem expellens.

Str. Non expulit: ſed ego hoc putabam
Propter dinum turbinem, hei mihi miſero.
Quando & te ollam exiſtentem Deum putaui.

Phi. Hic tibijpſi deſipe & nugare.
Hei mihi ſtultitia: ualde inſaniui certè,
Quòd eieci & duos propter Socratem.
Sed ô dilecte Mercuri nullo modo iraſcere mihi:

Neq; me conſumas, ſed ueniam habe
Mei errantis garrulitate:
Et mihi ſis conſiliarius, ſiue ipſos ſcripturam
Impello ſcribens, ſiue quodcunq; tibi uidetur.
Recte admones, non ſinens pœnam ſcribere.
Sed quàm citiſsimè comburere domum
Garrulorum. huc huc ô Xanthia,
Scalam capiens exi, & bidentem ferens,
Et poſtea aſcendens in ſcholam,
Quousq; ipſis inijcias domum,
Tectum defode ſi diligis dominum,
Mihi autem tedam importet aliquis accenſam.
Et ego aliquem ipſorum hodie dare pœnam
Mihi faciam, & ſi ualde ſunt ſuperbi.

Diſci. Heu, heu.
Str. Tuum opus ô teda mittere multam flammam.
Diſci. Homo quid facis? STR. Quodcunq; facio, quid aũt aliud q̃
Conſydero trabibus domus.
Diſci. Hei mihi, quis noſtrum comburit domum?
Str. Ille cuius pallium accepiſtis.
Diſci. Perdis, perdis. STR. Hoc ipſum enim & uolo,
Si bidens non prodat ſpes,
Vel ego prius aliquo modo ſuffocabor cadens.
So. Hic quid dicis uere hic in tecto?
Str. Per aërem ambulo, & conſydero ſolem.
So. Hei mihi miſero, miſer ſuffocabor.
Str. Quid enim diſcens iniuria affeciſti hunc in Deos?
Che. Ego autem infelix comburar.
Str. Et lunæ conſiderabatis ſedem.
Impelle, iace, uerbera multorum gratia.

Maximè autem ſciens Deos quòd iniuria afficiebam.

Cho. *Præite extra, tripudiatũ eſt enim modeſte hoc hodie uobis.*

FINIS.

ARISTOPHANIS RANARUM *argumentum.*

DIonyſius Euripidis deſyderio captus, & non potens aliter ſanare deſyderium, ad inferos deſcendere uoluit, ut ibi illum conueniret, cũ autẽ uię ignarus eſſet, cogitauit oportere ad Herculẽ prius ire. Hic enim diu ante iubente Euryſtheo Cerberi gratia ad inferos deſcenderat. Profectus autem & interrogans de uia, audiuit ab ipſo quonam modo oporteret deſcendere, iocato cum ipſo prius. Dionyſius autem antequam congrederetur cũ Hercule per ſeipſum paratus eſt, pellem leonis indutus, & clauã ferens. Vt igitur audiuit ab Hercule de uia, ſecum ſeruum quendã habens Xanthiã, ibat ad inferos, & primum quidem incidit in Acheruſiam paludem, & uidet in ipſa Charontem cum nauicula, cum qua mortuos ad inferos traijciebat; & Xanthias quidem non aſcendit nauiculam, eo quod in Arginuſis naualem non pugnauerat pugnam, pedibus autẽ circumiuit lacũ. Dionyſius autem aſcendens, & in ipſo Ranarum audiens cantum inter nauigandũ, tranſijt, & rurſus Xanthiam conuenit, & cum ipſo rurſus capiens uiã inuenit, quæ Hercules ipſi prædixerat, difficilia quædam ſpectacula, & Myſtas ad ipſas portas inferorum ſaltantes. Poſtea ut Hercules ingreſſus, & inter multis hoc contingentibus peruenit ad Plutonem, non ut Euripidem redu

ceret,ſed ut certantibus Aeſchilo et Euripide,qui horum optimus in arte uideretur,hunc ipſe capiens referret ad uitam . Hoc autem facto cum melior uiſus eſſet Aeſchilus,Dionyſius hoc capto reuerſus eſt.

ACTVS PERSONAE.

Xanthias,qui præloquitur Anaphoro humerum preſſus.

Dionyſius.	*Hercules.*
Mortuus.	*Charon.*
Chorus ranarum.	*Sacerdos.*
Chorus ſecretariorum.	*Aeacus.*
Serua Proſerpinæ.	*Hoſpita.*
Altera hoſpita.	*Platane.*
Famulus Plutonis.	*Euripides.*
Aeſchilus.	*Pluto.*

ARISTOPHANIS

RANAE.

XANTHIAS PRAELOQVENS.

Dicam aliquid conſuetorum ô domine,
In quibus ſemper rident ſpectantes?
Dio. *Per Iouem quodcũq; uis præter premor:*
Hoc autẽ ſerua:ualde enim eſt iam bilis.
Xan. *Neq; alterũ urbanũ aliquid?* DI. *Præter*
Xan. *Quid aũt:ualde ridiculũ dicã.* DI. *p Iouẽ, (quòd premor.*
Audens illud ſolum ut non dicas. XAN. *Quid?*
Dio. *Mutans anaphorum quòd cacaturias.*

Quid

Xan. Neq; quòd tantum laborem in me ipſo ferens,
Niſi depoſuerit aliquis, pedam?
Dio. Non certè præcor, præter quando uolo euomere.
Xan. Quid certè oportet me hæc uaſa ferre,
Si faciam nihil, quorum Phrynichus
Conſueuit facere, & Lycis & Mipſias
Vaſa ferunt ſemper in comœdia.
Dio. Non nunc facies, quòd ego ſpectans
Quando aliquid horum ſophiſmatum uidebo,
Plus quàm anno ſenior abibo.
Xan. O ter infelix, an collum hoc,
Quòd præmitur quidem, ridiculum autem non dicet?
Dio. Poſte a non iniuria hæc ſunt & multæ diuitiæ,
Quod ego exiſtens Dionyſius filius Stamnij,
Ipſe uado & laboro, hunc autem equito,
Vt non fatigetur, neq; dolorem ferat.
Xan. Non enim fero ego? DI. Quomodo fers enim qui ueheris?
Xan. Ferens hæc. DI. Quomodo? XAN. Grauiter ualde.
Dio. Non graue hoc quod tu fers, aſinus fert?
Xan. Non certè quod habeo ego & fero, per Iouem non.
Dio. Quomodo enim fers, qui ipſe ab altero portaris?
Xan. Non ſcio, humerus autem hic premitur.
Dio. Tu autem igitur quoniam aſinum non dicis te iuuare,
In parte tu aſinum attollens porta.
Xan. Hei mihi miſero. quid enim ego non nauipugnaui:
Certè te lugere iuberem longè.
Dio. Deſcende perdite. etenim probè portas.
Iam pedes iens ſum hanc quo primùm me
Oportebat uerti. puerule, puer, dico puer.
Her. Quis portam percuſſit, tanquàm centauricè,

Inſiluit

Inſiluit quicunq;. dic mihi, hoc quid erat?

Di. Puer. XA. Quid eſt? DI. Non animaduertiſti? XA. Quid?

Di. Quòd uehementer me timuit. XA. Per Iouem, non furias.

Her. Non per Cererem poſſum non ridere,
Et mordeo me ipſum, ſed tamen rideo.

Di. O' fælix accede, indigeo enim aliquid tui.

Her. Sed non potens ſum arcere riſum,
Videns pellem leonis in croceo poſitam.
Quæ mens? quid cothurnus & claua conuenerunt?
Quò terræ peregrinaris? DI. Bellabam cum Cliſthene.

Her. Et nauali bellaſti bello? DI. Demerſi naues
Hoſtium, uel duodecim uel tredecim.

Her. Vos? per Apollinem, & ita ego ſurrexi.
Et certè in naui legenti mihi
Andromedan ad me ipſum repente deſyderium,
Cor percußit: quomodo putas uehementer?

Her. Deſyderium? quantus quod. DI. Paruum, quantum Molon.

Her. Mulieris? DI. Non certè. HER. Sed pueri? DI. Nequaquàm.

Her. Sed uiri? DI. Papè. HER. Coiuiſti Cliſtene?

Dio. Ne iniuria afficias me ô frater: non enim, ſed habeo malè.
Tale deſyderium me conſumit.

Her. Quale ô fratercule? DI. Non poſſum dicere.
Tamen quidem per ænigmata dicam.
An unquam deſyderaſti repente fabam elixatam?

Her. Fabam elixatam? papè, infinities in uita.

Dio. Nunquid doceo manifeſtè? an altera dicam?

Her. Non certè circa fabam elixatam: ualde enim ſcio.

Dio. Tale igitur me conſumit deſyderium
Euripidæ, & maximè mortui.
Et nullus me perſuaderet hominum, non

Ire

Ire ad illum. HER. Vtrum in inferni deorſum?
Dio. Et per Iouem ſi quid eſt adhuc plus deorſum.
Her. Quid uolens? DI. Indigeo poëtæ commodi.
Hi quidē enim non amplius ſunt, hi autem exiſtentes mali.
Her. Quid autam non Iophon uiuit? DI. Hoc enim & ſolum
Adhuc eſt reliquum bonum, ſi & hoc utiq;.
Non enim manifeſtè ſcio, neq; ipſum hoc quomodo habet.
Her. Poſtea non Sophoclem priorem exiſtentem Euripide
Vis reducere, ſiquidem illinc oportet te ducere?
Dio. Non, antequàm Iophontem capiens ipſum ſolum,
Sine Sophocle, quodcunq; facit guſtabo.
Et aliter, hic quidem Euripides aſtutus exiſtens,
Et cum redire huc conabitur me.
Hic autem facilis quidem hic, facilis autem illic.
Her. Agathon autem ubi eſt? DI. Relinquens me abit,
Bonus poëta & deſyderatus amicis.
Her. Quò terræ miſer? DI. In beatorum conuiuium.
Her. Xenocles autem? DI. Deperijt per Iouem.
Her. Pythangelus? XAN. De me autem nullus ſermo,
Conſumpto humerum ſic uehementer?
Her. Igitur alteri ſunt hic adoleſcentuli,
Tragœdias facientes plusquàm decem milia,
Euripide plus quàm ſtadio loquaciores.
Dio. Botryunculi hi ſunt & multiloquia,
Hirundinum cantus, nocumenta artis.
Qui uani citius ſolum chorum capiant,
Semel ruentes tragœdiæ.
Naturalem autem poëtam non inuenies amplius
Quærens, qui uerbum generoſum loquatur.
Her. Quomodo naturalem, DI. Sic naturalem, qui loquatur

Tale

Tale quid præter periculum,
Aethera Iouis cubile, uel temporis finem,
Vel mentem quidem non uolentem iurare per ſacra,
Linguam autem peierantem ſine mente.
Her. Tibi autem hæc placent? DI. Et ualde plus quam inſanio.
Her. Certè quidem dicacia ſunt ut & tibi uidetur.
Dio. Non meam habita mentem, habes enim domum.
Her. Et quidem manifeſtè omnino mala uidentur.
Dio. Cœnare me doce. XAN. De me autem nullus ſermo?
Dio. Sed quorum gratia hunc apparatum ferens
Veni ſecundum tuam imitationem: ut mihi hoſpites
Tuos dicas, ſi indigeo, quibus tu
Vtebaris tunc quando iuiſti in Cerberum.
Hos dic mihi portus, artopolia,
Cibos, requies, conuerſiones, fontes, uias,
Ciuitates, conuiuia, hoſpitatrices: ubi
Cimices pauciſsimi. XAN. De me autem nullus ſermo?
Her. O miſer, audebis enim ire & tu?
Dio. Nihil amplius ad hæc, ſed dic uiarum,
Vt citiſsime abeam in inferni deorſum.
Et neq; calidam, neq; ualde frigidam dicas.
Her. Age iam quam ipſarum tibi dicam primam? quam?
Vna quidem enim eſt à fune & ſcamno
Suſpendenti te ipſum. DIO. Seda, ſuffocatiuam dicis.
Her. Sed eſt uia breuis trita.
Per mortarium. DIO. An uenenum dicis?
Her. Maximè. DIO. Frigidam & tempeſtuoſam.
Statim enim congelabit tibias.
Her. Vis citam & accliuem tibi dicam?
Dio. Per Iouem tanquam exiſtente non ambulatiuo.

Deſerpe

Her. Deſerpe nunc in ceramicum. DIO. Et poſtea quid?
Her. Aſcendens in turrim altam. DIO. Quid faciam?
Her. Dimiſſam lampadem illinc uide.
Et poſtea poſtquàm dixerint ſpectatores
Mittere, tunc mittere & tu teipſum. DIO. Quo? HER.
Deorſum.
Dio. Sed perdam cerebri cartilagines duas.
Non uadam uiam hanc. HER. Quid autem?
Dio. Quam tu tunc deſcendiſti. HER. Sed nauigatio multa.
Statim enim in paludem ibis ualde
Profundam. DIO. Poſtea quomodo tranſibo?
Her. In nauicula parua te uir ſenex
Nauta traducet, duos obolos mercedem capiens.
Dio. Papè, ualde magnopere poſſunt ubiq; hi duo oboli.
Quomodo iuiſtis & illuc? HER. Theſeus duxit.
Poſt hæc ſerpentes & feras uidebis infinitas
Grauiſſimas. DIO. Ne me perterreas, neq; timore afficias,
Non enim me diſſuadebis. HER. Poſtea cœnum multum
Et merdam ſemper noſtrum in hoc autem iacentes
Sicubi hoſpitem aliquis iniuria affecit unquam,
Vel puerum mouens argentum ſurripuit,
Vel matrem uerberauit, uel patris maxillam
Percuſſit, uel periurium iurauit:
Vel Morſimi aliquis dictionem exſcripſit.
Dio. Per Deos oportebat ad hos, & ſi
Saltationem aliquid didicit Cineſij.
Her. Hinc tibiarum aliquis te circuit ſpiritus.
Videbisq; lumem pulcherrimum ſicut hic,
Et myrteta, & ſaltationes felices
Virorum, mulierum, & plauſum manuum multum.

Hi au-

Dio. Hi autem iam qui ſunt? HER. Sacris inſtructi.
Xan. Per Iouem ego igitur aſinus ducens myſteria:
Et non deponam hæc pluri tempore.
Her. Qui tibi dicent omnia quorum indiges.
Hi enim proximè apud ipſam uiam
In Plutonis habitant portis.
Et ualde multum ô frater. DIO. Per Iouem & tu
Valde. tu autem ſtromata rurſus cape.
Xan. Ante & depoſuiſſe? DIO. Et citò certè ualde.
Xan. Non certè precor te, ſed conduc aliquem
Elatorum qui in hoc ueniat.
Dio. Si non inuenio? XAN. Tunc me agere. DIO. Bene dicis.
Etenim aliqui efferunt hunc mortuum.
Hic, tibi dico certè, tibi mortuo,
Homo, uis uaſcula in inferni ferre?
Mor. Quot? quæ. DIO. Hæc. MOR. Duas drachmas mercedem præbebis.
Dio. Per Iouem, ſed minus. MOR. Ite uos uia.
Dio. Expecta ô infelix ſi conuenero aliquid tecum.
Mor. Si non depones duas drachmas, ne diſputa.
Dio. Cape nouem obolos. MOR. Reuiuiſcam nunc iterum.
Xan. Valdè caſtus hic maledictus, non lugebit.
Ego uadam. DIO. Bonus es & generoſus.
Xan. Eamus in nauigium. CHA. ô op, admouere.
Dio. Hoc quid eſt? XAN. Hoc palus per Iouem.
Dio. Ipſa eſt quam dixit, & nauigium uideo.
Xan. Per Neptunum, & eſt Charon hic.
Dio. Salue ô Charon, ſalue ô Charon, ſalue ô Charon.
Cha. Quis in requies ex malis & moleſtijs?
Quis in obliuionis campum? uel in aſini pilos?

Vel

Vel in Cerberios? uel in coruos? uel in tænarum?

Dio. *Ego.* CHA. *Citò ingredere.* DI. *Quò impellere putas?*
Ad coruos certè? CHA. *Ita per Iouem tui gratia.*
Ingredere iam. DI. *Famule huc.* CHA. *Seruū non ago,*
Si non naui pugnauit illa circa carnes.

Xan. *Per Iouem non enim, ſed fui lippiens.*

Cha. *Igitur circuibis certè paludem currens.*

Xan. *Vbi igitur expectabo?* CHA. *Apud auæni lapidem,*
In requiebus, audis? XAN. *Valde audio.*
Hei mihi miſero, cui obuiaui exiens?

Cha. *Sede in remum, ſiquis innauiget, feſtinet.*
Hic, quid facis? DI. *Quodcunque facio. quid autem aliud quàm*
Sedeo in remum ubi iuſsiſti me tu?

Cha. *Non ſedebis igitur hic uentroſe.* DI. *Ecce.*

Cha. *Non proijcies manus & extendes?* DI. *Ecce.*

Cha. *Non non garries tenens, ſed contraiens*
Remigas promptè. DI. *Et poſtea quomodo potero*
Inexpertus, immarinus, inſalaminius
Exiſtens poſtea nauigare. CHA. *Faciliimè: audies enim cantus*
Optimos poſtquam inieceris ſemel. DI. *Quorum?*

Cha. *Ranarum, cicnorum admirabiles.* DI. *Iube iam.*

Cha. *Oop, op, oop, op.*

Cho. *Brecececex, coax, coax.*

Ran. *Brecececex, coax, coax.*
Paludoſi fontium filij,
Tibiale laudum uocem
Canamus ſonoram meam cantilenam
Coax, coax.

h Quam

Quam circum nyſeium Iouis
Dionyſius in paludibus cecinimus.
Quando ebrius
Sacris ollis
Procedit in meum templum populorum turba,
Brecececex,coax,coax.

Dio. Ego autemq́; dolere incipio
Culum,ô coax, coax.

Cho. Brecececex, coax,coax.

Dio. Vobis autem fortè nihil eſt curæ.

Cho. Brececececex,coax,coax.

Dio. Sed pereatis ipſo coax.
Nihil enim eſt aliud quàm coax.

Cho. Decenter ego ô multa faciens,
Me enim amauerunt bene cithariſantes Muſæ,
Et cornutus Pan
Calamis uocem ludens.
Ad hos delectatur autem cithara modulans Apollo,
Gratia fiſtulæ,quam ſub lyram
Aquoſam in paludibus nutrio.
Brececececex,coax,coax.

Dio. Ego iam tumores habeo,
Et culus tumet diu.
Et poſtea ſtatim inclinans dicet,
Brececececex,coax,coax,
Sed ô amans cantum genus ceſſate.

Cho. Magis quidem igitur canemus,ſi iam unquam bene
Solaribus in diebus
Saltauimus per Cypirum,
Et phleo gaudentes cantibus

Multum

Multum natabilibus melodijs.
Vel Iouis fugientes hymbrem,
Aquoſum in profundo chorum
Varium cantauimus,
Tumoribus.
Brececececex,coax,coax.

Dio. Hoc à uobis capio.
Cho. Grauia igitur perſuadebimur.
Dio. Grauiora autem ego remigans,
Si diſrumpar.
Cho. Brececececex,coax,coax.
Dio. Lugete non enim mihi curæ eſt.
Cho. Sed quidem uociferabimur
Quantum guttur noſtrum
Poteſt per dies,
Brececececex,coax,coax.
Dio. Hoc enim non uincetis.
Cho. Neq; quidem nos tu omnino.
Dio. Neq; quidem uos iam me
Nunquàm. uociferabor enim
Et ſi me oportet per dies,
Quouſq; uos uincam coax.
Cho. Brececececex,coax,coax.
Dio. Putabam utiq; ceſſare aliquando uos coax.
Cho. O' ceſſa,ceſſa,eijce remum,
Egredere,redde naulum. DIO. Tene obolos.
O' Xanthias,ubi Xanthias?ſum Xanthias?
Xan. Heus. DIO. Veni huc. XAN. Salue ò here.
Dio. Quid eſt hìc? XAN. Tenebræ & cœnum.
Inſpexiſti igitur alicubi patricidas illic,

Et periuros, quos dicebat nobis? XAN. Tu autem non?

Dio. Per Neptunum ego, & nunc uideo.
Age iam quid faciamus? XAN. Procedere optimum nobis.
Quòd hic locus eſt ubi feras
Graues dicebat ille. DIO. Valdè lugebit.
Superbiebat ut timerem ego,
Sciens me bellatorem exiſtentem glorians.
Nihil enim ſic ſuperbum eſt ſicut Hercules.
Ego autem præcarer obuiare alicui,
Capereq; certamen dignum aliquod uia.

Xan. Per Iouem, & quidem ſentio ſtrepitum quendam.

Dio. Vbi ubi eſt? XAN. Retrò. DIO. À tergo nunc uade.

Xan. Sed eſt in conſpectu. DIO. Ante nunc uade.

Xan. Et quidem uideo per Iouem beluam magnam.

Dio. Qualem quam? XAN. Grauis, uaria igitur fit.
Aliquando quidem bos, nunc autem mulus, aliquando autem rurſus mulier
Pulcherrima quædam. DIO. Vbi eſt? age in ipſam uado.

Xan. Sed non amplius rurſus mulier eſt, ſed iam canis.

Dio. Empuſa igitur eſt. XAN. Illuſtratur igne igitur
Totus uultus, & brachium æreum habet.

Dio. Per Neptunum, & ſtercus boum alterum.

Xan. Manifeſtè ſcias. DIO. Quô igitur uertar? XAN. Quô & ego?

Dio. Sacerdos, conſerua me ut ſim tibi compotator.

Sac. Perimus ô rex Hercules. DIO. Non. non uoces
Me ô homo precor, neq; apertè dicas nomen.

Sac. Dionyſi igitur. DIO. Hoc autem minus altero.

Xan. Vade, quò uadis, huc huc ô here.

Dio. Quid eſt? XAN. Confide: omniaq; bona egimus.

Licet

Licet autem quemadmodum hæc gelochus nobis dicere.
Ex undis enim rurſus iterum tranquillitatem uideo,
Illa empuſa uana. DIO. Valde iura. XAN. Per Iouem.
Dio. Et rurſus ualde iura. XAN. Per Iouem. DIO. Iura. XAN. Per Iouem.
Dio. Hei mihi miſero, ut pallui ipſam aſpiciens.
Hic autem ueritus erubuit me.
Hei mihi, unde mihi hæc mala acciderunt?
Quem cauſabor deorum me perire?
Aethera Iouis cubile, uel temporis finem.
Xan. Canit quis intus?
Dio. Hic. XAN. Quid eſt? DIO. Non audiuiſti? XAN. Quid?
Dio. Tibiarum flatum. XAN. Ego & tedarum me
Aura quædam inſpirauit ſecretiſsima.
Sed quietè timentes audiamus.
Cho. Iacche ô Iacche.
Iacche ô Iacche.
Xan. Hoc eſt illud here ſacrificantes,
Hic ludunt quos dicebat nobis.
Canunt igitur Iacchum quem Diagoras.
Dio. Et mihi uidentur taciturnitatem igitur agere.
Optimum eſt ut uideamus apertè.
Cho. Iacche ô multum honoratis
Sedibus hic habitans,
Iacche ô iacche.
Veni hoc in pratum tripudiaturus,
Sanctos in tripudiatores.
Multi fructus quidem quatiens
Circa caput tuum emanantem
Coronam myrtis.

Audaci autem inde pulſans
Pede laſciuam
Amantem ludorum honorem
Gratiarum plurimam habentem,
Partem, caſtam, ſacram,
Sanctis ſacerdotibus choream.

Xan. *O` ueneranda perhonorata*
Cereris filia,
Valde dulce mihi inſpirauit porcinarum carnium.

Dio. *Non tacitè habebis, ſi quid & chordæ acceperis.*

Cho. *Suſcita accenſas lampa-*
Das: in manibus enim uenis
Quotiens Iacche,
Nocturni ſacrificij lucifera ſtella
Flamma. illuminatur autem pratum.
Genu mouetur ſenum.
Expellit autem triſtitias,
Saturninorumq; annorum
Antiquos annos
Sacro ſub honore.
Tu autem lampade illuſtrans
Ante educ omnibus floribus flo-
Ridum paludoſum campum,
Choream facientem beatè iuuentutem.

Aduerbium.

Semicho. *Laudare oportet, & extra ſtare noſtros choros,*
Quicunque inexpers talium ſermonũ, uel opinione nõ eſt purus,
Vel generoſarum orgia Muſarum neque ſciuit, neque tripudiauit.

Neq;

Neq; Cratini tauriphagi linguæ bacchia perfecit:
Vel ſcurris uerbis gaudet non in tempore hoc facientibus:
Vel ſeditionẽ odioſam non diſſoluit, neq; facilis eſt ciuibus,
Sed reſuſcitat & turbat, lucra propria appetens.
Vel ciuitatem damnum recipientẽ dominus contra munera capit:
Vel tradit arcem, uel naues, uel arcana longè mittit
Ex Aegina Thorycion exiſtens: uigeſima congregans malus dæmon,
Pelles & lina et pixem tranſmittit in Epidaurum.
Vel pecunias aduerſariorum nauibus præbere aliquem ſuadet:
Vel deuellit hecatæa circularibus choris ſuccinens:
Vel mercedes poëtarum rhetor exiſtens poſtea deuorat
Comœdia accuſatus in patrijs ſacrificijs Dionyſij.
His dico, & rurſus dico, & iterum ualde dico,
Extra ſtare ſacerdotales choros. uos autẽ reſuſcitate cantum,
Et uigilias nocturnas noſtras, quæ huic conueniunt feſto.

Semichо. Procede iam nunc omnis uiriliter
In floridos ſinus
Pratorum, impulſans
Et cauillans, & ludens,
Et ſubſannans: bene factum eſt
Autem ſufficienter: ſed intra
Et ut extollas ſotiram generoſe
Voce canens:
Quæ ciuitatem ſeruare dicit in tempora,
Etſi Thorycion non uelit.

Cho. Age nunc alteram laudum ſpeciem fructiferam reginam

Cererem deam ornantes perdiuinis cantibus laudate.
Ceres purorum orgiorum
Regina adſis,
Et ſalua tuiipſius chorum,
Et me firmiter toto die
Ludereq́; & tripudiare,
Et multa quidem ridicula me di-
Cere. multa autem ſedula &
Tuo feſto dignè
Ludentem,& cauillantem, uin-
Centem coronari.
Semicho. Age eia nunc,& pulchrum Deum
Aduocate huc,
Cantibus comitem
Huius choreæ.
Semicho. Iacche multum honorate,cantum feſti
Dulciſsimum inueniens,huc ſequere
Ad Deam:& oſtende quod
Sine labore multam uiam perficis.
Iacche amator tripudij ſimul præmitte me.
Tu enim ſcidiſti quidem in riſu
Et in parcitate hoc
Calciamentum & ueſtem.
Et inueniſti uſque ad indamnatos
Ludereq́; & tripudiare.
Semicho. Iacche amator tripudij ſimul præmitte me.
Et enim aſpiciens quandam adoleſcentulæ,
Nunc iam uidi & ualde pulchræ
Colluſtricis ueſte
Rupta mammam inclinatam.

Iacche

Semi. Iacche amator tripudij ſimul præmitte me.
Xan. Ego autem ſemper aliquo modo amator ſecutionis ſum, et cum ipſa
Ludens tripudiare uolo. DIO. Et ego ad.
Cho. Vultis igitur communiter
Cauillari Archedemum?
Qui ſeptennis exiſtens non generauit conſanguineos.
Nunc autem populum gubernat
In ſupra mortuis.
Et eſt primum illic nequitiæ.
Cliſthenem autem audio
In ſepulchris podicem
Vellere ſuijpſius, & lacerare maxillas:
Et plangebat inclinatus,
Et flebat, & clamabat
Sebinum, qui eſt pudendorum tractator:
Et Calliam dicunt
Hunc Hippobini,
Cunni pellem nauibellare indutum.
Dio. Poteſtis igitur dicere nobis,
Pluto ubi hic habitat?
Cho. Hoſpites enim ſumus nuper profecti.
Nihil longè ibis,
Neq; iterum interroga me:
Dio. Sed ſcias in ipſam portam profectus.
Xan. Eleuabis rurſus iterum famule lectos.
Hæc quæ erat res?
Cho. Sed an Iouis Corinthus in lectis?
Ite nunc ſacrum in circulum Deæ
Floridum in nemus,

Ludentes:quibus participatio
Deam amantis feſti.

Dio. Ego autem cum puellis
Vado & mulieribus,
Vbi excubant Deæ,
Lumen ſacrum portans.

Cho. Eamus in perroſaria
Prata floribus odorifera,
Noſtrum morem pulchrichorealem
Ludentes,quem beatæ
Parcæ conducunt.
Solis enim nobis ſol
Et lumen hilarum eſt,
Quicunq; ſacrati ſumus,pi-
Vmq; degimus
Morem circaq; hoſpites & proprios.

Dio. Age iam quem modum portam uerberabo,quem?
Quomodo hic igitur uerberant ciues?

Xan. Non immoraberis,ſed guſtato portam
Secundum Herculem habitum & ſuperbiam habens.

Dio. Famule famule. AEA. Quis hic? DIO. Hercules fortis.

Aea. O odioſe,& impudens,& audax tu,
Et ſceleſte,& omnino ſceleſte,& ſceleſtiſsime,
Qui canem noſtrum expellens Cerberum
Abduxiſti ſuffocans,& abcurrens iuiſti capiens,
Quem ego ſeruabam:ſed nunc habet media
Talis Stygis te nigri cordis petra,
Acherontiusq; ſcopulus ſanguinolentus,
Cuſtodiunt Cocytiq; circum currentes canes,
Echidnaq; centum capitum,quæ uiſcera tui

Dilacerabit,

Dilacerabit, pulmonemq́; intinget
Terribilis murena: renes autem tui
Ipſis interioribus ſanguinolentos
Diſtrahent Gorgones quid audaces,
In quas ego uelocem mouebo pedem.

Xan. Hîc quid feciſti? DIO. Cacaui, uoca Deum.

Xan. O' ridiculiſsime, non reſurges citò
Ante aliquem te uidere alienum. DIO. Sed ſemimortuus ſum.
Sed porta ad cor mei ſpongiam.

Xan. Ecce cape. DIO. Appone, ubi eſt? XAN. O' aurei Dei,
Hîc habes cor? DIO. Timui enim, in inferius mei uentrem deſcendit.

Xan. O' timidiſsime Deorum tu & hominum. DIO. Ego?
Quomodo timidus qui ſpongiam petij te?
Non alter hæc operatus eſt uir. XAN. Sed quid?

Dio. Deorſum iacuit odorans, ſi timidus erat.
Ego autem ſurrexi, & adhuc abſterſi.

Xan. Virilia ô Neptune. DIO. Puto per Iouem.
Tu autem non timuiſti ſtrepitum uerborum
Et minas? XAN. Non per Iouem, neq; curaui.

Dio. Valde nunc quoniam ſuperbis & uirilis es,
Tu quidem fias ego, clauam hanc capiens,
Et pellem leonis, ſi quidem intimidus uiſceribus es.
Ego autem ero tibi ſarcinas ferens in parte.

Xan. Fer iam citò ipſa. non enim, ſed credendum,
Et reſpice ad Herculeum Xanthiam,
Si timidus ero, & ſecundum te ſuperbiam habens.

Dio. Per Iouem. ſed uerè non enim Melites famulus.
Age nunc ego lectos eleuem hos,

O' amiciſsime

Ser. O' amiciſſime ueniſti Hercules? huc intra.
Hæc enim Dea te poſtquàm audiuit uenientem, ſtatim
Pinſebat panes, calefecit leguminum ollas
Fabæ duas uel tres, bouem coxit totum,
Placentas aſſauit, colabos. ſed intra.
Xan. Optimè laudo. SER. Per Apollinem non te ego
Deſpiciam uenientem: quoniam tibi & carnes
Coquebat gallinaceas, & bellaria
Siccabat, & uinum remiſcebat dulciſſimum.
Sed intra ſimul mecū. XAN. Valde bene. DIO. Garris habens,
Non enim te dimittam. SER. Etenim tibicina tibi
Hæc intus eſt pulcherrima, & ſaltatrices
Alteræ duæ uel tres. XAN. Quomodo dicis ſaltatrices?
Ser. Pubeſcentes, & nuper euellentes.
Sed intra quòd coquus iam partes
Volebat auferre, & menſa illata eſt.
Xan. Age nunc dic primum tibicinis
His intus exiſtentibus ipſe quòd ingredior.
O' famule, ſequere huc uaſa portans.
Dio. Detine hic. non quid feſtinationem facias
Quòd te ludens Herculem ordinaui.
Non non nugaberis habens ô Xanthia.
Sed eleuans portabis rurſus lectos.
Xan. Quid autem eſt? non iam me auferre putas
Quæ dediſti ipſe? DIO. Non, citò ſed iam facio.
Depone pellem. XAN. Hæc ego teſtificor,
Et deis committo. DIO. Qualibus deis?
Hos autem ſperare te non fatuum & uanum,
Quòd ſeruus exiſtens & mortalis Alcmenæ eris?

Deniq;

Xan. Deniq; bene habe hæc. forſitan enim aliquando
Mei indigebis, ſi Deus uoluerit.
Hæc quidem à uiro ſunt
Animum habente & mentes, &
Multa circum nauigante,
Mutare ipſum ſemper,
Ad benefacientem parietem
Magis quàm ſcriptam
Imaginem ſtare capientem unam
Figuram. hoc autem mutari
Ad mollius,
Prudente à uiro eſt & natura Theramenis.

Dio. Non enim iam ridiculum erat ſi
Xanthias quidem ſeruus exiſtens, in Lectis mileſijs
Reuolutus, mouens ſal-
Tatricem, poſtea petijt matulam. e-
Go autem ad hunc aſpiciens
Teſticulum apprehendi.
Hic autem tanquam exiſtens ipſe aſtutus
Vidit: & poſtea ex maxilla
Pugnis uerberans me non percutiendo eiecit choros anteriores.

Hoſp. Plathana, Plathana, huc ueni. aſtutus hic
Qui in hoſpitium ingrediens aliquando
Sex & decem panes deuorauit noſtrûm. PLA. Per Iouem
Ille ipſe certè. XAN. Malum uenit alicui.

Hoſp. Et carnes ad hæc cocta uiginti
Supra ſemioboli. XAN. Dabit aliquis pœnam.

Hoſp. Et alia multa. DIO. Nugaris ô mulier,
Et non ſcis quid dicis. HOSP. Nõ quidẽ igitur me addidiſti.

Quòd cothurnos habebas recognoſcere te adhuc?

Hoſp. Quid autem? multum ſalſamentum non dixi aliquomodo
Per Iouem, neq; caſeum recentem miſer,
Quem cum ipſis Calathis deuoraſti.
Et poſtea quoniam iam argentum exegi,
Reſpexit in me aſperè, & mugiebat.

Xan. Huius ualde hoc opus, hic mos ubiq;.

Hoſp. Et enſem extrahebat furere apparens
Per Iouem miſera. PLA. Nos autem timentes aliquomodo
In ſcalam ſtatim ſupra ſaltauimus.
Hic autem iuit educturus mattas capiens.

Xan. Et hoc huius opus: ſed decebat aliquid facere.

Hoſp. Age iam uoca adiutorem Cleonem mihi.
Tu autem mihi ſi obuiaueris Hyperbolum
Vt ipſum conteramus. PLA. O ſceleſtum guttur,
Valde ſuauiter tui lapide dentes
Percutiam, quibus mei deuoraſti onera.

Hoſp. Ego autem in barathrum inijciam te.

Pla. Ego autem guttur excidam tui,
Falcem capiens, quo crura euulſiſti.
Sed uado ad Cleonem, qui ipſius hodie
Extrahet hæc aduocatus.

Dio. Peſſime peribo, Xanthiam ſi non amo.

Xan. Scio ſcio animum, deſine deſine ſermonem,
Non fiam Hercules. DIO. Nullo modo
O Xanthiole? XAN. Et quomodo Alcmenæ ego
Filius fiam ſeruus ſimul & mortalis exiſtens?

Dio. Scio ſcio quòd iraſceris, & iuſtè ipſum facis:
Et ſi me uerberares, non contradicam tibi.
Sed ſi tibi reliquo unquam auferam tempore,

Radicitus

Radicitus ipſe,uxor,filij,
Peßime peream, & Archedemus ille lippus.
Xan. Suſcipio iuramentum,& in his capio.
Dio. Nunc tuum opus eſt,poſtquàm
Habitum accepiſti, quem
Habebas ex principio,iterum
Reiuueneſcere teipſum ſemper,
Et uidere rurſus graue,
Dei recordans,
Cui aßimilas teipſum:
Si autem delirans capieris,
Et iacies aliquid molle,
Rurſus eleuare te neceßitas aliqua iterum lectos.
Xan. Non male ô uiri admonetis,
Sed & ipſe ſum h-
Aec nuper intelligens.
Quòd quidem igitur ſi utile ſit aliquid,
Hos auferre iterum ten-
Tabitis me, bene ſcio quòd.
Sed tamen ego præbebo
Meipſum uirilem ſuperbia,
Et uidentem origanum.
Oportere autem uidetur,ut audio portæ & iam ſtrepitum.
Aea. Colligate citò hunc canis furem,
Vt det pœnam,feſtinate. DIO. Venit alicui malum.
Xan. Non ad coruos?non accedite. AEA. Eſto,& pugna.
O Ditylas,& ô Sceblyas,& ô Pardocas,
Venite huc & pugnate huic.
Dio. Poſtea non grauia hæc? uerberare hunc
Furantem ad aliena? XAN. Valdè magna.

Impia

Aea. *Impia quidem igitur & grauia?* XAN. *Sed quidem per Iouē,*
Si unquam ueni huc, uolo mori.
Vel furatus ſum taurum dignum aliquid & capillo.
Et tibi faciam rem generoſam ualde,
Torque enim famulum hunc capiens:
Et ſi unquā me capias iniuria afficientem, occide me ducēs.

Aea. *Et quomodo torqueo?* XAN. *Omni modo, in ſcala*
Ligans, ſuſpendens, ſcutica uerberans, excorians,
Stricte ligans, inq; nares acetum infundens,
Lateres imponens: omniaq; alia, præterquam porro
Non uerbera hunc, neq; cepa noua.

Aea. *Iuſtus ſermo, & ſi quid frangam tibi*
Famulum uerberans, argentum tibi iacebit?

Xan. *Non certe mihi: ſic autem torque abducens.*

Aea. *Illic quidem igitur, ut tibi in oculis dicat,*
Depone tu uaſa citò: & ut dicas
Hic nullum mendacium. DIO. *Dico alicui*
Me non torquere immortalem exiſtentem: ſi autem non,
Ipſe tu te ipſum accuſato. AEA. *Dicis autem aliquid?*

Dio. *Immortalis eſſe dico Dionyſius Iouis,*
Hunc autem ſeruum. AEA. *Hæc audis?* XAN. *Dico ego.*
Et multo magis eſt flagellandus:
Siquidem Deus enim eſt, non ſentiet.

Dio. *Quid igitur? quoniam & tu dicis eſſe Deus:*
Non & tu uerberaris æqualibus plagis mihi?

Xan. *Iuſtus ſermo. & alterutrum noſtrûm uidebis*
Flentem priorem, uel præferentem aliquid
Verberatum, eſſe hunc puta non Deum.

Aea. *Non eſt quomodo non es tu generoſus uir.*
Vadis enim ad iuſtum. exuimini iam.

Quomo-

Xan. Quomodo igitur torquebis nos iuſtè? AEA. Facilè.
Plagam ad plagam utrunq;. XAN. Bene dicis.
Ecce, conſydera, ſi me permutantem uidebis.
Aea. Iam percuſſi te. XAN. Non per Iouem. AEA. Neq; mihi uideris.
Sed uado in hunc & percutiam. DIO. Quando?
Aea. Et iam percuſſi. DIO. Et poſtea quomodo non ſternutabā?
Aea. Non ſcio, hunc autem rurſus tentabo.
Xan. Non feſtinabis? heu. AEA. Quid iam heu?
Nunquid doluiſti? XAN. Non per Iouem, ſed cogitaui
Quando Herculea illa in Diomeis fiunt.
Aea. Homo ſacer, huc iterum eundum.
Dio. Heu heu. AEA. Quid eſt? DIO. Equites uideo.
Aea. Quid igitur fles? DIO. Cepas odoro.
Aea. Poſtea præfers nihil? DIO. Nihil mihi curæ eſt.
Aea. Eundum igitur eſt in hunc iterum.
Xan. Hei mihi. AEA. Quid eſt? XAN. Spinam excipe.
Aea. Quæ res hæc? huc iterum eundum.
Dio. Apollo qui Delum uel Pythona habitas.
Xan. Doluit, non audiuiſti? DIO. Non ego: quoniam
Iambum Hipponactis recordabar.
Xan. Nihil facis enim, ſed latera pede feri:
Aea. Per Iouem, ſed iam præbe uentrem.
Dio. Neptune. XAN. Doluit aliquis.
Dio. Qui Aegæi ſummitatibus uel glauci dominaris
Maris in profunditatibus.
Aea. Non per Cererem poſſum aliquomodo diſcere
Vter ueſtrûm eſt Deus. ſed intrate.
Dominus enim ipſe uos cognoſcet,
Et Proſerpina tanquàm exiſtentes & illi dei.

Dio. Rectè dicis: uoluiſſem autem hoc te
Prius feciſſe, quàm me plagas accepiſſe.
Cho. Muſa chororum ſacrorum intra, &
Veni in delectationem cantus mei,
Multam uiſuro populorum turbam:
Vbi ſapientiæ infinitæ ſedent
Honoratiores Cleophonte, in quo
Iam labris loquacibus
Graue reſonat
Threicia hirundo,
Supra barbarum ſedens ſolium.
Canit autem luctuoſa aëdoniam
Legem, quòd perit,
Et ſi æqualia ſuffragia ſint.
HYM. Sacrum chorum iuſtum eſt utilia ciuitati
Simul admonere & docere. primum igitur nobis uidetur
Adæquare ciues, & auferre terrores.
Et ſi quis peccauerit errans quid, Phrynichi luctis,
Ineſſe dico decere labentibus tunc
Cauſam exponentibus ſoluere prius peccata,
Poſtea inhonoratum dico decere nihil eſſe in ciuitate.
Etenim turpe eſt hos quidem mari pugnantes unam,
Et Platæenſes ſtatim eſſe, & pro ſeruis dominos.
Et neq; hoc ego poſſum non bene dicere habere,
Sed laudo: ſola enim ipſa mentem habentia feciſtis.
Ad autem hæc decens uos, qui uobiſcum multa iam
Et patres mari pugnarunt, & conuenientibus genere,
Vnam hanc admonere calamitatem petentibus.
Sed iram remittentes ô ſapientiſsimi natura,
Omnes homines uoluntarij conſanguineos acquiramus,

Et idoneos, & ciues quicunq; mari pugnet.
Si autem hæc tumebimus, & inhoneſti erimus,
Ciuitatem & hæc habentes undarum in ulnis,
Poſtero tẽpore tunc rurſus bene gloriari nõ apparebimus.
Si autem ego rectus uidere uitam uiri,
Vel morem qui adhuc lugebit.
Non multo neq; ſimia hic
Nunc turbans, Cligenes paruus
Prauiſsimus balnearius, quot
Imperant mixtæ cineri,
Falſi nitriq; pulueri,
Et cimoliæ terræ,
Tempore inconuerſabitur. ſciens autem hæc non
Pacificus eſt, ut non aliquando & e-
Xutus ſit inebrians ſi-
Ne ligno uadens.
Sæpe nobis uiſa eſt ciuitas pati
Idem, inq; ciuium bonosq; & honeſtos,
Inq; antiquum numiſma, & nouum aurum.
Neq; enim his exiſtentibus non immundis,
Sed optimis omnium ut uidetur numiſmatum,
Et ſolis rectè inciſis, & ſonantibus,
Inq; Græcis, & barbaris ubiq;,
Vtimur nihil. ſed his malis æreis
Heriq; & paulo ànte inciſis peſsima inciſione.
Ciuiumq; quos quidem ſcimus generoſos & prudentes
Viros exiſtentes, & iuſtos & bonosq; & honeſtos,
Et nutritos in palæſtris & choris & muſica,
Expellimus: æreis autem, & hoſpitibus, & ſeruis,
Et malis, & ex malis in omnia utimur,

Vltimis uenientibus, quibus ciuitas antea
Neq; pharmacis decenter facile uſa eſſet.
Sed & nunc, ô imperiti, tranſmutantes mores
Vtimini bonis rurſus, & cum uirtute agentibus enim
Rationabile: et ſi quid erraueritis, ex digno igitur ligno:
Si quid & patimini, pati ſapientibus uidebimini.

Aea. Per Iouem ſeruatorem, generoſus uir
Dominus tui. XAN. Quomodo enim non generoſus,
Qui bibere ſcit, & coire ſolum.

Aea. Hoc autem non uerberaſſe te accuſantem manifeſte,
Quòd ſeruus exiſtens dixiſti eſſe dominus?

Xan. Luge igitur. AEA. Hoc quidem ſeruile
Statim feciſti, quod ego gaudeo faciens.

Xan. Gaudes? ſupplico. AEA. Valde ſpectare uideor,
Quando maledicam clam domino.

Xan. Quid autem? murmurans, quando plagas capiens
Multas abis foras? AEA. Et tunc lætor.

Xan. Quid autem? multa faciens? AEA. Valde per Iouem nihil
ſcio ego.

Xan. Amice Iupiter, & obaudiens herorum
Quando loquuntur? AEA. Valde plus, quàm inſanio.

Xan. Quid autem? his foras hæc detrahens? AEA. Ego
Per Iouem. ſed quando facio hoc, & inſanio.

Xan. O Phœbe Apollo, inijce mihi dextram,
Et da oſculari, & ipſe oſculare: & mihi dic
Per Iouem qui nobis eſt conſeruus,
Quæ hæc intus turba & uox,
Et nugatio? AEA. Aeſchyli & Euripidis.

Xan. Ah. AEA. Res res enim mota eſt magna
In mortuis, & ſeditio multa ualde.

Ex

Xan. Ex quo? AEA. Lex quædam hic eſt ordinata,
Ab artibus quæ magnæ & commodæ,
Optimum exiſtentem ſui ipſius coartificum,
Victum ipſum in Pritaneo capere,
Thronumq; Plutonis deinceps. XAN. Diſco.
Aea. Quouſq; abiret arte ſapientior
Alter aliquis ipſo. tunc autem cedere oportebat.
Xan. Quid igitur hoc tumultuauit Aeſchylum?
Aea. Ille habebat tragœdicum thronum,
Tanquam exiſtens optimus arte. XAN. Nunc autem quis?
Aea. Quando iam deſcendit Euripides, oſtendebatur
Spoliatoribus, crumenarum inciſoribus,
Et parricidis, & muri foſſoribus:
Quæ eſt in inferno multitudo. hi autem auditores
Contradictionum, & cantuum turpium, & uerſionum
Inſaniuerunt, & putauerunt ſapientiſſimum.
Et poſtea elatus contra aſſumpſit thronum,
Vbi Aeſchylus ſederat. XAN. Non eiectus eſt?
Aea. Per Iouem: ſed populus reclamabat iudicium facere,
Vter eſſet arte ſapientior.
Xan. Hic malorum? AEA. Per Iouem cœleſte quantum.
Xan. Cum Aeſchylo autem non erant ſocij adiuratores?
Aea. Paruum bonum eſt ſicut hic.
Xan. Quid igitur Pluto facere præparat?
Aea. Certamen facere ſtatim ualde & iudicium,
Et argumentum ipſorum artis. XAN. Poſtea quomodo
Non & Sophocles contra aſſumpſit thronum?
Aea. Per Iouem non ille, ſed oſculatus eſt quidem Aeſchylum
Quando iam deſcendit, & iniecit dextram,
Et ille ceſſit ipſi throno.

Non autem futurus erat ſicut dixit Clidemides,
Præſes ſedere. & ſiquidem Aeſchylus uincat,
Habere ſecundum ordinem: ſi autem non, de uirtute
Pugnare dicebat contra Euripidem.

Xan. Quæ res erit? AEA. Per Iouem parum poſt
Et hic iam grauia mouebuntur.
Etenim trutina muſica ponderabitur.

Xan. Quid autem? paruifacient tragœdiam,
Et regulas exportabunt, & ulnas uerborum,
Et quadras compactas more lateris facient,
Et lineas & cuneos. hic enim Euripides
Secundum uerbum examinare dicit tragœdias.

Xan. Certè grauiter puto Aeſchylum ferre.

Aea. Reſpexit igitur more tauri inclinatus deorſum.

Xan. Iudicabit autem iam quis hæc? AEA. Hæc erat difficile,
Sapientium enim uirorum dubitationem inueniebant.
Neq; enim Athenienſibus conueniebat Aeſchylus.

Xan. Multos fortè putauit muri foſſores.

Aea. Nugasq; alia putabat cognoſcere circa
Naturas poëtarum. poſtea tuo domino
Commiſerunt, quòd artis peritus eſſet.
Sed introëamus, quòd quando domini
Feſtinant, luctus nobis fiunt.

Cho. Certè grauem magnitonans
Iram intus habebit,
Quando ſtridulum uidebit
Acuentis dentem
Aemuli: tunc iam
Furia præ graui
Oculi circuibunt.

Erunt

Erunt autem altorumq́; ſermonum
Magnæ contentiones,
Sciſsionumq́; politiones,
Sculptionesq́; operum
Viri puniti,
Scientifici uiri
Verba alta.
Horrens autem comati colli
Lanoſam ſetam,
Graue ſupercilium congregans
Fremens mittet.
Verba ſuperba
Fortiter attrahens
Forti flatu.
Hinc iam rabula uerborum
Exquiſitrix ſubtilis
Lingua uoluta odioſas
Mouens habenas.
Verba diuidens,
Contra ſubtiliter loquens,
Pulmonum multum laborem.

Eur. Non dimittam ſedem: ne admone.
Melior enim eſſe dico hoc arte.

Dio. Aeſchyle quid ſiles? ſentis enim ſermonem.

Eur. Superbit prius, quemadmodum ſemper
In tragœdijs mentitum eſt.

Dio. O' infelix uirorum, ne magna ualde dic.

Eur. Ego ſcio hunc & conſyderaui diu
Hominem agreſtem, præſumptuoſum,
Habentem effrenatum, intemperans, ſine ianua os,

Temerarium, ſuperbum.

Aeſ. Verè ô fili arualis Deæ,
Tu iam mihi hæc ô nugator,
Et pauperem faciens, & uilem ueſtem ſuens.
Sed non aliquid gaudens hæc dices. DIO. Seda Aeſchyle,
Et non ad concitationem uiſcera calefacies ira.

Aeſ. Non certè, antequam hunc oſtendero manifeſtè
Illum claudum facientem, qualis exiſtens ſuperbit.

Dio. Agnam agnam magnam nigram famuli exportate.
Ventus enim exire præparatur.

Aeſ. O' Cretenſes quidem colligens ſolitarios cantus,
Nuptias autem impias inferens in artem.

Dio. Abſtine hic multum honorate Aeſchyle
A' grandinibus. ô praue Euripides
Abduc teipſum longè ſi ſapis:
Vt non aſpero tempus tui uerbo
Verberans præ ira effundat Telephum.
Tu autem non ad iram Aeſchyle, ſed leniter
Accuſa accuſare. conuiciari autem non decet
Viros poëtas, quemadmodum panum uenditrices.
Tu autem ſtatim tanquam primus incenſus clamas.

Eur. Promptus ſum ego, & non recuſo
Mordere, morderi prior ſi huic uidetur,
Verba, cantus, neruos tragœdiæ,
Et per Iouem Peleumq́;, & Aeolum,
Et Meleagrum, & item ualdè Telephum.

Dio. Tu autem iam quid deliberas facere dic Aeſchyle.

Aeſ. Deliberabam quidem non contendere hic.
Non ex æquo enim eſt certamen nobis. DIO. Quid?

Aeſ. Quòd poëſis non commortua eſt mihi,

Huic

Huic autem commortua eſt: quare poterit dicere
Tamen, quoniam tibi uidetur, facere hæc oportet.

Dio. Age nunc thus huc aliquis & ignem det,
Vt ſupplicem ante ſophiſmata
Certamen iudicare hoc ſcientiſsime.
Vos autem Muſis aliquem cantum accinitote.

Cho. Iouis nomen uirgines caſtæ
Muſæ, tenues ſermones,
Prudentes mentes, quæ reſpicitis
Virorum opinionum expreſſorum,
Quando in contentionem acutis cogitationibus
Veniunt peruerſiſ-
Que certaminibus contradicentes:
Venite uiſuræ
Potentiam grauiſsimorum orium.
Præbete uerba,
Sectiones uerborum. nunc enim certamen
Hoc ſapientiæ magnum
Procedit ad opus iam.

Dio. Orate iam & uos aliquid ante uerba dicere.

Aeſ. Ceres nutriens meam mentem,
Eſſe me tuis dignum myſterijs.

Dio. Impone capiens iam & tu thus. EV. Bene.
Alteri enim ſunt quibus ſupplico deis.

Dio. Proprij aliqui tibi inciſio noua? EV. Et ualde.

Dio. Iam nunc ſupplica his proprijs deis.

Eu. Aether meum nutrimentum, & linguæ reuolutio,
Et prudentia, & naſi odoratiui,
Rectè me arguere quos tango ſermones.

Cho. Et quidem nos concupiſcimus

À ſapientibus uiris audire
Aliquem ſermonum cantum,
Poſtq; ſcientificam uiam.
Lingua quidem enim inſaniuit.
Superbia autem non intrepida ambobus,
Neq; immobiles mentes.
Expectare igitur decens eſt
Hunc quidem urbanum aliquid dicere,
Et aſtutum.
Illum autem euellentem natura difficilibus
Sermonibus incidentem
Diſpergere mul-
Tas ſubtilitates uerborum.

Dio. Sed quàm citiſsimè oportet dicere. ſic autem ut dicatis
Vrbana, & neq; ſimilitudines, neq; qualia alius diceret.

Eu. Et iam me ipſum quidem poëſin qualis ſum
In ultimis dicam. hunc autem primum arguam,
Quòd erat ſuperbus, deceptor, qualibusq; ſpectatores
Decipiebat, fatuos capiens à Phrynicho nutritos.
Primũ quidẽ enim iam unũ aliquem ſedere fecit cooperiẽs
Achillem, aliquam uel Niobem, perſonam non oſtendens
Occaſionem tragœdiæ, lugentes nihil.

Dio. Per Iouem non certè. EV. Chorus autem firmabat ordines
Cantuum ordinatim quatuor continuè, hi autem tacebant.

Dio. Ego aũt gaudebam taciturnitate, & me hoc delectabat
Non minus quàm nunc loquentes. EV. Stolidus enim es,
Manifeſtè ſcias. DIO. Et mihi ipſi uideor. quid autem hæc
fecit ille?

Eu. Præ ſuperbia ut ſpectator expectans ſederet,
Quando Niobe loqueretur, iam actum autem narrabat.

ò tote

Dio. Ὁ tote male, qualia decipiebar ab ipſo.
Quid membra extendis & ægrefers? EV. Quòd ipſum arguo.
Et poſtea poſtquàm hæc nugatus eſt, & actum
Iam medium narrauit, uerba bouina duodecim dixit,
Supercilia habentia & collem, grauia quædam laruoſa,
Ignota ſpectoribus. AES. Hei miſer. DIO. Tace.
Eur. Manifeſtum autem dixit nihil. DIO. Ne ſeca dentes.
Eur. Sed uel ſcamandros, uel foſſas, uel in ſcutis inexiſtentes
Aduncas aquilas æreas, & uerba equorum præcipitatiua,
Quæ intelligere nõ facilè erat. DIO. Per Deos ego igitur
Iam aliquando in longo tempore noctis peruigilaui,
Flauum equi gallum quærens quæ eſt auis.
Aeſ. Signum in nauibus ô indoctiſsime inſcriptum erat.
Dio. Ego autem Philoxeni putabam Eryxin eſſe.
Eur. Poſtea in tragœdijs oportebat & gallum facere?
Aeſ. Tu autem ô deis inimice, qualia quædã ſunt quæ faciebas?
Eur. Non equigallos per Iouem, neq; hircoceruos quæ tu,
Quæ in cortinis medicis ſcribunt.
Sed poſtquam accepi artem à te primum quidem ſtatim
Tumente præ iactantijs, & uerbis grauibus,
Attenuaui quidem primum ipſam, & grauitatem abſtuli,
Verbulis, & deambulationibus, & betis paruis
Succum dans loquacitatum, à libris eligens.
Poſtea renutriui ſolis cantibus Cephiſophanta miſcens.
Poſtea non nugatus ſum quodcunq; aſſecutus ſum, neque incidens miſcui.
Sed exiens primum quidem mihi genus dixit ſtatim
Actus. AES. Melius enim erat tibi per Iouem quàm hoc tui ipſius.

Poſtea

Eur. Poſtea à primis uerbis nihil dimiſi tardum.
Sed locuta eſt uxor mihi & ſeruus nihil minus,
Et dominus & uirgo & uetula. AES. Poſtea certè
Non mori te hæc oportebat audentem? EV. Per Apollinem.
Imperiale enim ipſum faciebã. DIO. Hoc qdem dimitte ami
Non tibi enim eſt deambulatio optima circa hoc (ce.
Eur. Poſtea hos loqui docui. AES. Dico & ego.
Vtinam antè docuiſſe debuiſſes medius diſrumpi.
Eur. Tenuiumq́; regularũ impoſitiones, uerborũq́; obliquitates
Intelligere, uidere, componere, uertere, amare, fabricare,
Mala ſuſpicari, circum cogitare omnia. AES. Dico & ego.
Eur. Proprias res inducens, quibus utimur, quibus cum ſumus.
Ex quibus redarguebar: conſcij enim hi
Arguebant mei artem. ſed non elate loquebar,
A gloriari attrahens. neq; perterrui ipſos,
Cycnos faciens & Memnonas codonophalaro polos.
Cognoſces autem huiusq́; & mei utriuſq; diſcipulos.
Huius quidem igitur Phormiſius Megænetusq́; ille manes,
Salpingolonchypenadæ, ſarcaſmopityocamptæ.
Mei autem Clitophonq́; & Theramenes ille ſcitus.
Dio. Theramenes? ſapiens uir & grauis in omnia.
Qui ſi malis inciderit & propè affuerit,
Cecidit extra mala, non chius, ſed cius.
Eur. Talia quidem ego ſapere
His introduxi,
Cogitationem imponens arti,
Et conſyderationem ad iam intelligere,
Omnia & perfecte ſcire.
Illaq́; & alia, & hos domos
Habitare melius quàm prius.

Et in-

Et inquirere quomodo hoc habet,
Vbi mihi hoc? quis hoc accepit?

Dio. Per Deos, nunc igitur Athe-
Nienſium unuſquisq; ingrediens
Clamauit ad famulos,
Quæritq; ubi eſt olla?
Quis caput deuorauit
Menidis? catinus
Ex anno præterito mortuus eſt mihi,
Vbi allium heſternum?
Quis oliua comedit?
Antea autem ſtolidiores,
Et hiantes ſtulti,
Et melliti ſedebant.

Cho. Hæc quidem uides illuſtris Achille.
Tu iam quid, age, ad hæc dices: ſolum ut
Ne te animus rapiens
Extra portet oliua.
Grauia enim accuſauit.
Sed ut ô generoſe
Non ad iram contradicas,
Sed contrahens altis
Vtens uelis,
Poſtea magis magis duces,
Et obſeruabis quando
Spiritum facilem
Et depoſitum capies.
Sed ô primus Græcorum extollens uerba auſtera,
Et ornans tragicas nugas, confidens torrentem dimitte.

Aeſ. Iraſcor quidem cõcurrentia, & mei uiſcera indignantur,

Si ad

Si ad hunc oportet me contradicere: ut non dicat autem impotentem eſſe me,
Reſponde mihi, cuius gratia oportet admirari uirū poëtā?

Eur. Dexteritatis, admonitionis, quòd melioresq; facimus
Homines in ciuitatibus. AES. Hoc igitur ſi non feciſti,
Sed ex bonis & generoſis flagitioſiſsimos demonſtraſti,
Quid pati dices dignus eſſe? DIO. Mori, non hunc interroga.

Aeſ. Conſydera igitur quales ipſos à me ſuſcepit: primum
Si generoſos & quatuor ulnarum, & non fugientem ciues,
Neq; forenſes, neq; dicaces ſicut nunc, neq; aſtutos,
Sed ſpirantes haſtas, & lanceas, & albæcriſtæ conos,
Et galeas, & tibialia, & animos ſeptem pellium bouinarū.

Eur. Et iam procedit hoc malum? DIO. Galeam faciens rurſus me conteret.

Eur. Et tu quid iam faciens ipſos ſic uiriles docuiſti?

Dio. Aeſchyle dicito, neq; contumaciter auſterus ſæui.

Aeſ. Actum faciens Marte plenum. EV. Qualem? AES. Hos ſeptem in Thebas,
Videns omnis aliquis uir amauit bellicoſus eſſe.

Dio. Hoc quidem tibi malum factum eſt. Thebæos enim feciſti
Viriliores in bellum, & huius gratia uerberare.

Aeſ. Sed uobis ipſum licitum erat exercere, ſed non in hoc uerſi eſtis.
Poſtea docens Perſas, poſt hoc concupiſcere docui
Vincere ſemper aduerſarios, ornans opus optimum.

Dio. Gaudebam igitur quando audiui de Dario mortuo.
Conuentus autem ſtatim manus ſic collidens dixit, iauœ.

Aeſ. Hæc enim uiros oportet poëtas exercere. conſydera enim à principio

Quòd

Quòd utiles poëtarum generoſi fuerunt.
Orpheus quidẽ enim ſacrificiaq; nobis oſtendit, cædibusq; abſtinere.
Muſæus autem curationesq; morborum & oracula. Heſiodus autem
Terræ operationes, fructuum tempora, arationes. diuinus Homerus,
À quo honorem & gloriam habuit, præter hoc quòd bona docuit,
Ordinationes, uirtutes, armationes uirorum. DIO. Et quidem non Pantacleum
Docuit tamen imperitiſſimum: antè igitur quādo mittebat,
Galeam primum circumligans, conum debebat illigare.
Aeſ. Sed alios poëtas bonos, quorum erat & Lamachus heros.
Vnde mea mens abſterſa multas uirtutes fecit.
Patroclorum, Teucrorum animum leonum habentium, ut extollerem uirum ciuem,
Contra interficere ipſum hoc quando tubam audiuiſſet.
Sed non per Iouem non Phædras faciebam meretrices, neq; Stheneboeas,
Neq; ſcio in qua amantem unquàm feci mulierem.
Eur. Per Iouem, non enim inerat Veneris nihil tibi. AES. Neq; inſit.
Sed in tibi & tuis multa multum inſedit:
Quare ipſum deorſum iniecit. DIO. Per Iouem hoc iam,
Quæ enim in alienas faciebas ipſe, his percuſſus es.
Eur. Et quid lædunt ô miſerrime uirorum ciuitatẽ meæ Sthenebœæ?
Aeſ. Quòd generoſos & generoſorū uirorū uxores perſuaſiſti
Cicutas bibere, uerecūdantes propter tuos Bellerophontes.

Vtrum

Eu. *Vtrum autem non exiſtentem ſermonem talem circa Phædras compoſui?*

Aeſ. *Per Iouem. ſed exiſtentem ſed abſcondere oportet malum poëtam.*
Et non adducere, neq; docere, his quidem enim puerulis
Eſt præceptor quicunq; dicit, illis autē uigentibus poëtæ
Valde iam oportet bona dicere nos. EV. *Si igitur tu dicis Lycabetos,*
Et Parnaſorum nobis magnitudines, hoc eſt bona docere?
Quē oportet dicere humane? AES. *Sed ô infelix neceſſitas*
Magnis intelligentijs et ſentētijs æqualia & uerba parere,
Et aliter decens ſemideos uerbis maioribus uti.
Etenim ueſtibus noſtrûm utuntur multo uenuſtioribus,
Quas me bene oſtēdente deſtruxiſti tu. EV. *Quid faciens?*

Aeſ. *Primum quidem regnantes uilem ueſtem induens, ut miſeri*
Hominibus uideantur eſſe. EV. *Hoc igitur læſi? quid faciens?*

Aeſ. *Non uult triremi imperare diteſcens nullus propter hæc,*
Sed in uilibus ueſtibus indutus flet, & dicit pauper eſſe.

Dio. *Per Cererem, ueſtem habens criſparum lanarum ſubter,*
Et ſi hæc dicens deceperit, apud piſces inclinauit.

Aeſ. *Poſtea rurſus loquacitatē exercere et multiloquiū docuiſti,*
Quæ euacuauit palæſtras, & podices infricare
Adoleſcentulorum nugantium, & nautas perſuaſit
Contradicere imperantibus. & tunc quando ego uiuebam
Non ſciebant, ſed certè placentam uocare, & rhyppapæ dicere.

Dio. *Per Apollinem, & pedere in os thalamaci,*
Et ſtercorare ſodalem, & exiens aliquem exuere.
Nunc autem contradicit, & non amplius remigat,

Et naui-

Et nauigat huc & rurſus illuc.

Aea. Qualium autem malorum non cauſa eſt?
Non lenones oſtendit hic?
Et parientes in ſacris?
Et mixtas fratribus?
Et dicentes non uiuere hoc uiuere?
Et poſtea ex his ciuitas noſtrûm
À ſcribis repleta eſt,
Et ſcurris populi ſimijs
Decipientibus populum ſemper.
Lampadas autem nullus potens ferre,
Præ inexercitatione etiam nunc.

Dio. Per Iouem non certè. quare ſiccatus ſum
Panathenæis ridens quando iam
Tardus homo aliquis conſuetudine inclinans,
Albus, pinguis, relictus,
Et grauia faciens: & poſtea figuli
In portis uerberant ipſius
Ventrem, latera, ilia, nates.
Hic autem uerberatus plateis
Suppeditus,
Inflans lampada fugiebat.

Cho. Magna res, multa contentio, ſolidum bellum uenit.
Difficilè igitur opus diuidere, quãdo hic quidẽ extendit uio
Ille autẽ reuertere poteſt, & firmare fortiter. (lenter,
Sed non in eodem ſedete.
Ingreſſus enim ſunt multi & alteri ſophiſmatum.
Quodcunq; igitur habetis contendere,
Dicite, inite, reuerberate
Antiquáq; & noua,

Et audete ſubtile quid & ſapiens dicere.
Si autem hoc timetis, ne aliquis imperitia accedat,
Spectatoribus ad
Subtilia non cognoſcere dicentium.
Neq; timete hoc, quòd non amplius ſic hæc habent.
Militantes enim ſunt.
Librumq; habens unuſquisq; diſcit prudentia,
Naturæ autem aliter optimæ.
Nunc autem & acuti ſunt.
Nihil igitur timebitis, ſed
Omnia dicite ſpectatorũ gratia ualde exiſtentiũ ſapientiũ.

Eur. Et quidem in ipſos prologos tui uertam,
Vt primum tragœdiæ partem
Primam ipſius examinem prudentis.
Obſcura enim erat in dictione rerum.

Dio. Et qualem ipſius examinabis? EV. Multos ualde.
Primum autem mihi illum ex Oreſtia dic.

Dio. Age iam tace omnis uir: dic Aeſchyle.

Aeſ. Mercuri terreſtris paternas ſpectans potentias,
Saluator ſis mihi, auxiliatorq; petenti:
Vado enim in terram hanc & deſcendo.

Dio. Horum habes uituperare quid? EV. Plus quàm duodecim.

Dio. Sed neq; omnia hæc ſunt alia quàm tria.

Eur. Habet autem ſingulum uiginti peccata.

Dio. Aeſchyle admoneo te tacere: ſi autem non,
Ad tres iambos debens oſtenderis.

Aeſ. Ego taceo huic? DIO. Si credideris mihi.

Eur. Statim enim peccauit cœleſte quantum.

Aeſ. Vides quòd nugaris? DIO. Sed parum mihi curæ eſt.

Aeſ. Quomodo dicis me peccaſſe? EV. Rurſus ex principio dic.

Mercuri

Aeſ. Mercuri terreſtris paternas ſpectans potentias.
Eur. Non Oreſtes hoc in ſepulchro dicit
Illo patris mortui? AES. Non aliter dico.
Eur. Vtrum igitur Mercurium quòd pater perijt
Ipſius uiolenter ex muliebri manu
Dolis occultis, hæc ſpectare dixit?
Aeſ. Non certè illum, ſed Eriunion
Mercurium terreſtrem allocutus eſt, & declarabat dicens,
Quòd paternum hoc poſſedit donum.
Eu. Etiam magis peccaſti quàm ego uolebam:
Si enim paternum terreſtrem habet donum.
Dio. Si eſſet à patre ſpoliator mortuorum.
Aeſ. Dionyſe bibis uinum non odoriferum.
Dio. Dic alterum ipſi, tu autem obſerua nocumentum.
Aeſ. Saluator ſis mihi, auxiliatorq; petenti:
Vado enim in terram hanc & deſcendo.
Eur. Bis idem nobis dixit ſapiens Aeſchylus.
Dio. Quomodo bis? EV. Conſydera uerbũ, ego autẽ tibi dicam.
Vado enim in terram dicit, & deſcendo.
Vadere autem idem eſt illi deſcendo.
Dio. Per Iouem, quemadmodum ſiquis dicat uicino,
Vtere mactra, ſi autem uis cardopo.
Aeſ. Num iam hoc ô loquax
Homo idem eſt, ſed aliter habens.
Eur. Quomodo iam? doce enim me in quod dicis.
Aeſ. Venire quidem in terram eſt cui eſt participatio patriæ.
Sine enim alio nocumento uenit.
Fugiens autem uir itq; & deſcendit.
Dio. Bene per Apollinem, quid tu dicis Euripide?
Eur. Non dico Oreſtem deſcendere domum.

Clàm enim uenit non perſuadens dominos.

Dio Bene per Mercurium, quodcunq; dicis non diſco.

Eu. Perfice igitur alterum. DIO. Age perfice tu
Aeſchyle feſtinans: tu autem in malum reſpice.

Aeſ. Sepulchri autem in ripa hæc pronuncio patri
Audire, audire. EV. Hoc alterum rurſus dicit
Audire audire, idem exiſtens apertiſsimè.

Dio. Mortuis enim dicebat ô flagitioſe tu,
Quibus neq; ter dicentes peruenimus.

Aeſ. Tu autem quomodo faciebas prologos? EV. Ego dicam.
Et ſicubi bis dixero idem, uel congeriem uideris
Inexiſtentem extra ſermonem, deſpuito.

Dio. Age iam dic: non enim mei ſunt, ſed audienda
Tuorum prologorum rectitudinem uerborum.

Eu. Erat Oedipus primum fortunatus uir.

Aeſ. Per Iouem non certè, ſed infortunatus natura,
Quem prius quidem quàm generari Apollo dixit,
Interficere patrem ante & natum eſſe.
Quomodo hic erat primum fortunatus uir?

Eu. Poſtea factus eſt rurſus miſerrimus hominum.

Aeſ. Per Iouem non certè, non quidem igitur ceſſauit.
Quomodo enim? quando iam primũ quidem ipſum natum
Hyeme exiſtente expoſuerunt in teſta,
Vt non enutritus fieret patris occiſor.
Poſtea ad Polibum cum corruptione iuit tumens pedes:
Poſtea uetulam uxorem duxit ipſe exiſtens iuuenis.
Et ad hæc ſui ipſius matrem,
Poſtea excæcauit ſeipſum. DIO. Fortunatus igitur erat,
Si militauit cum Eraſinide.

Eu. Nugaris, ego autem prologos bene facio.

Et

Aeſ. Et quidem per Iouem. non ſecundum uerbum tui uellicabo
Verbum ſingulum,ſed cum deis
À lecythulo tuo prologos corrumpam.
Eu. À lecythulo tu meos? AES. Vno ſolo.
Facis enim ſic uſquàm ad congregare omne
Et pelliculam & lecythulum,& ſacculum,
In iambeis oſtendam autem citò
Eu. Ecce tu oſtendes? AES. Dico. DIO. Et iã oportet dicere.
Eu. Aegyptus(ut plurimus ſeminatus eſt ſermo)
Cum filijs quinquaginta nautico remo
Argos poßidens. AES. Lecythulum perdidit.
Dio. Hic quid erat lecythulus? non lugebit:
Dic alterum ei prologum,ut & cognoſcam iterum.
Eu. Dionyſius,qui thyrſis & hinnulorum pellibus
Indutus in piceis Parnaſo in
Saltat tripudians. AES. Lecythulum perdidit.
Dio. Hei mihi percußi ſumus rurſus à lecythulo.
Eu. Sed nulla erit res:ad enim hunc
Prologum non habebit applicare lecythum.
Non eſt quicunq; omnia uir fortunatus ſit.
Certè enim natus bonus non habet uictum,
Vel ignobilis exiſtens. AES. Lecythulum perdidit.
Dio. Euripides. EV. Quid eſt? DIO. Remitti mihi uideris.
Lecythulus enim hic ſpirabit multum.
Eu. Neq; per Cererem curabo.
Nunc enim ipſius hoc incidetur.
Aeſ. Age iam dic alterum,& abſtine lecytho.
Eu. Sidonium quondam ciuitatem Cadmus relinquens
Agenoris filius. AES. Lecythulum perdidit.
Dio. Ò infelix uirorum eme lecythum,

Vt non triſtificem prologos noſtrûm. EV. Quid?
Ego emam huic? DIO. Si credideris mihi.
Eur. Non certè, quoniam multos prologos habebo dicere,
Vt hic non habeat appropinquare lecythum.
Pelops ille Tantalius in Piſſam uadens
Velocibus equis. AES. Lecythulum perdidit.
Dio. Vides? appoſuit iterum rurſus ipſum lecythum.
Sed ô bone etiam & nunc ſolue omni arte.
Accipies enim obolo ualde pulchram & bonam.
Eur. Per Iouem non aliquomodo: adhuc enim ſunt mihi denſi,
Oeneus quondam ex terra. AES. Lecythulum perdidit.
Eur. Sine dicere primum totum me uerſum.
Oeneus quondam ex terra multæ menſuræ capiens ſpicam
Sacrificans primitias. AES. Lecythulum perdidit.
Dio. Inter ſacrificia & quis ipſa ſuſcepit.
Eur. Sine ipſum ô amice. ad hoc enim dicat,
Iupiter ſicut dictum eſt ueritate à.
Dio. Perdet te: dicet enim, lecythulum perdidit.
Lecythulum enim hoc ſuper prologis tui
Sicut ficus in oculis nati ſunt.
Sed in cantus per Deos ipſius uertere.
Et quidem habeo, ut ipſum oſtendam malum
Cantuum factorem exiſtentem, & facientem hæc ſemper.
Cho. Quæ res fiet?
Conſyderare enim ego habeo,
Quam utiq; accuſationem inferet
Viro multo plurimos iam
Et optimos cantus faci-
Enti horum etiam nunc exiſtentium.
Admiror enim ego ubi

Accuſabit

Accuſabit unquam hunc
Bacchanalem imperatorem,
Et timeo ſuper hoc.

Eur. Valde cantus admirabiles oſtendet iam citò:
In unum enim ipſius omnes cantus abbreuiabo.

Dio. Et quidem computabo hæc calculorum capiens.

CERTACVLVM ACCINIT.

Eur. Phthiota Achille, cur unquam homicidam audiens
Laudabile non admoues in auxilium?
Mercurium quidem progenitum
Honoramus genere hi circa paludem.
Laudabile non admoues in auxilium?

Dio. Duo tibi labores Aeſchyle hi.

Eur. Glorioſiſsime Achiuorum Atrei
Multorum domine diſce mei fili.
Laudabile non admoues in auxilium?

Dio. Tertius Aeſchyle tibi labor hic.

Eur. Fauete apum curatores
Domum Dianæ prope aperire.
Laudabile non admoues in auxilium?

Dio. Dominus ſum dicere iuſtam ſententiam,
Fortunatam uirorum.

Eur. Laudabile non admoues in auxilium?

Dio. O` Iupiter rex res laborum quanta?
Ego quidem igitur in balneum uolo:
Præ laboribus enim renes doleo.

Eur. Non antequàm audies alteram ſtationem cantuum,
Ex citharedicarum legum factam.

Aeſ. Age iam perfice, & laborem non appone.

Eur. Quomodo Achiuorũ Dithronã potentiã Græciæ puberatẽ

Extenſa ſtamina, &
Radij cantoris declamationes.
Vbi amator cantus delphin
Proris nigris
Vaticinia & ſtadia,
Vinofloridæ uoluptatem uitis,
Racemi pampinum ceſſantem doloris
Circumpone ô fili ulnas.
Vides pedem hunc? DIO. Video.
Aeſ. Quid autem? hunc uides? DIO. Video.
Aeſ. Talia quidem tu faciens,
Audes meos cantus uituperare
Supra duodecimam inuentionem
Cyrenes uerſificans?
Cantus quidem tui hi. uolo autem adhuc
Solitariorum cantuum narrare modum.
O noctis nigræ
Tenebra, quod mihi infelix
Somnium mittis ex latenti,
Infernum miniſtrum,
Animam inanimatam habentem,
Nigræ noctis filium,
Horridum grauem aſpectum,
Nigra mortui ueſte,
Crudeliter crudeliter aſpicientem,
Magnos ungues habentem.
Sed mihi famulæ lucernam accendite.
Vrnis ex fluuijs rorem eleuate.
Calefacite autem aquam,
Vt diuinum ſomnium abluam.

Heu marine Deus,
Hoc illud, heu cohabitantes
Hæc monſtra uidete.
Gallum mei corripiens
Inaniter Glyce
Nymphæ montigenæ,
O furia comprehende.
Ego autem miſera attendens eram
Mei ipſius operibus,
Lino plenum fuſum,
ει, ει, ει, uoluens manibus,
Filum faciens, ut matutina
In forum ferens, redderem.
Hic autem uolauit, uolauit in æthera,
Leuibus alarum ſummitatibus.
Mihi autem dolores dolores reliquit,
Lachrymas lachrymasq; ab oculis,
Ieci ieci miſera.
Sed ô Cretenſes Idæ filij,
Arcus capientes auxiliamini,
Sagittasq; mouete circundantes
Domum. ſimul autem
Retialis puella Diana
Pulchra, caniculas
Habens eat per domos
Vbiq;. tu autem ô Iouis
Duplicis ignis eleuans lampadas,
Acutiſsimis manibus Hecate
Allumina in Glyces, ut
Ingrediens deprehendam.

Ceſſate

Dio. *Ceſſate iam cantibus.*

Aeſ. *Et mihi ſufficienter.*
In bilancem enim ducere uolo
Qui arguet poëſim noſtrûm ſolus.
Illud enim pondus noſtrûm examinabit uerborum.

Dio. *Ite age nunc, ſiquidem oportet & hoc me*
Virorum poëtarum caſeo uendere artem.

Cho. *Laborioſi hi prudentes.*
Hoc autem enim alterum rurſus monſtrum,
Nuper occupatum abſurditatis plenum.
Quod quis cogitaſſet alius?
Per hunc ego quidem neq; ſiquis
Diceret mihi incidentium
Crederem, ſed putarem
Ipſum ipſa nugari.

Dio. *Age nunc exhibemini ad bilances.* AES. *Ecce.*

Dio. *Et capientes uerbum uterq; dicite,*
Et non dimittite antequàm ego uobis ſibilabo.

Aeſ. *Tenemus.* DIO. *Verbum nunc dicite in bilancem.*

Eur. *Vtinam debuiſſet Argi non tranſuolaſſe nauem.*

Aeſ. *Sperchie flumen, boues paſcentesq́; inuerſiones.*

Dio. *Coccy, deſinite, & multo inferius*
Procedit hoc huius. EV. *Et quæ unquam eſt cauſa?*

Dio. *Quòd impoſuit fluuium lanam tanquam uenderet,*
Humidum faciens uerbum tanquam lanas.
Tu autem impoſuiſti uerbum uolans.

Eu. *Sed alterum dicat quid, & contraſtatuat.*

Dio. *Capite igitur rurſus.* EV. *Ecce ecce.* DIO. *Dic.*

Eu. *Non eſt perſuaſionis ſacrum aliud præterquàm ſermo.*

Aeſ. *Sola deorum enim mors non dona amat.*

Dimit-

Dio. Dimittite dimittite: & hoc huius rurſus declinat.
Mortem enim impoſuit grauiſsimam malorum.
Eu. Ego autem perſuaſionem uerbum optimè dictum.
Dio. Perſuaſio autem leue eſt, & mentem non habens.
Sed alterum rurſus quære quid grauantium bilances,
Quod tibi detrahet forteq; & magnum.
Eu. Age ubi tale certè mei eſt? ubi dicam?
Dio. Iecit Achilles duos taxillos & quatuor,
Dicetis quòd hæc eſt reliqua uobis contentio.
Eu. Ferrum ſicut grauans cape dextra lignum.
Aeſ. In curru enim currus, & mortuo mortuus.
Dio. Decepit rurſus te & nunc. EV. Quo modo?
Dio. Duos currus impoſuit, & mortuos duos,
Quos non eleuarent neq; centum Aegyptij.
Aeſ. Et non amplius mihi ſecundum uerbum. ſed in trutinam
Ipſe, filij, & uxor, & Cephiſophon
Ingrediens, deſedeat capiens libros.
Ego autem duo uerba meorum dicam ſola.
Dio. Viri ſapientes, & ego quidem ipſos non iudicabo:
Non enim propter inimicitias neutri fiam.
Hunc quidem enim puto ſapientem, huic autem gratulor.
Plu. Nihil utiq; facies quorum ueniſti gratia.
Dio. Si autem iudico? PLV. Alterum capiens abi,
Vtrum iudicabis, ut eas non uanè.
Dio. Sis felix. age iam audita mei hæc.
Ego deſcendi in poëtam. PLV. cuius gratia?
Dio. Vt ciuitas ſaluata choros agat.
Vter igitur ciuitati admonere
Futurus eſt aliquid bonum, hunc ducere mihi uideor.
Primum quidem igitur de Alcibiade quam habetis
Opinio-

Opinionem uterq;:ciuitas enim malè parit.
Aeſ. Habet autem de ipſo quam opinionem? DIO. Quam?
Deſyderat quidem,odit autem,uult autem habere.
Sed quodcunq; intelligitis,dicite hoc de.
Eu. Odi ciuem quicunq; iuuare patriam
Tardus fuit,ualde autem lædere uelox,
Et facilem ipſi,ciuitati autem difficilem.
Dio. Bene ô Neptune,tu autem quam opinionem habes?
Aeſ. Non oportet leonis catulum in ciuitate nutrire,
Maximè quidem leonem non in ciuitate nutrire.
Si autem nutritus fuerit aliquis,moribus miniſtrare.
Dio. Per Iouem ſeruatorem,difficulter adiudicandum habeo.
Hic quidem ſapiēter enim dixit,ille autem alter manifeſtè.
Sed adhuc unam opinionem uterq; dicite:
De ciuitate quam habetis ſalutem.
Eu. Si quis pennans Cleocriton Cineſiæ,
Eleuarent auræ maritimam ſuper cruſtam.
Dio. Ridiculum uideatur:mentem autem habet aliquam.
Eu. Si naualem pugnam gererent,detinentesq; uaſa acetoria
Aſpergerent in palpebras aduerſariorum.
Ego quidem ſcio,& uolo dicere. DIO. Dic.
Eu. Quando nunc infidelia,fidelia putamus.
Hæc exiſtētia infidelia,fidelia. DI. Quomodo,nō intelligo.
Rudius aliquo modo dic,& manifeſtius.
Eu. Si ciuium quibus nunc credimus
His non crediderimus,quibus autem non utimur
His uſi fuerimus,æqualiter ſeruati erimus.
Si nunc infelices ſumus in his,quomodo
Contraria facientes non ſeruemur?
Dio, Bene Palamedes,ô ſapientiſſima natura,

Hæc utrum ipſe inueniſti? an Cephiſophon?

Eur. Ego ſolus, illa autem uaſa acetoria Cephiſophon?

Dio. Quid autem dicis tu? AES. Ciuitatem nunc mihi dic,
Primum quibus utitur? utrum bonis? DIO. Vnde?
Odit peßimè. AES. Malis autem lætatur?

Dio. Non certè illa, ſed utitur ad uiolentiam.

Aeſ. Quomodo igitur aliquis ſeruauerit talem ciuitatem,
Cui neq; chlæna, neq; ſiſyra confert?

Dio. Inueni per Iouem: ſiquidem reſurgat iterum.

Aeſ. Illic dicam, hîc autem non uolo.

Dio. Non certè tu, ſed hinc remitte bona.

Aeſ. Terram quando putabunt hanc hoſtium
Eſſe propriam, illam autem propriam hoſtium,
Tranſitum autem naues, indigentiam autem tranſitum.

Dio. Bene, tamen iudex ipſa deglutit ſolus.

Plu. Iudicabis? DIO. Hoc ſui iudicium fiet.
Eligam enim quemcunq; anima uult.

Eur. Recordans nunc deorum quos iuraſti,
Certè quidem abducere me domum, elige amicos.

Dio. Lingua iurauit, Aeſchylum autem eligam.

Eu. Quid feciſti ô ſceleſtißime hominum. DIO. Ego?
Iudicaui uincere Aeſchylum. cur enim non?

Aeſ. Bene fißile opus me operans aſpicis.

Dio. Quid autem turpe, ſi non ſpectatoribus uidetur?

Eur. O miſer, diſſoluis me iam mortuum.

Dio. Quis ſcit ſi uiuere quidem eſt mori,
Spirare autem cœnare, & in dormire pelle?

Plu. Procedite igitur ô Dionyſi intrò. DIO. Cur autem?

Plu. Vt hoſpitio ſuſcipiam uos ante abire. DIO. Bene dicis
Per Iouem: non enim doleo hac re.

Beatum

Cho. Beatum uir habens prudentiam
Diligenter cogitatam.
Apud autem multa diſcere,
Hic autem bene ſapere apparens,
Iterum abit domum rurſus,
In bono quidem ciuibus,
In bono autem ſui ipſius,
Conſanguineis & amicis,
Propter prudens eſſe.
Gratioſum igitur non Socrati
Aßidentem loqui,
Abijcientem muſicam,
Quæq; maxima omittentem
Tragœdicæ artis.
Illud autem in auſteris ſermonibus,
Et ſubtilibus nugarum
Studium uelox facere
Deſipientis uiri.

Plu. Age, iam gaudens Aeſchyle uade,
Et ſerua ciuitatem noſtram
Sententijs bonis, & inſtrue
Rudes: multi autem ſunt.
Et da hoc Cleophonti ferens,
Et his datoribus,
Myrmeciq; ſimul & Nicomacho,
Hoc autem Archenomo:
Et dic ipſis citò uenire
Ad me huc: & non tardare.
Et ſi non citò uenient,
Per Apollinem uerberans ipſos,

Et

Et obligans,
Cum Adimante Leucolophi,
In terram citò remittam.

Aeſ. Hæc faciam. tu autem thronum
Meum trade Sophocli ſeruare,
Et ſaluare: ſi utiq; ego unquam
Huc uenero. hunc enim ego
Sapientia iudico ſecundum eſſe.
Memento autem ut malus uir,
Et mendax, & ſcurra
Nunquam in ſedem meam
Neq; inuitus inſideat.

Plu. Oſtendite igitur uos huic
Lampadas ſacras: & ſimul præmittite
Huius hunc melodijs
Et cantibus clamantes.

Cho. Primum quidem proſperitatem bonam abeunti poëtæ,
Et in lumen promoto date dæmones hi in terra,
Huicq; ciuitati magnorum bonorum bona conſilia.
Omnino enim ex magnis doloribus ceſſabimus ſic,
Difficilibusq; in armis concilijs. Cleophon autem pugnet,
Et alius uolens horum patrijs in aruis.

RANARVM FINIS.

ARGVMENTVM EQVITVM ARISTOPHANIS.

ACtus hic fit in Cleonem Athenienſium populi ductorem. Argumētatur autem quòd Paphlagon nuper emptus ſeruiens populo, & pręductus apud ipſum abundantius. Irruentibus autem ipſi duobus conſeruis, & ſecundum quædam reſponſa malignitate manifeſtũ interiora uendentem Agoracriton inducentibus, ut procuraret populum Athenienſium: ipſi Athenienſium equites comprehendentes, in chori habitu apparent, à quibus uituperatus Cleon cõqueritur, & differens ſufficienter circa ſuperior eſſe aduerſarijs, ipſos tanquam coniurantes contra ciuitatem ad concilium it. Accuſante autem, & interiora uendente in pedibus equites, circaq́ꝫ poëtæ quædam & maiorũ, item autem & periclitantium ſibi in pugnis, ad ciues aſperè diſputant. Hicq́ꝫ Allantopoles adiens in conſilio ualde ridicule Cleonẽ, obiurgatus rurſus ipſi accedit. Inuocante autem Cleone populum, accedens hic differentias audit. Sermonibus autem multis factis contra Cleonem, Agoracrito ualde artificioſe ſententijs & adulationibus, & præterea ex uerbis exceſſibus uincente, breui populus ſermonibus contrahitur. Timente autem Cleone, & in cibare populum ruente, contra cibare alter incipit. Et poſtremò populo utriusqꝫ prouiſionem intelligente, poſtea hac quidem uacua, illa autem Cleonis plena inuenta, redargutus ipſe tanquam manifeſtus illa populi furatis, eijcitur procuratione. Poſt hæc autem Allantopole populũ renouante, poſtea iuniorem ex ipſa in manifeſtum factum producente Cleone circun-

iacens Agoracriti alterum apparatũ in manifeſta ui tuperatione ꝑ mediã ciuitatẽ uendẽs in parte, & arte utens mittit̃, & procuratio Allantopoli traditur.

ACTVS PERSONAE.

Demoſthenes. *Chorus equitum.*
Nicia. *Cleon.*
Agoracritus, qui & Allãtopoles, id eſt, inteſtinorũ uẽditor.
Populus.

ARISTOPHANIS

EQVITES.

DEMOSTHENES PRAELOQVENS.

HEu malis heu.
Malè Paphlagona nuper emptũ malum,
Ipſis conſilijs perdant Dei.
Ex quo enim ingreſſus eſt in domum,
Plagas ſemper intulit famulis.
Ni. *Peßime certè, hic primus Paphlagonum*
Ipſis conſilijs. DE. *O' infelix quomodo habes?*
Ni. *Malè quemadmodum tu.* DE. *Huc nunc accede, ut*
Conſonantiam lugeamus Olympi legem.
My my, my my, my my, my my, my my, my my.
Quid ululabimus aliter, non oportet quærere aliquam
Salutem noſtrûm, ſed non flere amplius?
Ni. *Quæ igitur fiat? dic tu.* DE. *Tu quidem igitur mihi dic,*
Vt non pugnem. NI. *Per Apollinem ego quidem non.*
Sed dic audens, poſtea & ego tibi dicam.

De. Quomodo tu mihi dixeris, quæ oportet dicere?
Ni. Sed non eſt mihi audere. quomodo igitur unquàm
Dixero certè Euripidice?
De. Non mihi, non mihi ne olorizes.
Sed inueni aliquam abitionem à domino.
Ni. Dic iam, eamus continuè ſic comprehendens.
De. Et iam dico eamus. NI. Ex retro nunc
Ipſum dic huius eamus. DE. Ipſum. NI. Valde bene
Quemadmodum decorticans, nunc quietè primum dic
Eamus, poſtea autem ipſum deducens frequens.
De. Eamus ipſum, eamus, ipſi eamus. NI. Eſſet
Non dulce. DE. Per Iouem, præterquàm de pelle
Timeo hoc augurium. NI. Quid autem?
De. Quia pellis decorticantium diſcedit.
Ni. Optima igitur præſentium ſunt nobis,
Deorum euntes irruere aliquò ad idolum.
De. Quale idolum? uerè putas enim deos?
Ni. Ego quidem. DE. Quali utens ſigno?
Ni. Quia Deis inimicus ſum non decenter.
De. Bene admones me. NI. Sed altera alicubi conſyderanda.
De. Vis rem ſpectatoribus dicam?
Ni. Non peius, unum autem ipſos precabimur,
Manifeſtum nobis perſonis facere,
Si uerbis gaudeant & rebus.
De. Dicerem iam. nobis enim eſt dominus
Ruſticus ira, fabarum comeſtor, promptus in ira,
Populus concionarius, difficilis uetulus,
Surdulus. hic priori Neomenia
Emit ſeruum pellium tinctorem Paphlagonem,
Peßimum & criminatorem maximum quendam.

Hic cognoſcens ſenis mores,
Byrſopaphlagon ſuccumbens domino
Adulabatur,blandiebatur,aſſentabatur,decipiebat.
Vilibus extremitatibus talia dicens.
O` popule,laua primum non iudicans unam,
Impone,ſorbe,deuora,habe triobolum.
Vis apponam tibi cœnam? poſtea diſcerpens
Quodcunq; aliquis noſtrûm præparaſſet domino,
Paphlagon donauit hoc:& antea mei
Placentam ſubigens in porta laconicam,
Aſtutiſsimè quodammodo circumcurrens ſurripiens,
Ipſe appoſuit hanc à me ſubactam.
Nos autem expellit,& non ſinit domino
Alium ſeruire:ſed ſcuticam tenens
Cœnante ſtans arcet rhetoras.
Cantat autem uaticinia,poſtea ſenex ſibyllizat.
Hic autem ipſum poſt quàm uidet inſanientem,
Artem fecit.hoc enim intus apertè
Falſo criminatur,& poſtea uerberamur
Nos: Paphlagon autem circumcurrens famulos
Accuſat,turbat,dona ſuſcipit, dicens hæc.
Videte Hylam propter me flagellatum?
Si non me perſuaſeritis,moriemini hodie.
Nos autem damus:ſi autem non,calcati
A` ſene octies plus quàm cacamus.
Nunc igitur feſtinantes cogitemus ô bone,
Qualem uiam nos uertendum,& ad quam.
Ni. Optimè illam hanc eamus ô bone.
De. Sed non poſsibile Paphlagonem nihil latêre:
Inſpicit autem ipſe omnia.habet enim crus,

Hoc quidem in ianua, illud autem alterum in concione.
Tantum autem ipſius gradum tranſeuntis
Culus eſt ſui res in chaonibus,
Manus in Aetholis, mens autem in Clopidum.

Ni. Optimum igitur nobis mori. ſed conſydera,
Quomodo moriamur uiriliſsimè.

De. Quomodo igitur fiat uiriliſsimè?

Ni. Optimum nobis ſanguinem taurinum bibere.
Illa Themiſtoclis mors eligibilior.

De. Per Iouem, ſed purum uinum bonæ fortunæ.
Forte enim bonum aliquid conſultabimus.

Ni. Ecce purum circa potum igitur eſt tibi?
Quomodo autem inebrians bonum aliquid conſultabit uir?

De. Verum hic, ſtultus es,
Vinum tu audes in conſyderationem uituperare?
Vino enim inuenias aliquid operoſius?
Vides? quando bibunt homines, tunc
Diteſcunt, perſeuerant faciendo, uincunt iuſtitias,
Sunt felices, iuuant amicos.
Sed effer citò uini uas,
Mentem ut irrigem, & dicam aliquid prudens.

Ni. Hei mihi quid unquàm nobis facies tuo potu?

De. Bona, ſed effer, ego autem ſedebo.
Si autem inebriabor, omnia hæc implebo
Conſiliunculis & ſententiunculis & cogitatiunculis.

Ni. Valde feliciter, quòd non captus ſum intus
Furans uinum. DE. Dic mihi, Paplagon quid facit?

Ni. Salſas lingens publicas res inuidus
Stertit inebrians in pellibus ſupinus.

De. Age, nunc purum effer mihi multum.

Ni. Libamen cape iam, & liba bona fortuna,
Trahe trahe illud fortunæ Pramniæ.

De. O' felix bone, tuum conſilium, non meum.

Ni. Dic precor quid eſt. DE. Vaticinia citò
Furans effer Paphlagonis intus,
Donec dormit. NI. Hæc at fortunæ?
Timeo ut non fiam malæ fortunæ.

De. Age, nunc ego mihi ipſi adducam uas,
Mentem ut irrigem, & dicam aliquid prudens.

Ni. Valde magnopere. Paphlagon pedit & ſtertit,
Quapropter latui ipſum ſacrum uaticinium capiens,
Quod maximè ſeruabat. DE. O' ſapientiſsime
Fer ipſum ut legam. tu autem infunde bibere,
Faciens quid, fer uideam quid ineſt illic.
O' oracula da tu mihi poculum citò.

Ni. Ecce quid dicit oraculum? DE. Alteram infunde.

Ni. In oraculis ineſt, alteram infunde?

De. O' Baci. NI. Quid eſt? DE. Da poculum citò.

Ni. Multo Bacis utebatur poculo.

De. O' ſceleſte Paphlagon hæc ſeruabas diu,
Hoc de te ipſo oraculum timens. NI. Quid?

De. Hic ineſt ipſe, quòd perit.

Ni. Et quomodo? DE. Quomodo? oraculum apertè dicit,
Quòd primum quidem ſtupeuenditor fit,
Qui primus habebit ciuitatis negocia.

Ni. Vnus hic uenditor, quid hinc dic.

De. Poſt hunc rurſus ouiumuenditor ſecundus.

Ni. Duo hi uenditores, & quid hunc decet pati?

De. Dominari quouſq; alter uir odioſior
Ipſo fiat, poſt autem hæc perit,

Poſt

Poſt ſit enim pelliumuenditor Paphlagon
Rapax, uociferator, cyclobori uocem habens.

Ni. Pecudiuenditorem erat utiq; perdi opus
A' pelliumuenditore. DE. Per Iouem. NI. Hei mihi miſer.
Vnde igitur amplius fuerit uenditor unus ſolus?

De. Adhuc eſt unus eximiam artem habens.

Ni. Dic precor quis eſt? DE. Dicam? NI. Per Iouem.

De. Allantopoles eſt ille hunc deſtructurus.

Ni. Allantopoles? ô Neptune, arte?
Age, ubi uirum hunc inueniemus?

De. Quæramus ipſum. NI. Sed hicce aduenit
(Tanquàm ſecundum diuinum) in forum. DE. O' beate
Allantopola, age age ô dilectiſsime,
Aſcende ſeruator ciuitati & nobis uiſus.

Al. Quid eſt? quid me uocatis? DE. Age ueni ut diſcas
Quàm fortunatus es, & magnopere es felix.

Ni. Age, iam depone ipſius ſcamnum, & Dei
Vaticiniumredoce ipſum quomodo habet.
Ego autem iens obſeruabo Paphlagonem.

De. Age, iam tu depone primum uaſa humum,
Poſtea terram adoſculare & Deos.

Al. Ecce, quid eſt? DE. O' beate, ô diues.
O' nunc quidem nullus, cras autem permagnus,
O' Athenienſium dux fortunatorum.

Al. Quid me ô bone non lauare ſinis uentres?
Vendereq; uiſcera? ſed derides?

De. O' fatue, quales uentres? age reſpice,
Ordines uides horum populorum? AL. Video.

De. Horum omnium ipſe princeps eris,
Et fori, & portuum, & concionis:

Concilium calcabis,& imperatores franges,
Ligabis,ſeruabis,in Prytaneo ſcortaberis.
Al. Ego? DE. Tu quidem,& nondum omnia uides.
Sed aſcende & in ſcamnum iſtud,
Et reſpice inſulas omnes in circulo.
Al. Reſpicio. DE. Quid autem emporia & naues?
Al. Ego. DE. Quomodo igitur nō magnopere fortunatus es?
Adhuc nunc oculum adijce in cariam
Dextrum,alterum autem in Carthaginem.
Al. Fortunatus ero ſi diuertam.
De. Non:ſed per te hæc omnia uenduntur.
Fies enim ſicut uaticinium hoc dicit,
Vir maximus. AL. Dic mihi & quomodo ego
Allantopoles exiſtens uir fiam?
De. Propter ipſum enim hoc & fias magnus,
Quòd malus,& ex foro es & audax.
Al. Non putò dignum ego me ipſum tenere ualde.
De. Hei mihi,quid unquàm eſt quòd te ipſum nō dicis dignum?
Intelligere aliquid mihi uideris tibi ipſi bonum.
An ex bonis es & honeſtis? AL. Per Deos,
Sum ex malis. DE O' beate fortuna,
Quale paſſus es honeſtum in res?
Al. Sed ô bone,neq; muſicam ſcio
Præter literas,& has tamen malas malè.
De. Hoc te ſolum læſit quòd & malas malè.
Principatus enim non ad muſicum
Amplius eſt uirum neq; bonum moribus,
Sed in indoctum & odioſum.ſed non omittas
Quæ tibi dederunt in oraculis Dei.
Al. Quomodo igitur dicit oraculum? DE Bene per Deos,

Et uariè quodammodo & apertè obſcurè loquens.
Sed quando acceperit Byrſæetus curui roſtri
Maxillis draconem ſtultum ſanguinis potorem,
Iam tunc Paphlagonum quidem perit amaritudo.
Cœliopolis autem Deus magnam gloriam præbet,
Si non uendere uiſcera magis elegerint.

Al. Quomodo igitur ad me hæc ſunt, redoce me.

De. Byrſæetus quidem Paphlagon eſt hic.

Al. Quid autem maxillis eſt? DE. Ipſum quomodo dicit
Quòd curuis manibus rapiens portat.

Al. Dracon autem ad quid? DE. Hoc apertiſsimum.
Draco enim eſt longum, uiſceráq; rurſus longum.
Poſtea ſanguinis potor eſt, hæcq; uiſcera & draco.
Draconem igitur dicit Byrſæetum
Iam ſuperare, ſi non applauſus fuerit uerbis.

Al. Hæc quidẽ oracula blnadiũtur mihi admiro:r aũt quomodo
Populum potens ſum procurare ego.

De. Minimum opus. hæc quæ facis fac,
Turba, & inchorda ſimul res
Omnes, & populum ſemper uendica,
Subdulce capiens uerbulis coquinarijs.
Hæc autem alia tibi adſunt populi ductiua,
Vox ſceleſta, genitus es malus, forenſis es.
Habes omnia illa ad ciuilitatem quæ oportent,
Oraculáq; conueniunt & pythicum.
Sed coronare, & liba coalemo.
Et quomodo expelles uirum? AL. Et quis auxiliator
Fiet mihi? etenim hiq; diuites
Timent ipſum, hicq; pauper odit populos.

De. Sed ſunt equites uiri boni mille,

Odio habentes ipſum,qui auxilientur tibi,
Et ciuium honeſtiq; & boni,
Et ſpectatorum quicunq; eſt prudens.
Et ego cum ipſis,& deus comprehendetur,
Et non time:non enim eſt aßimilatus.
Præ timore enim ipſum nullus uoluit
Vaſorum factorum aßimilare.omnino quidem
Cognoſcetur:hoc enim theatrum prudens.

Ni. Hei mihi infelix,Paphlagon exit.

Cle. Non per duodecim Deos gaudebitis,
Quòd in populo coniurauiſtis diu.
Hoc quid agit Chalcidicum poculum?
Non eſt ut non Chalcidenſes ardeatis.
Peribitis,moriemini ô ſceleſtißimi.

De. Hic,quid fugis?non manebis ô generoſe
Allantopola?non prode res.
Viri equites adeſte,nunc tempus:ô Simon,
O Paneti,non inſequimini ad dextrum cornu?
Viri prope:ſed impelle,& reuertere iterum:
Puluis manifeſtus ipſorum tanquam ſimul adiacentium.
Sed impelle,inſequere,& retrouerſionem ipſius fac.

Cho. Verbera uerbera ſceleſtũ et turbantem equorũ exercitum,
Et publicanum,uallem,& Charybdin rapinæ,
Et ſceleſtum & ſceleſtum,ſæpe enim ipſum dicam.
Etenim hic erat ſceleſtus ſæpe die.
Sed uerbera & perſequere,& turba & miſce,
Et abominare,etenim nos,& incubens clama.
Caue autem ne effugiat te:etenim ſcit uias,
Quas Eucrates fugit rectà furfurum.

Cle. O ſenes heliaſtæ conſanguinei trioboli,

Quos

Quos ego paſco clamans,& iuſta & iniuſta
Adiurate,quòd à uiris uerberor coniuratis.

Cho. In iuſtitia,quoniam communia ante ſortiri deuoras,
Et calumniaris premens reos animaduertens,
Quicunq; ipſorũ crudelis eſt,uel ſtolidus,uel non ſtolidus,
Et ſi quẽ ipſorũ cognoſcẽs otioſum exiſtentẽ & oſcitantẽ,
Deducens ex Cheroneſo,criminans,hamans,
Poſtea auertens humerum,ipſum comediſti.
Et animaduertis ciuium quicunq; eſt ignauus,
Diues & non malus,& tremens res.

Cle. Coincumbite uos:ego autem ô uiri propter uos uerberor,
Quòd dicere ſententiam uolebam,ſicut iuſtum in ciuitate
Stare monimentum ueſtrûm eſt uirilitatis gratia.

Cho. Quàm autẽ ſuperbus, q̃ aũt delicatus:uides qualia accedit.
Tanquàm ſenes nos dicacitate decepit.
Sed ſi ſic uincit,ſic percutietur.
Si autem ſubinclinet hic,ad crus pugnabit.

Cle. Ò ciuitas,ô popule,à quibus feris in uentre percutior.

Cho. Et uociferatus es,qui ſemper ciuitatem ſubuertis?

Al. Sed ego te uoce hac primum uertam.

Cho. Sed ſi quidem uincas uoce,cantus es:
Si autem impudentia præteribis,noſtra hæc placenta.

Cle. Hunc uirum ego oſtendo & dico educere
Peloponenſibus triremibus ligna.

Al. Ita per Iouem,& ego hunc quòd uacuo uentre
Irruens in Prytaneum,poſtea retro exit pleno.

De. Per Iouem educens arcana ſimul panem & carnem
Et piſcem, quo Periclees non fuit putatus dignus.

Cle. Moriemini ſtatim ualde.

Al. Triplum uociferabor te.

Declamabo

Cle. Declamabo te clamans.
Al. Inuociferabor te uociferans.
Cle. Criminabor te ſi eris imperator.
Al. Verberabo tui humerum.
Cle. Et ſpoliabo te ſuperbia.
Al. Succidam dentes tui.
Cle. Reſpice in me non inclinans oculos.
Al. In foro & ego nutritus ſum.
Cle. Diſtraham te, ſi quid loqueris.
Al. Stercorabo te, ſi loqueris.
Cle. Confiteor furari, tu autem non?
Al. Per Mercurium forenſem,
Et peiero uidentibus.
Cle. Aliena igitur doces.
Et te oſtendam Prytanenſibus
Non decimos deorum ſa-
Cros habentem uentres.
Cho. O ſceleſte & odioſe,
Et uociferator, tui audacia
Omnis quidem terra plena,
Omnis autem conuentus,
Et tributa, & ſcripturæ,
Et iudicia ô
Cœnum quatiens, &
Ciuitatem omnem no-
Strûm conturbans,
Qui noſtri Athenas deſurdaſti clamans,
Et à petris deſuper tributa inſpicies.
Cle. Scio ego rem hanc unde diu componitur.
Al. Si autem non tu ſcis ſuturam, neq; ego inchordationes,

Qui

Qui ſuccidens uendebas corium mali bouis,
Ruſticis aſtutè ut uideatur pingue,
Et ante diem portare maius erat duobus palmis.

De. Et per Iouem, & mihi hoc fecit idem, ut deriſiones
Multas ciuibus & amicis præberem.
Antè enim eſſe pergaſis natabam in calceis.

Cho. An certè non à princi-
Pio oſtendebas impuden-
Tiam, quæ ſola
Præeſt rhetoribus.
Cui tu credens mulges hoſpitum fructiferos
Primus exiſtens, hic autem Hippodami funditur uidens.
Sed apparuit enim uir alter multo
Te ſceleratior, ad me gaudere,
Qui te ſedabit, & adeſt. manifeſtus eſt illinc
In aſtutiaq́;, & audacia, & dicacitatibus.
Sed ô nutrite unde ſunt uiri qui ſunt
Nunc oſtende, quòd nihil dicit modeſtè nutritus eſſe.

Al. Et quidem audite, potens eſt hic ciuis.

Cle. Nō rurſus me ſines? AL. Per Iouē, quonam ego malus ſum.
Sed ipſum circa prior dicere, primum pugnabo.

Cho. Si autem non ſic obedit, dic quòd & ex malis.

Cle. Non rurſus me ſines? AL. Non per Iouem. CLE. Ita per Iouem? AL. Per Neptunum,

Cle. Hei mihi deſtruar. AL. Et quidem ego te non dimittam.

Cho. Dimitte per deos ipſi corrumpi.

Cle. Quo & confiſus dignus es mihi dicere contraria?

Al. Quòd dicere potens & ego & ornare.

Cle. Ecce dicere? bene igitur aliquam rem accidentem tibi,
Cruda lacerantem aſſumens tractabis bene.

Sed ſcis quod mihi paſſus eſſe uideris, quod multitudo,
Sicubi iudiciolum dixiſti bene in hoſpitem inquilinum,
Nocte diuulgans, & loquens in uijs tibi ipſi,
Aquamq́; bibens, & oſtendens, amicosq́; triſtificans,
Putabas potens eſſe dicere, ô fatue dementia.

Al. Quid autem tu bibens ciuitatem feciſti ad nunc
À te ſolißimo impeditam ſilere.

Cle. Mihi enim oppoſuiſti hominum quem? qui ſtatim
Thunnos calidos deuorans, & poſtea imbibens puram
Vini lagenam, iniuria afficiam hos in porta imperatores.

Al. Ego autem uiſcera bouis & uentrem porcinam
Deuorans, & poſtea ebibens ius illotus
Suffocabo rhetoras, & Niciam quatiam.

Cho. Alia quidem mihi placuiſti dicens: una autē non accedit me
Rerum, quòd ſolus ius exſorbebis.
Sed non piſces deuorans, Mileſios turbabis.

Al. Sed latera comedens uendam metalla.

Cle. Ego autem inſiliens concilium ui turbabo.

Al. Ego autem mouebo tui podicem pro ueßica.

Cle. Ego autem expellam te podice foras inclinatim.

Cho. Per Neptunum, & me enim ſi hunc trahas.

Cle. Solum te ligabo ligno.

Al. Expellam te timiditate.

Cle. Pellis tui extendetur.

Al. Excoriabo te ſacculum furto.

Cle. Perfixus eris humi.

Al. Inciſiones ex te parabo.

Cle. Palpebras tui euellam.

Al. Guttur tui excidam.

De. Et per Iouem immittentes i-

Pſi palum

Pſi palum coquinariè
In os,poſtea ab intus
Linguam extrahentes i-
Pſius,conſyderabimus bene & uiriliter
Oſcitantis
Podicem ſi habebit malum.

Cho. Erant utiq; igne altera calidiora,
Et ſermonibus in ciuitate
Impudentibus impudentiores.
Et res non erat mala ſic.
Sed inuade,& uerſa,
Nihil paucum fac.
Nunc enim tenetur medius.
Poſtquam nunc mollíueris ipſum in percußione,
Timidum inuenies:ego enim mores ſcio.

Al. Sed tamen hic talis exiſtens omnem uitam,
Et poſtea uir apparuit eſſe alienam metens æſtatem.
Nunc autem ſpicas illas,quas inde duxit,
In ligno ligans ſiccat,& reddere uult.

Cle. Non timeo uos quandiu uiuat concilium,
Et populi perſona inſaniat ſedens.

Cho. Valde autem ad omne impudens fit,
Et non tranſmutat colo-
Rem præſentem.

Cle. Si te non odero,fiam una Cratini pellis,
Et docear cantare Morſimi tragœdiam.

Cho. O circa omnia in omnibusq; rebus
Dona dantibus in floribus ſedens,
Vtinam male ſicut inueniſti eijcias impoſitionem.
Cantarem enim tunc ſolum,bibe bibe in calamitatibus.

Illum

Illum Iulijq́; puto ſenem ſportularum cuſtodem,
Lætantem & Pæona iam & Bacchum.

Cle. Non me ſuperabitis impudentia per Neptunum,
Vel nunquam forenſis Iouis uiſceribus accedam.

Al. Ego per hos pugnos, quos multa iam in multis
Toleraui ex pueris, gladiolorumq́; plagas,
Superari te puto his: uel fruſtra
À cibo edens tantus enutritus ſim.

Cle. À cibo ſicut canis ô perdite? quomodo igitur
Canis cibum edens, pugnas tu canis capiti?

Al. Et per Iouem alia ſunt mei deceptiua pueri exiſtentis.
Decipiens enim coquos dicens talia:
Conſyderate pueri, non uidetis? tempus nouum, hirundo.
Hi autem uiderũt, & ego interim carnibus ex furatus ſum.

Cho. Ò prudentiſsima caro ualde ſapienter prouidiſti,
Tanquam urticam comedens, ante hirundines furabaris.

Al. Et hæc faciens latui: ſi autem uidit aliquis ipſorum,
Abſcondens in inguina deos peierabam.
Quare dixit uir rhetorum uidens me hoc facientem:
Non eſt ut puer hic, non populum procuret.

Cho. Euge coniectauit ipſa. at manifeſtum à quo intellexit,
Quòd peierabasq́; rapiens, & carnem podex habebat.

Cle. Ego te ſedabo audacia: puto autem magis ambos.
Exeo enim tibi lucidus iam & magnus demiſſus,
Simul turbans terramq́; & mare uanè.

Al. Ego autem contraham uiſcera, poſtea dimittam
In undam me ipſum proſperam, flere te longè iubens.

De. Et ego ſi quid deprimit, ſentinam ſeruabo.

Cle. Non per Cererem præteribis, talenta multa
Furans Athenienſium. CHO. Vide, & pedem demitte,

Quòd

Quòd hic iam malitias & criminationes ſpirat.

Cle. Te autem ex Potidæas habentem bene ſcio decem talenta.

Al. Quid igitur uis talentorum unum capiens tacere?

Cho. Vir ſuauiter capiet, funesq́; demitte.

Al. Spiritus minor fit.

Cle. Fugies accuſationes centum talentorum quatuor.

Al. Tu autem immilitationis uiginti,
Furti autem plus quàm mille.

Cle. Ex noxijs te di-
Co generatum eſſe illis Deæ.

Al. Auum eſſe dico tui
Satellitibus. CLE. Quibus dic.

Al. Illis Byrſinæ illius Hippij.

Cle. Dicax es. AL. Perditus es.

Cho. Verbera uiriliter. CLE. Heu, heu,
Verberant me coniuratores.

Cho. Verbera ipſum uiriliſſimè,
Ventrem uerbera, & uiſceribus,
Et natibus,
Et ut deſtruas uirum.

Cho. O' generoſiſſima caro, animaq́; optime omnium,
Et ciuitati ſaluator uiſus, nobisq́; ciuibus,
Valde bene uirum uarieq́; acceſſiſti in ſermonibus.
Quomodo te laudabimus ſic quemadmodum lætamur?

Cle. Hæ per Cererem me non latebant
Fabricatæ res, ſed ſciebam
Ferruminatæ omnes & conglutinatæ.

Cho. Hei mihi: tu autem nihil ex plauſtri operatore dicis.

Al. Non me in Argo qualia facis latent.
Excuſationem quidem Argiuos amicos nobis facit.

m Priuatim

Priuatim autem illic Lacedemonijs conuenit.
Et hæc in quibus ſunt conflata
Ego ſcio: in enim ligatis fabricantur.
Cho. Bene bene, fabrica pro conglutinatis.
Al. Et complaudunt uiri ipſa illinc rurſus,
Et hæc me neq; argentum, neq; aurum
Dans perſuadebis, neq; admittens amicos,
Vt ego hæc non Athenienſibus dicam.
Cle. Ego quidem igitur ſtatim in concilium iens,
Veſtrûm omnium coniurationes dicam.
Et conuentus nocturnos in ciuitate,
Et omnia quæ Medis & Regi coniuratis,
Et illa ex Bœotijs hæc coagulata.
Al. Quomodo igitur caſeus in Bœotijs uenalis?
Cle. Et ego te per Herculem proſternam.
Cho. Age iam tu quam mentem, uel quam animam habes,
Nunc docebis: ſi quidem abſcondiſti tunc
In inguina carnes, ut ipſe dicis.
Ruet enim ducens in concilium.
Sic hic incidens illic te criminabitur,
Nos omnes & uociferanter clamabit.
Al. Sed uado: primum autem (quando habeo) uentres
Et cultros hic deponam.
Cho. Habe nunc, ungito ceruicem hoc,
Vt elabi poſsis criminationes.
Al. Sed bene dicis: puerorum exercitatione hæc.
Cho. Habe nunc, comede capiens hæc. AL. Quid autem?
Cho. Vt melius ô amiciſsime inalliatus pugnes,
Et feſtina citò. AL. Hæc faciam. CHO. Memento nunc
Mordere, criminari, colla deuorare.

Et quomodo

Et quomodo barbas deuorans, uenies iterum.

PARTICVLA.

Cho. *Sed uade gaudens, & feceris*
Secundum mentem meam, & te ſeruet
Iupiter forenſis: & uincens
Rurſus illinc iterum ad nos
Venias coronis aſperſus.
Vos autem nobis attendite mentem
Anapæſtis, ô uariam
Iam Muſam experti ſecundum uos ipſos.

TRANSGRESSIO.

Siquidē aliquis uir priſcorū Comœdiarum præceptor nos
Cogebat uerba dicentes in theatrum tranſire,
Nō male aſſecutus fuerit hoc. nūc autē dignus eſt hic poëta.
Quòd eoſdem nobis odit, audetq́; dicere iuſta,
Et generoſe ad Typhonem procedit & turbinem.
Quæ autem admirari ueſtrûm dicit multos ipſi accedētes,
Et exquirere quòd nō diu chorū accuſaret ſecundū ſeipſum.
Nos uobis iuſsit dicere de hoc. dicit enim uir
Non ab ignorantia hoc paſſus immorari, ſed putans
Comœdiæ doctrinam eſſe difficillimum opus omnium,
(Multorum enim iam experientiū ipſam paucis donaſſe.)
Vosq́; diu diſcernens annuos natura exiſtentes,
Et priores poëtarum ſimul ſenectute prodentes.
Hoc quidē ſciēs quæ paſſus eſt Magnes ſimul canis deſcen-
Qui plurimos chororum aduerſariorum uicto- (dētibus,
riæ ſtatuit triumphos.
Omnes aūt uobis uoces mittēs, et cantās, et alas percutiens,
Et Lydicè loqui, & culices dicens, & tinctus ranalibus
Non ſuffecit: ſed moriēs, in ſenectute, nō enim in pubertate,

Eiectus eſt ſenex exiſtens, quòd cauillari defecit.
Poſtea Cratini recordans, qui multa fluens laude
Per ſimplices campos fluebat, & ſtatione attrahens
Ferebat quercus, & platanos, & inimicos denſos.
Cantare autem non erat in conuiuio, niſi donet fur,
Et fabri benefabricatorum hymnorum: ſic floruit ille.
Nunc autē uos ipſum uidentes denugantē non miſeramini,
Excidentibus electris, & tono non amplius inexiſtente,
Illisq́; harmonijs diſſolutis. ſed ſenex exiſtens circūfluebat
Quemadmodum Connas, coronam quidem habens ſiccam,
ſiti autem perditus.
Quē oporteret propter priores uictorias bibere in Pryta-
Et non nugari, ſed aſpici pinguē apud Dionyſium. (neo,
Quales autem Crates iras ueſtrûm ſuſtinuit, et agitationes.
Qui à paruo ſumptu uos prandens remittebat,
A` dulciſsimo ore pinſens urbaniſsimas ſententias.
Et hic tamen ſolus contra ſufficiebat, aliquando quidem ca-
dens, aliquando autem non.
Hæc timens immorabatur ſemper: & ad hæc dicebat
Remigē oportere primū fieri, antè temonibus in manū po-
Et poſtea hinc prorā gubernare, & uētos diſpicere, (nere,
Et poſtea gubernare ipſum ſeipſo. horum gratia omnium.
Quòd modeſte & non fatue inſiliens nugabatur,
Eleuate ipſi multam undam, emittite in undecim remis
Tumultum bonum bacchanale:
Vt hic poëta abeat gaudens,
Secundum mentem faciens,
Illuſtris, ſplendido fronte.

VERSIO.

Equeſtris imperator Neptune, cui

Aere pulſantium equorum ſtrepitus
Et hinnitus placet,
Et in mari iactæ ueloces
Merces ferentes triremes,
Adoleſcentulorumq́; certamen il-
Luſtratorum in curribus,
Et grauiter furentium:
Huc ueni in chorum ô aureum tridentem habens,ô
Delphinibus imperans in Sunio adorate,
O' Geræſtie fili Saturni,
Phormioniq́; dilectiſſime,ex
Alijs Deis Athe-
Nienſibus,ad præſens.

ADVERBIVM.

Laudare uolumus patres noſtrûm,quòd
Viri erant hac terra digni & peplo,
Qui pedeſtribus pugnis,inq́; naui conſtructo exercitu
Vbiq; uincentes ſemper,hanc ornauerant ciuitatem.
Et nullus neq; unquam ipſorum aduerſarios uidens
Numerauit,ſed animus ſtatim erat arcens.
Si autem alicubi cecidiſſent in humerum in pugna aliqua,
Hæc abſterſerant,poſtea negabant non cecidiſſe.
Sed perluctabantur iterum,& imperator neq; unus
Illorum primum,prouiſionem petijt amans Cleænetum.
Nunc autem ſi non primam ſedem ferant & cibarium,
Non pugnare dicunt.nos autem dignum putamus ciuitati
Dotem generoſe dare,& Deis indigenis.
Et non appetimus nihil,niſi tantum ſolum,
Si unquàm pax fit,& laboribus ceſſemus,
Non inuidete nobis comatis,neq; politis.

RECANTATIO ET REVERSIO.

O' ciuitatis patrona Minerua, ô
Sacratiſsima omni-
Vm, belloq́; & poë-
Tis potentiaq́; extol-
Lentis curam habens ciuitatis,
Huc ueni, capiens illam
In militijsq́; & pugnis
Noſtram cooperariam
Victoriamq́;, quæ chorealium eſt amica,
Illisq́; inimicis nobiſcum ſeditionem agit.
Nunc igitur hic appare: oportet
Enim uiris his o-
Mni arte præbere te uicto-
Riam, ſiquidem aliquando & nunc.

IN ADVERBIVM.

Quæ cognoſcimus his equis, uolumus laudare:
Digni autem ſunt laudari. multa enim iam negotia
Contulerunt nobiſcum, impetusq́; & pugnas.
Sed illa in terra quidem ipſorum non ualde admiramur,
Sicut quando in equorum naues inſiliebant uiriliter
Ementes pocula, hi autem & allia & cepas.
Poſtea remos capientes (quemadmodum nos hi homines)
Inijcientes refremuerunt hippapæ, quis inijciet?
Capiendũ magis. quid facimus? non impellis ô Samphora.
Exiliebantq́; in Corinthum: poſtea iuniores
Vngulis fodiebant lectos, & ambierunt ſtramina.
Comedebant autem paguros pro herba medica.
Si quis excerpat foras, & ex profundo uenantes,
Sicutq́; præuenit Theorus dicere Carcinum Corinthium.

Grauia

Grauia ô Neptune, ſi neq; in profundo potero,
Neq; in terra, neq; in mari diffugere equites,

Cho. O' amiciſsime uirorum & adoleſcentuliſsime,
Quantam abſens præbuiſti nobis curam?
Et nunc quoniam ſaluus ueniſti retro,
Nuncia nobis quomodo rem certaſti.

Al. Quid aliud, niſi uictor conſilij factus ſum?

Cho. Nunc dignum omnibus eſt lætari,
O' bona dicens, multo autem melius adhuc uerbis
Operate. utinam narraue-
Ris omnia mihi apertè:
Quoniam ego mihi uideor
Quamuis longam uiam percurrere ad audire.
Ad hæc ô optime, fidens dic: quoniam o-
Mnes congratulamur tibi.

Al. Et quidem audire dignum res.
Statim enim ipſum poſt hinc ibam.
Hic autem utiq; intus impellentia tonitrua ſcindens uerba,
Mentiens firmabat contra equites,
Præcipitia firmans, & coniuratores dicens.
Perſuaſiſſimum autem concilium omne audens,
Factum eſt ab ipſo mendacijs leuibus plenum.
Et aſpexit acutè, & frontes reuulſit.
Et ego quando iam cognoui acceptans ſermones,
Et hallucinationibus deceptum,
Age, iam Scitali & Phenaces dixi autem ego,
Bereſchethiq; & cobali & mothones,
Forumq;, in quo puer exiſtens inſtructus ſum ego.
Nunc mihi audaciam, & linguam facilem date,
Vocemq; inuerecundam. hæc curanti mihi

Ex dextra longè pedebat cinædus uir.
Et ego concepi, & poſtea podice feriens,
Cancellum perpulſaui, & inhians ualde
Vociferatus ſum: ô concilium ſermones bonos ferens.
Nunciare primùm uobis uolo.
Ex quo enim nobis bellum diſciſſum eſt,
Nunquam piſciculos uidi digniores.
Horum autem ſtatim uultus tranquilli facti ſunt.
Poſtea coronauerunt me. nuncia & ego dixi
Ipſis, arcanum faciens citò,
Vt piſciculos emerent multos obolo
Figulorum comprehendere lances.
Hi autem replauſerunt, & ad me hiauerunt.
Hic autem ſuſpicans Paphlagon, ſciens utiq;
Quibus lætabatur concilium maximè uerbis,
Sententiam dixit: uiri iam mihi uidetur
In calamitatibus bonis annunciatis
Nuncia ſacrificare centum boues Deæ.
Annuit in illum concilium iterum.
Et ego quando iam cognoui percuſsionibus uictus,
Ducentis bobus ſuper iaculatus ſum.
Huic autem agreſti in milibus admonui,
Precationem fieri capellis in craſtinum,
Illi piſciculi ſi fierent centum obolo.
Conſenſit in me concilium iterum.
Hic autem hæc audiens territus nugabatur.
Et poſtea trahebant ipſum hi Prytanei, & hi ſagittarij.
Hi autem tumultuabant circa piſciculos ſtantes,
Hic autem precabatur ipſos paruum expectare tempus,
Vt quæ præco ille ex Lacedæmone dicat

Audiatis,uenit enim de amicitijs dicens.
Hi autem ex uno ore omnes exclamauerunt:
Nunc circa amicitias? quoniam iam ô miſer
Senſerunt piſciculos apud nos dignos,
Non indigemus amicitijs: bellum ſerpat.
Exclamaueruntq́; Prytanenſes abire.
Poſtea ſuperſaltabant tabulata ubiq;.
Ego autem porra emebam ſuccurrens
Omnia, porricula quæcunq; erant in foro.
Poſtea piſciculis dabam ſapores.
Indigentibus ipſis dotem & donabam.
Hi autem extollebant exclamabantq́; me
Omnes ſic. quare concilium totum
Oboli porris recipiens ueni.

INVERSIO.

Cho. Omnia iam feciſti qualia oportebat felicem.
Inuenit autem prauus alterum multo prauitatibus
Maioribus præditum,
Et dolis uarijs,
Verbisq́; aſtutis.
Sed ut pugnes conſydera re-
Liqua optima: auxiliatores autem nos habens be-
Neuolos ſcis diu.
Al. Et quidem Paphlagon hic accedit
Impellens paruam undam, & quatiens, & turbans,
Tanquam iam ebibiturus me, larua audaciæ.
Cel. Si non te perdidero, ſi quod eorumdem mihi
Mendaciorum inſit, peream ubiq;.
Al. Lætatus ſum minis, riſu, fumoſis elationibus,
Saltaui mothona, exclamaui.

Cle. Non per Cererem, ſi non te deuoro
Ex hac terra, nunquam uiuam.
Al. Si non deuorabis? ego autem te ſi non ebibero
Et deſorbens, ipſe diſrumpar.
Cle. Perdam te per præſidentiam illam ex ianua.
Al. Ecce præſidentia, qualem uidebo te ego
Ex præſidentia ultimum uiſum?
Cle. In ligno ligabo te per cœlum.
Al. Valde magnanimus, age quid tibi dabo deuorare?
In quo comedas ſuauiſſime? in crumena?
Cle. Eripiam tui unguibus interiora.
Al. Dilaniam tui in Prytaneo cibaria.
Cle. Traham te ad populum, ut des mihi pœnam.
Al. Et ego autem te traham, & criminabor plura.
Cle. Sed ô nequam, tibi quidem nihil credit.
Ego autem illum derideo, quantum uolo.
Al. Valde uehementer tu populum tui ipſius putaſti?
Cle. Scio enim ipſum quibus cibatur.
Al. Quemadmodum nutrices cibas male,
Madens enim huic quidem parum imponis,
Ipſe autem illo triplum euulſiſti.
Cle. Et per Iouem à dexteritate mea,
Poſſum facere populum latum & ſtridum:
Al. Et podex meus hoc fallit.
Cle. Non ô bone in concilio me putabis iniuria afficere.
Eamus ad populum. AL. Nihil prohibet.
Ecce, uade: nihil uos detineat.
Cle. O' popule huc exi, per Iouem ô pater.
Al. Exi certè ô popelle dilectiſſime.
Po. Qui hi uocantes, non abitis à ianua?

Sertum

Sertum mei laceraſtis.

Cle. Exi ut uideas qualiter iniuria afficior.

Po. Quis ô Paphlagon iniuria afficit te? CLE. Propter te (uerberor

Ab hoc, & adoleſcentulis. PO. Cur?

Cle. Quia diligo te ô popule, ſtudioſusq́; ſum tuus

Po. Tu autem es quis uerè? AL. Pro ſtudioſus hoc

Amans diu tui uolensq́; tibi benefacere,

Aliiq́; multi & boniq́; & honeſti.

Sed non potentes ſumus propter hunc. tu enim

Similis es pueris illis amantibus.

Hos quidem bonosq́; & honeſtos non ſuſcipis,

Te ipſum aũt lucernarum uenditoribus, & neruorũ ſuto-(ribus,

Et coriorum ſciſſoribus, & coriorũ uenditoribus.

Cle. Bene enim facio populo. AL. Dic nunc quid facies?

Cle. Quia imperatorem expellens ex Pylo,

Nauigans illinc laconas duxi.

Al. Ego autem circumambulans ab officina

Elixantis alterius ollam ſurripui.

Cle. Et quidem faciens ſtatim ualde concilium.

O popule ut ſcias uter noſtrûm eſt tibi

Beneuolentior, dijudica, ut illum diligas.

Al. Ita ita dijudica certè, præter non in pnyce.

Po. Non ſedeam in alio loco,

Sed in illum antè oportet adire in pnyca.

Al. Hei mihi infelix, quòd perij. ille enim ſenex

Domi quidem uirorum facillimus,

Quando autem in hac ſedet petra,

Oſcitauit tanquam impediens caricas.

VERSIO.

Cho. Nunc oportet te omnia iam calon narrare tui ipſius,

Et prudentiam

Et prudētiā impetuoſam portare et ſermones ineuitabiles,
Quibus hunc ſuperabis, uarius enim uir,
Et ex illis inopibus inuentiones bene excogitatas præbēs.
Ad hæc quomodo eris multus & ſplendidus in uirum.
Sed ſerua, & ante illum adiacere tibi prior tu
Hos Delphinas eleua, & nauem adijce.
Cle. Huic quidem reginæ Mineruæ illi ciuitatis curam habenti
Voueo, ſiquidem circa populum Athenienſium factus ſum
Optimus uir poſt Lyſiclea, & Cynnam, & Salabaccham:
Quemadmodum nunc nihil faciens cœnare in Prytaneo.
Si autem te odi, & non circa te pugno ſolus oppoſitus,
Peream, & perſectus ſim, inciſusq; ſim coriatim.
Al. Et ego ô popule ſi non te diligo & non amo, inciſus
Elixer in particulis: & ſi non his credideris,
In hac ſcalpar in paſtillo cum caſeo,
Et hoc tridente teſticulis trahar in figulinum.
Cle. Et quomodo me magis te diligens ô popule fiat ciuis,
Qui primum quidem quando conſului tibi, pecunias plurimas oſtendi
In communi: hos quidem ſtrictè ligans, illos autem ſtrangulans, alios autem repetens:
Non curans idiotarum nullum, ſi tibi gratificarer.
Al. Hoc quidem ô popule nihil bonū: et ego enim hoc tibi faciā.
Rapiens enim panes tibi alienos apponam.
Sic autem non diligit te, neq; eſt beneuolus, hoc ipſum te primum docebo.
Sed propter hoc ipſum, quòd tui pruna fruitur.
Te enim qui Medis digladiaſti circa ciuitatem in Marathone,
Et uincens nobis magnopere magnifice loqui tradidiſti,

In petris non curat durè te ſedentem ſic.
Non quemadmodum ego ſuturus tibi hoc fero: ſed eleua,
Et poſtea ſede molliter, ut non conteras illum in ſalamine.

Po. Homo quis es? an fœtus illorum Harmodij aliquis illorum?
Hoc tui opus uerè generoſum, & ſtudioſum populi.

Cle. Valde à paruis beneuolus ipſi adulationibus factus es.

Al. Et tu enim ipſum multo minoribus his ineſcationibus cepiſti.

Cle. Et quidē ſicubi aliquis uir uiſus eſt populo magis auxiliās,
Vel magis me te diligens, uolo circa caput componere.

Al. Et quomodo tu diligis qui hūc uidēs habitantē in urnulis
Et uulturulis & turriculis, annum octauum nō miſereris?
Sed includens ipſum mulges. Archeptolemo autem ferente
Pacem diſsipaſti, legationesq; expellis,
Ex ciuitate uerberans, quæ amicitias proteſtantur.

Cle. Vt Græcis imperaret omnibus, eſt enim in oraculis,
Quòd hunc oportet aliquando in Arcadia quinque obolos iudicare,
Si expectabit. omnino autem ipſum nutriā ego & curabo,
Inueniens bene & male, unde triobolum habebit.

Al. Non ut imperet per Iouem Arcadiæ prouidēs, ſed ut magis
Tu quidem rapias, & munera ſuſcipias à ciuitatibus. hic autem populus
A bello & tenebra, quæ malefacis non deſpiciat te,
Sed à neceſsitate ſimul & indigentia et mercede ad te hiet.
Si autem aliquando in agrum hic abiens immorabitur,
Et ordea comedens reſipiſcet, & corticum uuæ in ſermonem uenerit,
Cognoſcet qualium bonorum ipſum ſtipendio decipiebas.
Poſtea ueniet tibi grauis agreſtis in te ſuffragiū inueſtigās;

Quæ tu cognoſcens hũc decipis, et ſomnias circa te ipſum.

Cle. Non graue hæc te dicere, certè mihi & criminari
Ad Athenienſes & populum facientem plura bona,
Per Cererem Themiſtocle multo circa ciuitatem iam.

Al. O' ciuitas Argi auditis, qualia dicit? Tu Themiſtocli adæquas,
Qui fecit ciuitatem noſtrûm plenam, inueniens ſine labris,
Et ad hæc prandendi Piræum adpinſuit,
Auferensq́; nihil antiquorum piſces nouos appoſuit.
Tu autem Athenienſes quærens paruos ciues oſtendere,
Diuidens & uaticinans Themiſtocli adæquans.
Et ille quidem fugit terram, tu autem ordea abſtergis.

Cle. Non hæc graue audire ô populé eſt me ab hoc
Quòd te diligo? PO. Quieſce hic, & non uaria mala.
Multum aũt multo me tempore et nũc latuiſti abſcondens.

Al. Sceleſtiſsimus ô populé & plurima mala faciens,
Quando oſcitat, & Thyrſos
Iudiciorum excidens
Deſorbet, & ambabus manibus
Deuorat popularia.

Cle. Non gaudebis, ſed te furan-
Tem eleuabo ego te per decem milia.

Al. Quid uociferaris & clamas,
Sceleſtiſsimus exiſtens circa populum
Athenienſium, & te oſtendam
Per Cererem, uel non uiuam,
Munera capientem ex Mitylene plùs quàm minas quadraginta.

INVERSIO.

Cho. O' omnibus hominibus oſtenſus maxima utilitas,

Beatum

Beatum uoco te bona lingua,ſi enim ſic inferes,
Maximus Græcorum eris,& ſolus poßidebis
Illa in ciuitate:ſocijs imperabis habens tridentem,
Quo multas pecunias operaberis,quatiensq́; & turbans.
Et ne dimittas uirum,quoniam tibi cauſam dedit.
Superabis enim facilè latera habens talia.

Cle. Non ô boni hæc ſunt adhuc ſic per Neptunum.
Mihi enim eſt factum tale opus ad
Omnes meos inimicos ſilere,
Quouſq; ſit ſcutorum ex Pylo aliquid reliquum.

Al. Contine in ſcutis:cauſam enim dediſti.
Non enim te oportebat ſi diligis populum,ex prudentia
Hæc ſinere ipſis loris dedicare.
Sed eſt hæc ô popule inuentio,ut ſi tu uelis
Virum punire hunc,tibi hoc non fiat.
Vides enim ipſi turmam,qualis eſt coriauendentium
Adoleſcentulorum? hos autem circumhabitant dulciauendentes,
Et caſeiuenditores,hoc autem in unum eſt inclinans.
Quare ſi tu mugies,& aſpicies teſtulam,
Nocte diripientes ſcuta,ruentes
Aggreſſus farinarum occupabunt noſtrûm.

Po. Hei mihi miſer,habent enim lora.ô praue
Quanto me decipiebas tempore talia pulſans populum.

Cle. O' felix ne dicentis ſcias,neq; putes
Me aliquando inuenire amicũ meliorem:qui unus exiſtens
Sedaui coniuratores. & me non latuit nihil
In ciuitate conſtitutum,ſed ſtatim clamaui.

Al. Quod enim hi anguillas uenantes paſſus es,
Quando quidem palus deſiſtit,capiunt nihil,

Si qu-

Si autem ſupraq́; & infra cœnum uoluunt,
Capiunt: & tu capis, ſi ciuitatem turbes.
Vnum autem dic mihi tantum: coria tot uendens
Dediſti iam huic ſoleam à te
Crepidis dicens diligere? PO. Non certè per Apollinem.

Al. Cognouiſti igitur certè ipſum qualis eſt? ſed ego tibi
Par emens crepidarum, hoc portare do.

Po. Iudico te (quantum ego intelligo) circa populum exiſtentē optimum,
Beneuolentiſsimumq́; ciuitati, enim his digitis.

Cle. Non graue igitur certè crepidas tantum poſſe?
Mei autem non memoriam habere? quot paſſus es qui
Sedaui motos, illum Gryttum delens.

Al. Non te certè hæc graue eſt podicem ſeruare,
Sedareq́; motos? & non eſt quomodo illos
Non inuidens ſedaſti, ut non rhetores fierent?
Hunc autem uidens ſine ueſte exiſtentem tantum,
Nunquam ueſtula populum dignum putaſti
Hyeme exiſtente. ſed ego tibi hanc do.

Po. Tale Themiſtocles nunquam excogitauit,
Quamuis ſapiens, & illud Piranæus: mihi tamen
Non maior eſſe uidetur excogitatio ueſte.

Cle. Hei mihi miſer, qualibus deceptionibus me inſequeris.

Al. Non, ſed quod bibens uir paſſus eſt quando cacaturit,
Modis tuis tanquam ſoleis utimur.

Cle. Sed non ſuperabis me adulationibus: ego enim ipſum
Induam hoc: tu autem luge ô praue. PO. Papæ.
Non ad coruos abiens corrumperis, corium peſsimè olens?

Al. Et hoc ſtudioſe induebat ut te ſuffocaret.
Et antea inſidiatus eſt tibi, Tyrſum ſcis illum

Balſami

Balſami dignum factum? PO. Scimus certè.
Al. Studioſe hic ipſum feſtinabat dignum fieri,
Vt comederetis ementes, & poſtea in Heliæa
Pedentes inter ſe occiderent iudices.
Po. Per Neptunum, & ad me hoc dixit uir ſtercorator.
Al. Non enim tunc uos pedentes iam alicubi facti eſtis rubri?
Et per Iouem erat, & hæc Pyrrhandri inuentio.
Cle. Quibus me ô praue nugis turbas?
Al. Hæc enim Dea me iuſſit uincere te ſuperbia.
Cle. Sed non me uinces. ego enim dico tibi præbere
O` popule nihil facienti, mercedis catinum ſorbere.
Al. Ego autem catinulumq́; tibi & pharmacum do,
Iſta in tibijs ulcula circum ungere.
Cle. Ego autem canicies tui eligens nouum faciam.
Al. Ecce ſuſcipe caudam leporis ocellos abſtergere.
Cle. Emungens ô popule mei ad caput abſterge.
Al. Mei quidem igitur, mei quidem igitur.
Cle. Ego te faciam trire-
Mi imperare, conſumentem illorum
Tui ipſius antiquam nauem haben-
Tem, in quam expendens non contine-
Bis, neq; nauem conglutinans.
Excogitoq́; ut
Velum marcidum capias.
Cho. Vir æſtuat, ſeda ſeda
Superferuens, ſubtrahendum
Autem lignis, exhauriendum-
Que minarum hæc.
Cle. Dabis mihi bonam pœnam
Coactus tributis.

Ego enim in diuites
Feſtinabo, ut ſcriptus ſis.

Al. Ego autem minabor quidem ni-
Hil: imprecor autem tibi hæc.
Illam quidem ſartaginem ſepiarum
Inſtare bulliens. te autem
Sententiam dicere uolentem circa
Mileſios, & lucrari
Talentum ſi defatigaberis
Feſtinare, ut ſepiarum
Impletus præuenias adhuc in
Concilium uenire, poſte-
A antè comedere uir interueni-
At, & tu talentum capere
Volens co- . .
Medens ſuffoceris.

Cho. Bene per Iouem, & Apollinem,
Et Cererem.

Po. Et mihi uidetur, & alia eſſe apertè,
Bonus ciuis, qualis nullus adhuc tempore,
Vir factus eſt multis obolo.
Tu autem ô Paphlagon dicens diligere me alliaſti,
Et nunc redde annulum, quòd non amplius
Mihi miniſtrabis. CLE. Habe: tantum autem ſcias, quòd
Si non me ſines gubernare, alter rurſus
Me peior aliquis apparebit.

Po. Non eſt quomodo annulus eſt hic
Meus: hoc igitur ſignum alterum uidetur.
Sed non inſpicio. AL. Age, uideam quod tibi ſignum erat.

Po. Pinguedine bouina folium exaſſatum.

Non hoc

Al. Non hoc eſt non ſolium. PO. Sed quid?
Al. Larus hians in petra concionans.
Po. Papæ miſer. AL. Quid eſt? PO. Aufer longè.
Non meum tenebat, ſed Cleonymi.
À me autem hunc capiens miniſtra mihi.
Cle. Non certè adhuc ô domine precor te ego,
Antequàm uaticinia audiueris mea.
Al. Et mea nunc. CLE. Sed ſi huic credideris,
Emulctum fieri oportet te. AL. Sed ſi huic
Sine præputio fieri oportet te uſq; ad myrtinum.
Cle. Sed hæc mea dicunt, quòd imperare te oportet
Ciuitati omni, coronatum roſis.
Al. Hæc mea autem rurſus dicunt, quòd purpuream
Habens ſparſam, & coronam in curru
Aureo expelles Smicytham & Cyrium.
Cle. Et quidem porta ipſa iens, ut hic
Ipſa audiat. AL. Valde. PO. Et tu iam fer.
Cle. Ecce. AL. Ecce. PO. Per Iouem nihil prohibet.

VERSIO.

Dulciſſimum lumen diei
Erit præſentibus &
Venientibus,
Si Cleon peribit.
Tamen ſeniores quoſdam,
Quales difficillimos
In ſigno iuſtitiarum
Audiui contradicentes.
Quòd niſi factus fuiſſet hic in
Ciuitate magnus, non fu-
iſſent uaſa duo utilia

Cocleare,neq; toryna.
Sed & hoc ego ad-
Miror ſcientiæ porcinæ
Ipſius.dicunt enim ipſum
Pueri qui ſimul ibant,
Donatiuè ſolam co-
Aptare frequenter lyram,
Aliam autem non uelle diſcere:
Et poſtea cithariſtam
Iratum abducere iube-
Re,quòd harmoniam puer
Hic non poteſt diſcere,
Niſi donorum ſuſceptiuè.

Cle. Ecce,uide, non omnia effero.

Al. Hei mihi,quòd fundere cupio,& non omnia effero.

Po. Hæc quid ſunt? CLE. Vaticinia. PO. Omnia? CLE. Admiratus es?
Et per Iouem adhuc mei eſt arca plena.

Al. Mihi autem tabulatum,& cohibitacula duo.

Po. Age,uideam.cuius enim ſunt uaticinia aliquando?

Cle. Mea quidem ſunt Bacidis. PO. Illa autem tibi cuius?

Al. Glanidis fratris Bacidis ſenioris.

Po. Sunt autem circa quid? CLE. De Athenienſibus, de Pylo,
De te,de me,de omnibus rebus.

Po. Illa tibi autem circa quid? AL. De Athenienſibus, de lente,
De Lacedæmonijs,de ſcombris iuuenibus,
De te,de me,de omnibus rebus.
Veretrum hoc mordebit.

Age,

Po. *Age nunc in ipſa legatis mihi.*
Et de me illud quo lætor,
Quòd in nebulis aquila fiam.

Cle. *Audi iam nunc, & adhibe mentem mihi.*
Conſydera Erechthide uaticiniorum uiam, quam tibi Apollo
Sonuit ex adyto per tripodas perhonoratos.
Saluare te iußit ſacrum canem flexum dentes,
Qui antè mordens, & ſuper te grauia clamans,
Tibi mercedem præbebit: & ſi non facit hic, peribit.
Multi enim odio ipſum declamant graculi.

Po. *Hæc per Cererem ego non ſcio quod dicunt.*
Quid enim eſt Erechtheo & graculis & cani.

Cle. *Ego quidem ſum canis, pro te enim clamo.*
Tibi autem dixit ſaluare me Phœbus canem.

Al. *Non hoc dicit uaticinium, ſed canis hic*
Tanquam portas tui uaticinia adcomedit.
Mihi enim eſt rectè de hoc cane.

Po. *Dic iam. ego autem primum capiam lapidem,*
Vt non me uaticinium hoc de cane mordeat.

Al. *Conſydera Erechthide canem Cerberum plagiarium.*
Qui cauda adulans quando cœnes obſeruans,
Exedit tui obſonium quando tu alibi aſpicis,
Ingrediens autem in coquinam, latebit te caninè
Nocte ollas & inſulas perlingens.

Po. *Per Neptunum, multo melius ô Glani.*

Cho. *O amice audito, poſtea dijudica tunc.*
Eſt mulier: pariet autem leonem ſacris in Athenis, **Aliud uaticinium.**
Qui circa populum multis culicibus pugnat,
Tanquam circa catulos clamans: quem tu ſeruato

Murum faciens ligneum, turresq; ferreas.

Po. Hæc ſcis quod dicit? AL. Per Apollinem ego quidem non.

Cle. Dixit Deus tibi apertè ſaluare me,
Ego enim pro leone ſum tibi.

Po. Et quomodo me latuiſti antileo factus?

Al. Vnum non redocet te uaticiniorum uoluntarius,
Quid ſolum ferreus murus eſt & lignum,
In quo ſaluare hunc iuſsit Apollo?

Po. Quomodo igitur hoc dicebat Deus? AL. Hunc
Ligare te iubebat quinq; foraminum ligno.

Po. Hæc perfici uaticinia iam mihi uidentur.

Cle. Non crede, corruptiuè enim inclamant cornices.
Sed accipitrem dilige, recordans in mentibus, qui tibi
Duxit colligans Lacedæmoniorum coracinos.

Al. Hoc Paphlagon periclitatum eſt inebriate
Cecropide male conſilio, quid hoc putas magnum opus?
Et mulier ferat pondus poſt quàm uir impoſuerit,
Sed non pugnet: cacet enim ſi pugnet.

Cle. Sed hoc conſydera ante pylum quam tibi dicebat.
Eſt pylus ante pylum. PO. Quid hoc dicit ante pylum?

Al. Scyphos dicit relictos eſſe in balneo.

Po. Ego autem illotus hodie fiam.

Al. Ipſe enim noſtrûm ſcyphos arripuit.
Sed hoc enim eſt circa nauale
Vaticinium, cui te oportet adhibere mentem ualde.

Po. Adhibeo: tu autem lege nautis mei
Quomodo merces primum reddetur.

Al. Aegide, conſydera caninam uulpem ne te decipiat
Occultè uelocem, uelocem pedibus, doloſam uulpem multa ſcientem.

Sciſ quodcunq; hoc quid eſt? PO. Philoſtratus canina
uulpes.

Al. Non hoc dicit, ſed naues ubilibet
Petit ueloces, argentum colligentes hoc.
Has alloquitur non dare tibi Apollo.

Po. Quomodo iam triremis eſt canina uulpes? AL. Quomodo
Quòd triremis eſt & canis uelox.

Po. Quomodo igitur uulpes appoſita eſt ad canem?

Al. Vulpinis milites aßimilauit,
Quòd racemos comedunt in agris.

Po. Eſto, his uulpinis merces ubi?

Al. Ego præbeo & hanc diebus tribus.
Sed adhuc hoc audi quod dixit tibi fugere
Vaticinium Latonides, Cyllenem ne te decipiat.

Po. Quam Cyllenem? AL. Hanc huius manum fecit
Cyllenem rectè, quòd dicit inijce deuolutioni.

Cle. Non rectè dicis: Cyllenem enim Phœbus
In manum rectè, obſcurè dixit illam Diopithis.
Sed enim eſt mihi uaticinium circa te uolatiuum,
Aquila quòd ſis, & omni terræ dominaberis.

Al. Etenim mihi & terræ, & rubro mari,
Et quòd in Ecbatanis iudicabis lingens ſparſa.

Cle. Sed ego uidi inſomnium, & mihi uidetur Dea ipſa
Populo defundere gutturnio diuitem ſanitatem.

Al. Per Iouem etenim ego, & mihi uidetur Dea ipſa
Ex ciuitate uenire, & noctua ipſi inſidere:
Poſtea defundere in capite gutturnio
Ambroſiam in te, in hoc autem allium ſalſum.

Po. Heu heu, non erat utiq; nullus Glanide ſapientior.
Et quidem meipſum committo tibi hunc

Senem ducere,& reinſtruere iterum.

Cle. Nondum precor te:ſed expecta,quòd ego
Ordea præbebo tibi & uictum in diem.

Po. Non tolero ordea audiens:ſæpe
Deceptus ſum à te & Thuphane.

Cle. Sed farinas iam tibi præbebo præparatas.

Al. Ego autem panes nauticos perpinſatos,
Et obſonium aſſatum: nihil aliud niſi comede.

Po. Perficite nunc quod feciſtis,quòd ego
Vter ueſtrûm bene mihi magis faciet,
Huic tradam pnycis habenas.

Al. Curram iam prior. CLE. Non certè,ſed ego.

VERSIO.

Cho. O' popule bonum habes
Principium,quando omnes ho-
Mines timent te tan-
Quam uirum tyrannum.
Sed bene deductus es,
Aſſentationibus affectus gau-
Des & illuſus,
Adq; dicentem ſemper
Oſcitaſti,mens autem tui
Præſens peregrinatur.

CONSTITVTIO SECVNDVM
CIRCVNCISIONEM.

Po. Mens non ineſt comis
Veſtrûm,quando me non ſapere
Putatis.ego autem uoluntarius
Hæc inſanio:
Ipſeq; enim lætor

Deceptus

Deceptus in diem.
Furantemq́; uolo
Nutrire unum præſtantem,
Hunc autem quando fuerit plenus,
Eleuans percuſsi.

INVERSIO.

Cho. Siquidem bene facias,
Si tibi prudentia in-
Eſt in modo, ut dicis,
Hoc ualde multa.
Si hos ſtudioſe tan-
Quam publicos nutris
In pnyce: & poſtea quando
Non tibi contigerit obſonium exiſtens,
Horum quicunq; fuerit pinguis,
Sacrificans cœnas.

CONSTITVTIO ALTERA.

Po. Conſyderate autem me, ſi ſapienter
Ipſos circumuenio,
Hos putantes ſapere,
Et me decipere.
Obſeruo enim ſemper i-
Pſos, neq; apparens uidere
Furantes, poſtea co
Go iterum euomere
Quæcunq; furati fuerunt mei,
Cadum deponens.

Cle. Abduc in macariam longè. AL. Tu ô corruptiue.
Cle. O' popule ego quidem præparatus

Ter diu ſedeo, uolens tibi benefacere.

Al. Ego autem decies diu, & duodecies diu,
Et millies diu, & iamdiu diu.

Po. Ego autem expectans ter decies millies diu.
Faſtidio uos, & iamdiu, diu, diu.

Al. Scis igitur quod facturum? PO. Niſi dixeris tu.

Al. Dimitte à repagulis meq; & hunc,
Vt tibi benefaciamus ex æquo. PO. Facere hæc oportet,
Abite. AL. Ecce. PO. Curratis. CLE. Succurrere non ſino.

Po. Sed certè magnopere fortunatus ero hodie,
Ab amatoribus per Iouem, uel ego conſumar.

Cle. Vides? ego tibi prior effero ſedem,
Sed non menſam. AL. Sed ego priorior.

Cle. Ecce fero tibi hanc offam ego,
Ex ordeis illis ex Pylo piſtis.

Al. Ego autem uel ſacra canicas minutim inciſas
À Dea manu eburnea.

Po. Valde magnum igitur habebas ô ueneranda digitum.

Cle. Ego autem fabam elixatam piſinam, bene coloratam, & pulchram.
Confecit autem hanc Pallas Pyli pugnatrix.

Al. O` popule apertè Dea conſydera.
Et nunc eminet tui ollam iuris plenam.

Po. Putas enim habitari poſſe hanc ciuitatem,
Si non manifeſtè noſtrûm emineret ollæ?

Cle. Hanc particulam tibi dedit terrens exercitus.

Al. Hæc habens potentem patrem, coctam ex iure carnem,
Et uiſceris pinguedinisq; & uentris inciſionem.

Po. Bene fecit pepli recordans.

Gorgo-

Cle. *Gorgolopheſa iubebat huius comedere*
Aurigæ,ut naues expelleremus bene.
Al. *Accipe & hæc nunc.* PO. *Et quid his indigebimus*
Inteſtinis? AL. *Studioſe ipſa miſit tibi*
In triremes euiſcerationem Dea.
Conſyderat enim permanifeſtè nauale.
Habe & bibere dilutum tria & duo.
Po. *Quàm ſuauis ô Iupiter,& tria ferens bene.*
Al. *Tritogenita enim ipſum immiſcuit tritone.*
Cle *Cape nunc placentæ pinguis à me fruſtum.*
Al. *À me autem totam placentam hanc.*
Cle. *Sed non carnem leporinam habebis unde des,ſed ego.*
Al. *Hei mihi unde carnes leporinæ mihi erunt.*
Ò anime nunc ſcurrile excogita aliquid.
Cle. *Vides hæc ô infelix?* AL. *Parum mihi curæ eſt.*
Sed enim illi ad me ueniunt CLE. *Qui?*
Al. *Senes habentes argenti crumenas.*
Cle. *Vbi,ubi?* AL. *Quid autem tibi hoc?non ſines hoc aduenas?*
Ò popule uides carnes leporinas quas tibi fero?
Cle. *Hei mihi miſer,iniuſtè has mihi ſurripuiſti.*
Al. *Per* Neptunum,*& tu enim has ex* Pylo.
Po. *Dic precor quomodo excogitaſti rapere?*
Al. *Hoc quidem conſilium* Deæ,*hoc autem furtum meum.*
Cle. *Ego autem periclitatus ſum.* AL. *Ego autem aſſaui.*
Po. *Abi:non enim ſed apponentis gratia.*
Cle. *Hei mihi infelix dedecorabor.*
Al. *Quid non dijudicas popule uter eſt noſtrûm*
Vir melior circa te & uentrem.
Po. *Qua igitur uos utens coniectura*

Putabo

Putabo iudicare ſpectatoribus ſapienter.

Al. Ego dicam tibi:meam ciſtam iens
Comprehende ſilentio,& inquire quæcunq;ſint,
Et Paphlagonis,& deniq; iudicabis bene.

Po. Age,uideam.quid igitur eſt? AL. Sed non uides uacuam
O᾽ auule?omnia enim tibi attuli.

Po. Hæc quidem ciſta illa populi ſapit.

Al. Valde igitur & huc ad hanc Paphlagonis.
Vides nunc? PO. Hei mihi bonorum quantum plena,
Quanta res placentæ depoſita eſt.
Mihi autem dedit abſcindens tantillum.

Al. Talia qũidem & prius operabatur.
Tibi quidem addabat paruum quæ capiebat,
Ipſe autem ſibijpſi apponebat maiora.

Po. O᾽ ſceleſte furans iam me his decipiebas.
Ego autem te coronaui & donaui.

Cle. Ego autem furabar in bono ciuitati.

Po. Depone citò coronam,ut ego huic
Ipſam circumponam. AL. Depone citò uerbero.

Cle. Non certè:quoniam mihi uaticinium eſt Apollinare,
Dicens à quo oportebit me uinci ſolo.

Al. Meum dicens nomen & ualde manifeſtè.

Cle. Et quidem te arguere uolo coniectura,
Si quid conferes Dei uaticinijs.
Et te tantum primum experiar,
Puer exiſtens ibas in quem præceptorem?

Al. In coquinis digitis aptabar.

Cle. Quomodo dixiſti?ualde mei uaticinium tangit mentes.
Eſto: in puerorum exercitio autem quam luctam didiciſti?

Al. Furans,peierare,& uidere contra.

O᾽ Phœbe

Cle. O' Phœbe Apollo Lyciæ, quid unquàm mihi facies?
Artem autem quam habebas factus uir?
Al. Ventres uendebam. CLE. Et quid? AL. Et pædicabar.
Cle. Hei mihi infortunatus: non amplius nihil ſum ego.
Tenuis quædam ſpes eſt, in qua uehimur.
Et mihi tantum dic, utrum in foro
Ventres uendebas uerè, an in portis?
Al. In portis ubi ſalſamentum uenale.
Cle. Hei mihi, factum eſt Dei uaticinium.
Voluite intrò hunc infelicem.
O' corona gaudens abi, & te inuitus ego
Linquo: te autem alius quidam capiens poßidebit.
Fur quidem non magis, fortunatus autem fortè.
Al. Hellanie Iupiter tua uictoria.
Cho. O' gaude bene uictor, & memento quòd
Vir factus es per me: & te peto paucum,
Vt fiam tibi phanus ſcriba iuſtitiarum.
Po. Mihi autem quod tibi nomen dic. AL. Agoracritus.
In foro enim iudicatus paſcebar.
Po. Agoracrito igitur me ipſum committo,
Et Paphlagona trado hunc,
Al. Et quidem ego te ô popule curabo bene,
Ad fateri te, nullum hominum me
Videre meliorem hac oſcitatorum ciuitate.

CANTVS ET VERSIO.

Quid melius incipientibus, uel ſedatis,
Quàm uelocium equorum aurigas canere?
Nihil in Lyſiſtratum,
Neq; Thomantin pauperem rurſus
Triſtitiam inferre uoluntario corde.

Etenim

Etenim hic dilecte Apollo
Eſurit, calidis lachrymis
Tuam tangens pharetram
Pythone in, propter male laborare.
Conuitiari prauos, nihil eſt inuidum.
Sed honor bonis, quicunq; bene putat.
Siquidem igitur homo, quem decet multa audire & mala,
Hic eſſet manifeſtus, non uiri recordarer amici.
Nunc autem Arignotum enim nullus quicunq; non ſcit,
Quicunq; uel album nouit, uel rectam legem.
Eſt igitur frater ipſi moribus non conſanguineus
Ariphrades prauus, ſed hoc quidem & uult:
Eſt autem non ſolum prauus: non enim neq; ſenſiſſem.
Neq; omnino prauus, ſed & adinuenit aliquid.
Illam enim ipſius linguam turpibus uoluptatibus lædit,
In lupanaribis lingens exputam rorem,
Et inquinans barbam, & turbans focos,
Et polymneſtia faciens, & coëxiſtens Oeonicho.
Quicunque igitur talem uirum non uehementer obaminatur,
Neq; unquam ex eodem nobiſcum biberit poculo.
Cho. *Certè ſæpe in nocturnis*
Cogitationibus uerſor.
Et exquiſiui unde unquam uiliter
Comedit Cleonymus.
Dicunt enim ipſum comedentem
Illa habentium uirorum,
Non exire ab arca,
Hos autem precari diſsimiliter.
Vade ô rex à genibus,

Exi

Exi & parce menſæ.
Dicunt inter ſe conueniſſe triremes in ſermonem,
Et unam dixiſſe quandam ipſarum, quæ erat antiquior:
Neq; auditis hæc ô uirgines in ciuitate?
Dicunt petere quendam noſtrûm centum in Carchedona,
Virum flagitioſum ciuem, uappam Hyperbolum.
His autem uideri graue eſſe hoc, & non tolerabile.
Et quandam dicere, quæ uiros prope non uenerat,
Mala arcens: non certè mihi enim imperabis unquam: ſed ſi me oportet,
A' marcedinibus marceſcens hîc ſeneſcam.
Neq; naui apparens naui utili, non certè ô Dei:
Siquidem ex picca & ego & lignis conglutinata ſum.
Si autem placeant hæc Athenienſibus, ſedere mihi uideor
In Theſeum nauigantibus, uel in uenerandorum deorum.
Non enim noſtrûm imperator deridebit ciuitatem,
Sed nauiget ſeparatim ipſe ad coruos, ſi uult,
Scaphas in quibus uendebat lucernas detrahens.
Al. *Laudare oportet, & os claudere, & teſtimonijs abſtinere,*
Et fora iudicialia conclaudere, quibus ciuitas hæc lætata eſt.
In nouis autem felicitatibus Apollinem laudare theatrum.
Cho. *O' ſacris inſulis auxiliator & lumen in Athenis,*
Quandam habens famam bonam uenis, in quo nidore per fundo uias.
Al. *Hunc populum recoquens nobis, bonum ex malo feci.*
Cho. *Et ubi eſt nunc ô admirabilia excogitans conſilia.*
Al. *In uiolis coronatis habitat antiquis Athenis,*
Cho. *Quomodo uidebimus qnalem habet præparationem, & qualis factus eſt?*
Al. *Qualis Ariſtidæ prius & Miltiadæ conuiuabatur.*

Videbitis

Videbitis aũt etenim apertorũ ſtrepitum iam ueſtibulorũ.
Sed ululate apparentibus antiquis Athenis,
Et admirabilibus, & multum laudatis, ubi glorioſus populus imhabitat.

Cho. O` pingues, & uiolis coronatæ, & ualde amatæ Athenæ,
Oſtendite Græciæ nobis & terræ huius demonarchum.

Al. Hic ille uidere cicadam ferens, antiquà figura ſplendidus,
Non porcinis olens, ſed ſacrificijs, myrrha unctus.

Cho. Gaude ô rex Græcorum, & tibi congratulamur nos.
Hac enim ciuitate digna facis, & illo in Marathone trophæo.

Po. O` dilectiſsime uirorum ueni huc Agoracrite,
Quot mihi feciſti bona recoquens. AL. Ego?
Sed ô miſer, non ſcis qualis eras ipſe antea,
Neq; quale faciebas: me enim putes Deum?

Po. Quid faciebam apertè dic mihi antea, qualis quis eram?

Al. Primum quidem quando diceret aliquis in concilio,
O` popule, amator ſum tuus, diligoq́; te,
Et curo te, & prouideo ſolus.
His quando utebatur aliquis procemijs,
Saltabas & ſuperbiebas. PO. Ego?

Al. Poſtea decipiens te pro his abibat.

Po. Quid dicis? talia mihi faciebant? ego autem non ſenſi?

Al. Illæ aures enim tui per Iouem extendebantur.
Tanquàm pileolus, & iterum contrahebantur.

Po. Sic rudis eram & ſenex.

Al. Et per Iouem, ſi duo dicant aduocati,
Hic quidem facere naues dicens, ille autem alter rurſus
Soluere mercedem: hanc hic mercedem dicens,
Illum triremes præteriens eat.

Hic quid inclinas? non ſecundum decens manebis?

Po. Verecundor tibi his prius peccata.

Al. Sed non tu horum cauſa ne cogitaueris,
Sed qui te his decipiebant. nunc autem conſiderato,
Si quis dixerit ſcurra aduocatus,
Non ſunt uobis iudicibus farinæ,
Si non ſpreueritis hanc iuſtitiam:
Huic quid facies dic aduocato?

Po. Eleuans ſublimem in barathrum inijciam,
Ex gutture ſuſpendens Hyperbolum.

Al. Hoc quidem rectè & ſapienter iam dicis.
Hæc autem alia age uideam, quomodo ciuitatem gubernabis dicito.

Po. Primum quidem, quot naues impellunt longas,
Deducentibus mercedem ſoluam perfectam.

Al. Multis ſub gracilibus natulis donaſti.

Po. Poſtea ciuis impoſitus in numero
Nullus per inducias tranſcribetur,
Sed quemadmodum erat primum inſcribetur.

Al. Hoc momordit porpoca illum Cleonymi.

Po. Neq; uerſabitur imberbis nullus in foro.

Al. Vbi igitur Cliſthenes uerſabitur & Straton,
Adoleſcentulos hos dico in myro,
Qui decipiuntur tales ſedentes.
Sapiens Phæax prudenterq; non mortuus eſt:
Compoſitiuus enim eſt & terminatiuus,
Et ſententiarum formatiuus, & manifeſtus, & pulſatiuus,
Deprehenſiuusq; optimè tumultuarij.

Cho. Igitur contra annulum illum loquacem?

Po. Per Iouem: ſed cogam uenari ego

Tales omnes ceſſantes iudicijs.

Al. *Habe nunc in his hanc ſedem,*
Et puerum ſpadonem, qui portabit hanc tibi:
Et ſicubi uidetur tibi, hunc ſedem fac.

Po. *Beatus in antiqua iam conſtituor.*

Al. *Dices poſtquam triginta annorum*
Inducias tradidero tibi: huc ueni, induciæ citò

Po. *O Iupiter perhonorate quàm bonæ per Deos,*
Licet ipſis in triginta annorum facere?
Quomodo accepit has uerè. AL. *Non enim Paphlagon*
Abſcondebat has intus, ut non tu caperes?
Nunc igitur ego tibi trado in agros
Ipſas ire capientem. PO. *Huic autem Paphlagoni*
Qui hæc, fecit, dic quod facies malum.

Al. *Nullum magnum aliud quàm meam habebit artem,*
In portis uentres uendet ſolus,
Canina miſcens uenalibus rebus,
Inebriatusq; meretricibus conuiciabitur:
Et ex balneis ipſum lauacrum bibet.

Po. *Bene cogitaſti, quo eſt dignus*
Meretricibus & balneatoribus perclamari.
Et te pro his in Prytaneum uoco,
In ſedemq; ubi ille erat magus.
Sequere autem hanc capiens batrachida.
Et illum efferat aliquis ſtatim in artem,
Vt uideant ipſum quos læſit hoſpites.

EQVITVM FINIS.

ARISTOPHANIS ACHAR NEORVM ARGVMENTVM.

COncilium cōſtitutum eſt Athenis in publico, in quo præpugnantes aduocatos, & apertè populū inflammantes, Dicæopolis quidam artificum arguēs adducitur. Huius autem per quendam Amphitheum paciſcētem priuatim Laconibus, Acharnici ſenes audientes rem perſequentes in chori habitu adueniunt: & poſt hæc feſtinantem Dicæopolin uidentes tanquam paciſcentem hoſtibus, lapidare proruunt. Hic autem promittens ſuper trunco caput habens reſpōdere, ut ſi nō perſuaſerit collum amputare, ueniens ad Euripidem, mendicum habitum petit: & ueſtitus Telephi ueſtibus uilibus, accinit illius ſermonem, non ingratè improperans Periclem circa Megaricum iudicium. Irritatis autem quibuſdam, quòd uiderentur patrocinari hoſtibus, poſtea irruentibus, inſtantibus autem alijs tanquàm iuſta dicente ipſo, apparens Lamachus tumultuari tentat. Poſtea facta diſtractione, irruens chorus abſoluit Dicæopolin: & ad iudices circa poëtæ uirtutem et aliorum quorundam diſputat. Hoc autem Dicæopolide agente per ſeipſum pacem, primum Megaricus quidā in porcinula præparatā infantia ſuijpſius ferens in ſacro empta aduenit. Poſt autem hunc ex Bœotis alter, anguillasq́ & uariarum auium ſemen imponens in forum, quibus inapparentibus quibuſdam calumniatoribus, comprehendens quædā ex ipſis Dicæopolis, & iaciens in ſaccum, hocq́ Bœoto contra onus educere ex Athenienſibus tradit: & remittentibus ipſi pluribus et precantibus participē facere induciarum ſuperbit. Apud habitante ipſum

Lamacho, & inſtante libaminum feſto, hunc nuncius ab imperatoribus ueniens iubet exeuntem cum armis incurſiones obſeruare. Hunc autem Dicæopolin à ſacerdote quidam Dionyſij uocans in cœnã uenit: & poſt paucum hic quidem uulneratus, et male liberans, reuertitur: ille autem Dicæopolis cœnatus, & cum meretrice reſoluens.

ACTVS PERSONAE.

Dicæopolis.	*Senes.*
Chorus Acharnenſium.	*Ceſiſophon.*
Megareus.	*Bœotus.*
Agricola inſpector Phylaſius.	*Præco.*
Regis oculus.	*Mater.*
Euripides.	*Puellæ.*
Nicarchus calumniator.	*Famulus uel paranymphus.*
Amphitheus.	*Theorus.*
Filia.	*Lamachus.*
Calumniator.	*Nuntius Lamachi.*

ARISTOPHANIS
ACHARNES.

DICAEOPOLIS.

Quot iam morſus ſum mei ipſius cor.
Lætatus ſum aũt pauca, ualde aũt pauca
Hæc aũt iratus ſum infinita. (quatuor.
Age, uideam quid autem lætatus ſum dignum gaudio.

Ego

Ego ſcio in quo cor lætatus ſum uidens
Quinq; talentis quibus Cleon euomuit.
Hæc ualde lætatus ſum, & diligo equites
Propter hoc opus: dignum enim Græciá.
Sed iratus ſum alterum rurſus tragicum,
Quando iam oſcitaui expectans Aeſchilum,
Hic autem redixit: introduc ô Theogni chorum,
Quomodo hoc mouit mei putas cor?
Sed alterum lætatus ſum, quando in Moſcho quondam
Dexitheus introiuit cantaturus Bœotium.
Tunc autem mortuus ſum, & auerſus ſum uidens,
Quando iam inclinauit Chæris in orthium.
Sed neq; unquàm ex quo ego ſordeo,
Sic morſus ſum à calce ſupercilia,
Sicut nunc, quando exiſtente ſuffragibili concilio,
Matutino deſerta pnyx ipſa.
Hi autem in foro loquuntur, & ſurſum & deorſum
Funem fugiunt rubefactumt
Neq; Prytanenſes uadunt, ſed intempeſtiuam
Venientes, poſtea autem impelluntur, quomodo putas?
Venientes inter ſe circa primum lignum
Congregati defluentes. pax autem quomodo
Erit, curant nihil, ô ciuitas ciuitas.
Ego autem ſemper primus in concilium
Rediens ſedeo, & poſtea poſt quàm ſum ſolus,
Gemo, oſcitaui, diſrumpor, pedor,
Dubito, ſcribo, euellor, computo,
Reſpiciens in agrum, pacis amans,
Odio habens quidem ciuitatem, hunc autem meum populum deſyderans,

Qui neq; unquam dixit, carbones eme,
Non acetum, non oleum, neq; ſciuerat eme.
Sed ipſe ferebat omnia, & emens abibat.
Nunc igitur manifeſte uado præparatus
Vocare, incuſare, obiurgare aduocatos,
Siquis aliud præterquàm circa pacem dicat.
Sed Prytanenſes enim hi meridiani
Non dicunt hoc illud quod ego dixi.
In primam ſedem omnis uir impellitur.

Præ. Accedite ante,
Accedite, ut intus perficiatis piaculum.

Am. Iam quis dixit? PRAE. Quis dicere uult?

Am. Ego. PRAE. Quis exiſtens? AM. Amphitheus. PRAE.
Non homo? AM. Non,
Sed immortalis. hic enim Amphitheus Cereris fuit
Et Triptolemi, huius autem Celeus fuit.
Ducit uxorem autem Celeus Phænaretē nutricem meam:
Ex qua Lycinus genitus eſt, ex hoc ego.
Immortalis ſum, mihi autem commiſerunt Dei
Inducias facere ad Lacedæmonios ſoli.
Sed immortalis exiſtens ô uiri uiatica non habeo:
Non enim dant Prytanenſes. PRAE. Sagittarij.

Am. O` Triptoleme & Celee, ſpernitis me?

Di. O` uiri Prytanenſes, iniuria afficitis concilium,
Virum abigentes, qui nobis uolebat
Inducias facere, & ſuſpendere ſcuta.

Præ. Sede, tace. DI. Per Apollinem ego quidem non,
Si non circa pacem auxiliemini mihi.

Præ. Hi à rege Legati.

Di. Cuius regis? doleo ego enim legatis,

Et pauo-

Et pauonibus, hisq; ſuperbijs.
Præ. Tace. DI. Papæ, ô Echatana habitus.
Miſit nos ad regem magnum,
Mercedem ferentes duas drachmas diei
In Euthymene imperante. DI. Hei mihi drachmis.
Leg. Et certè uexabamur per caiſtrios
Campos uia errantes, collocati
In curribus molliter iacentes,
Perditi. DI. Vehementer enim ſaluabar ego,
Ad propugnaculum in ſtorea iacens.
Leg. Hoſpitati autem ad uim bibebamus
Ex uitreis poculis & aureis
Purum uinum dulce. DI. O ſaxoſa ciuitas,
Nunquid ſentis deriſionem legatorum?
Præ. Barbari enim uiros putant ſolos
Plurimum potentes deuorareq; & bibere.
Di. Nos autem mœchosq; & cinædos.
Leg. Anno quarto autem in regiam uenimus.
Sed in latrinam iuit exercitum capiens:
Et cacabat octo menſes in aureis montibus.
Di. Quanto autem podicem tempore conduxit?
Leg. In plenilunio, & poſtea abiuit domum,
Poſtea hoſpitabatur: apponebat autem nobis totos
Ex furno boues. DI. Et quis uidit unquam
Boues infurnatos ſuperbijs?
Leg. Et ita per Iouem auem triplo maiorem Cleonymo
Appoſuit nobis: nomen autem erat ipſi phenax.
Di. Hæc igitur decipiebas tu duas drachmas ferens?
Leg. Et nunc ducentes uenimus Pſeudartaban
Regis oculum. DI. Excidat

Coruus uerberans tuum legato.

Præ. Regis oculus. DI. O' rex Hercules
Per Deos homo compoſite reſpicis,
Et circa ſummitatem flectens, nauis domum ſpecularis.
Cooperimentum habes circa oculum deorſum.

Præ. Age iam tu, rex quæcunq; te miſit dic
Dicentem Athenienſibus ô Pſeudarſoba,
Iartaman, Exarxan, Apiſſonaſatra.
Intellexiſtis quod dicit? DI. Per Apollinem ego quidẽ non.

Præ. Mittere regem dicit uobis aurum.
Dic iam tu magis & apertè aurum,
Oylepſichryſochaunoprocttæ iaonau.
Hei mihi infelix quàm apertè? DI. Quid iterum dicit?

Præ. Quòd oſcitantes podices Iaonas dicit,
Siquidem expectant aurum ex barbaris.

Di. Non, ſed metra hic auri dicit.

Præ. Qualia metra: tu quidem ſuperbus es laborioſus.

Di. Sed abi: ego autem inquiram hunc ſolus.
Age iam tu dic mihi apertè ad hunc,
Vt non te tingam tincturam ſarpſiniacam.
Rex magnus nobis mittet aurum?
Abnuis? maxime igitur decipiebamur à legatis
Annuis? græce annuerunt uiri hi.
Non eſt quomodo non ſunt hinc illinc.
Et horum quidem Eunuchorum alterum hunc
Ego ſcio, qui eſt Cliſthenes ille Sibyrtij.
O' calidum uoluntarie podicem inuente,
Talem autem ô Simia barbam habens,
Eunuchus nobis ueniſti præparatus?
Hic autem quis eſt? non iam ſtrato?

Tace

Præ. Tace, deſede.
Hunc regis oculum concilium uocat
In Prytaneum. DI. Hæc certè non ſtrangulatio!
Et poſtea ego igitur hic milito?
Hos autem hoſpitari nunquam tenuit ianua.
Sed operabor aliquod graue opus & magnum.
Sed Amphitheus mihi ubi eſt? AM. Hic adeſt.
Mihi tu has capiens octo drachmas
Inducias fac ad Lacedæmonios ſoli,
Et filijs & uxori.
Vos autem legationem mittite & oſcitate.
Præ. Adueniat Theorus ille à Sitalco. THE. Hic. PRAE. Theore.
Di. Alter ſuperbus hic aduocatur.
The. Tempore quidem non fuiſſemus in Thracia multo.
Di. Per Iouem non ſi mercedem non tuliſſes multam.
The. Si non diluiſſet niue Thracem totam,
Et fluuios congelaſſet in eodem tempore
Quando hic Theognis pugnabat;
Hoc cum Sitalco bibebam tempore:
Et certe amicus Athenienſium erat eximie,
Veſtrûmq; amator erat uerè: quare &
In muris ſcribebant, Athenienſes boni.
Hic autem filius, quem Athenienſem fecimus,
Amabat comedere uiſcera ex Apaturijs:
Et patrem precabatur auxiliari patriæ.
Hic autem iurauit ſacrificans auxiliari, habens
Exercitum tantum, uſq; ad Athenienſes dicere:
Quanta res culicum aduenit?
Di. Peßime peream, ſi quid horum credo.

The. Et nunc quod bellicoſiſſimum Thracum genus
Miſit uobis. DI. Hoc quidem iam manifeſtum.
Præ. Thraces uenite huc, quos Theorus duxit.
Di. Hoc aliquod eſt malum. PRAE. Odomantum exercitus.
Di. Quorum odomantum dic mihi: hoc quid erat?
Quis odomantum ueretrum euellat?
The. His ſi drachmas duas aliquis mercedem det,
Subigent Bœotiam totam.
Di. His duas drachmas mentulatis?
Suſpirabit quidem maritimus populus
Seruator ciuitatis: hei mihi miſer perdor
Ab odomantibus allia deſtructus.
The. Non deponitis allia? ô praue tu
Non accedis his alliatis.
Di. Hæc circunſpicite Prytanenſes patientem me
In patria? & hæc à uiris barbaris?
Sed annuncio non facere concilium
Thracibus circa mercedem. dico autem uobis, quòd
Monſtrum eſt, & gutta percuſſit me.
Præ. Thraces abire, adeſſe autem in principium.
Hi enim Prytanenſes ſoluunt concilium.
Di. Hei mihi miſer, pulmentarium quantum amiſi.
Sed ex Lacedæmone enim Amphitheus hic.
Salue Amphithee. AM. Nondum antequam ſtem currens.
Oportet enim me fugientem effugere Acharneos.
Di. Quid autem eſt? AM. Tibi quidem huc ego inducias ferens
Feſtinaui. hi autem odorauerunt ſenes quidam
Acharnici. denſi ſenes, ilicei,
Duri, Marathoni pugnatores, funditores.

Poſtea

Poſtea reclamauerunt omnes: ô ſceleſtiſſime
Inducias fers uineis inciſis?
Et in ueſtimenta collegerunt lapides.
Ego autem fugi: hi autem perſequebantur, & clamabant.
Di. Hi autem igitur clament. ſed inducias fers?
Am. Ego dico: tres hæ guſtationes.
Hæ quidem ſunt quinquennes, guſta capiens.
Di. Papæ. AM. Quid eſt? DI. Non placent mihi, quòd
Olent pacem & præparationem nauium.
Am. Tu autem ſed has decennes guſta capiens.
Di. Sapiunt & hæ legatos in ciuitates
Acutiſſimum tanquam immorationes auxiliariorum.
Am. Sed hæ induciæ triginta annorum
In terramq; & mare. DI. O' Dionyſia.
Hæ quidem olent Ambroſiam & nectar,
Et non obſeruare cibaria dierum trium.
Et in ore dicunt: uade quò uis.
Has ſuſcipio, & libo, & bibo.
Am. Valere iubeo multum Acharneos.
Di. Ego autem bello & malis liberatus,
Augebo in agros ingrediens Dionyſia.
Am. Ego autem fugiam hos Acharneos.

CHORVS ACHARNEORVM.

His omnis ſequere, impelle, & uirum interroga
Viatorum omnium, ciuitate enim dignum.

VERSIO MEMBRORVM VNDECIM.

Semicho. Dico comprehendere uirum hunc. ſed mihi nunciate,
Siquis uidit quò uerſus eſt terræ ille inducias ferens.
Effugit, abit

Vanus.

Vanus. CHO. Hei mihi miſer,
Illis annis meis.
Non in mea iuuen-
Tute, quando ego ferens
Carbonum onus,
Sequebar Phaylum currens
Sic praue
Inducias ferens hic à me tunc ex-
Pulſus effugiſſet,
Neq; leuiter exilijſſet.

MEDIVS CANTVS MEMBRORVM QVATVOR.

Nunc autem poſtquàm ſolida iam mea tibia,
Et antiquo Lacratide crus grauatur,
Vadit, expellendus autem, non enim oſcitabit unquàm,
Neq; ſenes exiſtentes effugiens Acharneos.

INVERSIO MEMBRORVM VNDECIM.

Quicunq; ô Iupiter pater
Et Dei, ini-
Micis pactus eſt,
Quibus à me bellum
Hoſtibus augebitur.
Et non dimittam, antequàm iuncus i-
Pſis tanquam infixus ero
Acutus doloroſus en-
Sis, ut nunquàm
Calcent amplius meas uineas.

EPODOS VERSVVM TRIVM.

Sed oportet quærere uirum, & obſeruare generoſe,
Et perſe-

Et perſequi terram ante terram, quouſq; inuentus fuerit aliquando,
Quòd ego percutiens illum non ſatiabor lapidibus.

Di. Laudate, laudate.

Cho. Tace omnis. audiuiſtis uiri igitur laudem?
Hic ipſe eſt quem quærimus. ſed huc omnis
Longe: ſacrificaturus enim uir ut uidetur exit.

Di. Laudate, laudate.
I præ, ut ante paulo caniſtrum gerens.
Xanthias Priapum rectum ſtatuat.

Mat. Depone caniſtrum ô filia, ut incipiamus.

Filia Ò mater, redde huc cochleare,
Vt fabam defundam placentæ huic.

Di. Et quidem bonum eſt ô Dionyſi domine,
Gratè tibi hanc pompam me
Mittentem, & ſacrificantem cum famulis,
Ducere feliciter in agros Dionyſia,
Exercitu liberatum: inducias autem mihi
Bene comportare triginta annorum.

Mat. Age ô filia, ut caniſtrum bona bene
Portes, uidens acute (ualde beatus
Qui te ducet uxorem & ex faciet muſtella
Te nihil minus pedere quando diluculum eſt.)
Procede & in turba ſeruare uehementer,
Ne quis latens te frangat hæc aurea.

Di. Ò Xanthia, uobis autem eſt rectus producendus
Priapus à tergo caniſtrum ferentis:
Ego autem ſequens cantabo Priapeum.
Tu autem ô mulier uide me à tecto, procede
Dionyſi, amice Bacchij

Compo-

Compotator, nocte circumerrans-
Que mœche, puerorum amator,
Sexto te anno ſalutaui in
Hunc populum ueniens libens,
Inducias faciens mi-
Hi ipſi, rerumq́; & pugnarum
Et bellorum liberatus.
Multis enim eſſe ſuauius, ô Dionyſi Dionyſi,
Furantem inuenientem formoſam per ſyluam euntem
Illam Strimodori Trattam ex Phelleo,
Mediam capientem eleuantem depo
Nentem ſubagitare te ô
Dionyſi Dionyſi.
Si nobis compotabis ex crapula,
Mane pacis ſorbebis catinum:
Hoc autem ſcutum in coquina pendebit.

Cho. Hic hic eſt hic.
Iace, iace, iace, iace,
Verbera, uerbera hunc ſceleſtum.
Non iacies? non iacies?

Di. Hercules, hoc quid eſt? ollam confringetis?

Cho. Te quidem igitur dilapidabimus ô ſceleſtum caput.

Di. Pro qua cauſa ô Acharneorum annoſiſſimi.

VERSIO MEMBRORVM SEX.

Hoc interrogas? im-
Pudens es & odioſus,
O proditor patriæ,
Qui noſtrûm ſolus
Paciſcens, poſtea po-
Tes ad me aſpicere.

Pro autem quibus pactus ſum non ſcitis, ſed audite.

VERSIO ALTERA MEMBRORVM OCTO.

Cho. Te audiam? peribis.
Ob te ruemus lapidibus.
Di. Nullo modo antequam audietis: ſed tolerate ô boni.
Cho. Non tolerabo.
Neq; dic iam tu uerbum.
Valde odi te, Cle-
One etiam magis: quem e-
Go incîdam equitibus aliquando
In particulas.
Te autem ego ſermones dicentem non audiam prolixos,
Qui pactus es Laconibus: ſed puniam.
Di. O' boni, hos quidem Laconas longe ſinite.
Has autem meas inducias audite, ſi bene pactus ſum.
Cho. Quomodo autem bene dicas? ſiquidem pactus es ſemel,
Quibus neq; altare, neq; fides, neq; iuſiurandum manet.
Di. Scio ego & Laconas, quibus ualde incumbimus,
Non omnium exiſtentes nobis cauſas rerum.
Cho. Non omnium ô praue? hæc iam audes dicere
Apertè iam nobis? poſtea ego tibi parcam?
Di. Non omnium, non omnium. ſed ego dicens hic
Multa oſtendam illos inq; & iniuria affectos.
Cho. Hoc uerbum graue iam, & quatiens cor:
Si tu audebis ſuper hoſtibus nobis dicere.
Di. Et ſi non dico iuſta, neq; multitudini uideor
Super ſcamno uolam caput habens dicere.
Cho. Dic mihi, quid parcimus lapidibus ô ciues,
Non excoriare uirum hunc in purpuram?

Qualis

Qualis rurſus niger quidam uobis torris ebulliuit.

Di. *Neq; audietis audietis uerum ô Acharneidæ?*

Cho. *Non audiemus certè.* DI. *Grauia igitur patiar.*

Cho. *Peream, ſi audiam.* DI. *Nullo modo ô Acharnici.*

Cho. *Quare moriens ſcias nunc.* DI. *Mordebo certè uos ego.*
Interficiam enim ueſtrûm amicorum amiciſsimos,
Quòd habeo ueſtrûm obſides, quos iugulabo capiens.

Cho. *Dic mihi, quid hoc minatur uerbum uiri populares*
Acharnicis ueſtrûm: nunquid habet alicuius puerulum
Præſentium intus claudens? uel in quo animatur?

Di. *Iacite ſi uultis: egó enim hunc corrumpam.*
Videbo autem ueſtrûm cito qui carbonum aliquid curat.

Cho. *Valde perimus. Larcus ciuis hic eſt meus.*
Sed ne feceris quod curas nullomodo ô nullomodo.

Di. *Valde interficiam, uocabitis, ego enim non audiam.*

Cho. *Perdes igitur hunc coætaneum hunc Philanthraceum.*

Di. *Neq; me dicentem nuper audiuiſtis.*

Cho. *Sed nunc dic, ſi tibi uidetur, huncq; Lace-*
Dæmonium ipſum quodcunq; modo tui eſt amicum,
Quòd hunc larculum non prodam unquàm.

Di. *Hos nunc mihi lapides humum primum eijcite.*

Cho. *Hi tibi humi, & tu depone rurſus enſem.*

Di. *Sed ut non in ueſtibus inſideant alicubi lapides.*

Cho. *Excuſſa eſt humum, non uides excuſſam?*
Sed ne mihi excuſationem: ſed depone iaculum,
Quòd hæc quaſſata ſimul uerſione fit.

Di. *Volebatis igitur omnes concutere uoce.*
Pauco mortuus ſum, carbones Parnaſsij,
Et hæc propter abſurditatem ciuium.
A timore autem cineris mihi denſam

Hic lar-

Hic larcus effudit ſicut ſepia.
Graue enim ſic acerbitatem generaſſe
Animum uirorum ad iacere & clamare,
Velleq́; audire nihil æquale æquali ferens.
Me uolente ſuper ſcamno dicere,
Super Lacedæmonijs omnia quæcunq; dicam,
Et diligo meam animam ego.

VERSIO MEMBRORVM OCTO.

Cho. Quid igitur non dicis ſcamnum
Efferens foras,
Quod quid unquam ô miſer
Magnum hoc habes.
Deſyderium enim ualde me
Quod homicidas habet.
Sed inquantum ipſe pœnam diuiſiſti,
Ponens huc ſcamnum incipe dicere.

CONSTITVTIO SECVNDVM CIRCVNCISIONEM.

Di. Ecce uidete, ſcamnum quidem hoc,
Ille autem uir hic tantillus.
Non eſt curæ: per Iouem non armabor.
Dicam autem ſuper Lacedæmonijs quæ mihi uidentur.
Et timui multum, hosq́; enim mores
Illos agreſtium ſcio, gaudentes uehementer
Siquis ipſos laudet, & ciuitatem,
Vir ſuperbus & iure & iniuria.
Et hic obliuiſcuntur uenditi.
Horumq́; rurſus ſenum noui animas, quòd
Nihil uident aliud niſi ſuffragio mordere.

Ipſeq́; meipſum à Cleone quæ paſſius ſum
Scio propter anno præterito Comœdiam.
Intrò trahens enim me in concilium
Criminabatur,& mendacia contra dicebat me.
Et clamabat,& lauabat,ut ferè ualde
Perirem turpiter tractatus.
Nunc igitur me primum antè dicere ſinite,
Præparare me ſolum miſerrimum.

INVERSIO MEMBRORVM OCTO.

Quid hæc uertis,fabricasq́;,& præbes moras.
Cape autem mei gratia
A' Hieronymo
Obſcuram denſam capillatam
Inferni galeam,
Poſtea aperi inuentiones Siſyphi,
Quòd excuſationem certamen hoc non ſuſcipiet.

Di. Hora eſt iam fortem animam capere.
Et mihi eundum eſt ad Euripidem.
Famule,famule. CE. Quis hic? DI. Intus eſt Euripides?
Ce. Non intus,intus eſt,ſi ſententiam habes.
Di. Quomodo intus,poſtea non intus? CE. Certè ô ſenex.
Mens quidem extra colligens iambica,
Non intus:ipſe autem intus pedem ſupra pedē habens,facit
Tragœdiam. DI. O' ter beate Euripides,
Quòd ſeruus ſic ſapienter reſpondit.
Euoca ipſum. CE. Sed impoßibile. DI. Sed tamen.
Non enim abibo,ſed percutiam ianuam.
Euripides,Euripidiole.
Audi ſiquidem iam unquam hominem aliquem.
Dicæopolis uocat te, chollides ego.

Sed nos

Eu. *Sed non ocium.*
Di. *Sed circundare.* EV. *Sed impoſsibile.* DI. *Sed tamen.*
Eu. *Sed circundabor, deſcendere autem non ocium.*
Di. *Euripides.* EV. *Quid clamaſti.* DI. *Surſum pedibus facis,*
Quũ liceret deorſum pedibus: non in caſſum claudos facis.
Sed quid cilicia ex tragœdia habes,
Veſtem miſerabilem? incaſſum claudos facis.
Sed precor coram genibus te Euripides,
Da mihi cilicium aliquod antiqui actus:
Oportet enim me dicere choro locutionem longam.
Hæc autem mortem ſi male dixero fert.
Eu. *Quæ cilicia? an in quibus* Oeneus *hic*
Infelix ſenex pugnabat?
Di. *Non Oenei erant, ſed miſerioris.*
Eu. *Illa cæci* Phœnicis? DI. *Non* Phœnicis, *non,*
Sed alter erat Phœnice *miſerior.*
Eu. *Quæ tandem uir cilicia petit peplorum?*
Sed nunquid Philoctetis *illa pauperis dicis?*
Di. *Non, ſed hoc multo multo pauperioris.*
Eu. *Sed nunquid illa ſordida uis cilicia*
Quæ Bellerophontes *habebat claudus hic?*
Di. *Non* Bellerophontes, *ſed & ille quidem erat*
Claudus, mendicans, loquax, malus dicere.
Eu. *Scio uirum* Myſium *Telephum.* DI. *Ita Thelephum.*
Huius da precor te mihi cilicia.
Eu. *O' famule, da ipſi* Telephi *cilicia,*
Iacent autem deſuper. Thyeſteorum *ciliciorum,*
Inter illa Inus. FA. *Ecce hæc cape.*
Di. *O' Iupiter ſurſum lucida & deorſum lucida ubiq;,*
Veſtiri me ſolum miſerrimum.

Euripides poſtquam iam donaſti mihi hæc,
Et illa mihi da illa aſſequentia ciliciorum,
Galerulum circa caput Myſium:
Oportet enim me apparere pauperem eſſe hodie,
Eſſe quidem quemadmodum ſum, apparere autem non.
Hos quidem ſpectatores ſcire me qui ſum ego:
Illos autem rurſus tripudiatores ſtolidos aſtare,
Vt ipſos uerbulis ſubſannem.

Eu. Dabo, prudenti enim ſubtilia excogitas mente.

Di. Sis felix. Telepho autem quæ ego ſapio.
Bene quale iam uerbulorum ſum plenus.
At indigeo & paupere baculo.

Eu. Hoc capiens abi lapideis liminibus.

Di. O` anime, uides enim quomodo expellimur domibus,
Multorum indigens utenſilium: nunc fias
Humilis, mendicans, obſecransq́; Euripidem.
Da mihi ſportulam combuſtam lucerna.

Eu. Quæ ô miſer huius habet plicationis indigentia?

Di. Indigentia quidem nulla: uolo attamen capere.

Eu. Doloroſus ſcias exiſtens, & recede domibus.

Di. Papæ`, ſis felix, quemadmodum mater quondam.

Eu. Abi nunc mihi. Di. Non, ſed mihi da unum ſolum
Poculum labrum fractum.

Eu. Fer capiens hæc, ſcias turbator exiſtens domibus.

Di. Nondum per Iouem ſcis, qualia ipſe operaris mala.
Sed ô dulciſſime Euripides hoc ſolum,
Da mihi ollulam ſpongia obturatam.

Eu. Homo auferes à me tragœdiam.
Abi hanc capiens. Di. Abeo.
Tamen quid faciam? opus eſt enim uno, quod non aſſequens
Perij.

Perij. audi ô dulciſsime Euripides,
Hoc capiens abeo, & non accedam amplius.
In ſportulam tenuia mihi folia da.
Eu. Perdes me: ecce tibi uacui mihi actus.
Di. Sed non amplius, ſed abeo: etenim ſum ualde
Turbator non apparens me tyrannos odiſſe.
Hei infelix, ualde perij. EV. Oblitus ſum
In quo ſunt omnes mihi res.
Di. Euripidiole dulciſsime, ô amiciſsimule,
Peſsimè peream, ſi quid petam amplius,
Præter unum ſolum, hoc ſolum, hoc ſolum,
Scandicem mihi à matre ſuſcipiens.
Eu. Vir iniuria afficit, claude ianuas domorum.
Di. O' anime ſine ſcandice eundum.
Nunquid ſcis quantum certamen certabis citò,
Volens ſuper Lacedæmonijs uiris dicere?
Procede nunc ô anime, linea autem hæc.
Stetiſti? non es deglutiens Euripidem?
Laudaui. age nunc ô miſerum cor
Abi illuc, & poſtea caput illic
Præbe, dictura quæ ipſi tibi uidentur.
Aude, age, procede, lætor corde.

VERSIO MEMBRORVM OCTO.

Cho. Quid facies? quid dices?
Scias nunc impudens
Exiſtens ferreusq; uir,
Qui præbens ciuitati ceruicem,
Omnibus uis unus dicere contraria.
Semi- Vir non tremit rem.
cho, Sine nunc, quoniam

 Ipſe

Ipſe eligit dicere,

Di. Ne mihi inuideatis uiri ſpectantes,
Si pauper exiſtens, poſtea in Athenienſibus dicere
Volo de ciuitate, tragœdiam faciens:
Illud enim iuſtum nouit & tragœdia.
Ego autem dicam grauia quidem, iuſta autem.
Non enim me & nunc criminabitur Cleon, quòd
Hoſpitibus præſentibus ciuitatem maledico.
Ipſi enim ſumus, non in lenæoq; certamen.
Et nondum hoſpites adſunt: neq; enim tributa
Veniunt, neq; ex ciuitatibus auxiliarij.
Sed ſumus ipſi nunc purgati.
Hos enim inquilinos paleas ciuium dico.
Ego autem odi quidem Lacedæmonios uehementer.
Et ipſe Neptunus ille in Tænaro Deus,
Quatiens omnibus percutiat domos.
Et mihi enim ſunt uineæ inciſæ.
At dilecti enim præſentes in ſermone,
Quid hæc Laconas accuſamus?
Noſtrûm enim uiri non ciuitatem dico.
Mementote hoc, quòd non ciuitatem dico,
Sed uirunculi flagitioſi, ſciſſi,
Inhonorati & ſignati, inopinabiles
Calumniabantur Magarenſium tuniculas.
Et ſicubi cucumerem uidiſſent, uel lepuſculum,
Vel porcellum, uel allium, uel oſtrea maris,
(Hæc erant Megarica) & reuendebant ipſo die.
Et hæc quidem iam pauca & patria.
Meretricem autem Simetham euntes ad Megaram,
Adoleſcentes furantur ebrietate tumultuantes.

Et po-

Et poſtea Megarenſes doloribus inflati,
Refurati fuerunt Aſpaſiæ meretrices duas.
Et hinc principium belli defractum eſt
Græcis omnibus ex tribus meretricibus.
Hic ira Pericles ille cœleſtis
Fulgurabat, tonabat, conturbabat Græciam:
Ponebat leges ualde maligne ſcriptas,
Quòd oportebat Mégarenſes, neq; in terra, neq; in foro,
Neq; in mari, neq; in continenti manere.
Hinc Megarenſes quando iam fameſcebant paulatim,
Lacedæmonios precabantur, ſententia ut
Reuerſa eſſet illa circa meretrices.
Et non uolebamus nos precantibus ſæpe.
Et hinc iam ſonus erat ſcutorum.
Dicet aliquis, non oportebat: ſed quid oportebat dicite.
Age, ſi Lacedæmoniorum aliquis nauigans nauicula,
Redderet apparens caniculum Seriphiorum:
Sederetis in domibus? an multo opus eſſet:
Et ualde quidem ſtatim traheretis
Trecentas naues. eſſet autem ciuitas plena
Tumultu, militibus, circum triremum ducem uoce,
Mercedis dantibus, palladijs aureis,
Porticu ſuſpirante, frumentis menſuratis,
Vtribus, ligaminibus, cadis emptis,
Allijs, oliuis, cepis in retibus,
Coronis, trichidibus, tibicinis, calloſis.
Nauicula autem rurſus remis dilatatis,
Clauis ſtridentibus, nautis ligantibus,
Tibijs, iuſſoribus, niglaris cantibus,
Hæc ſcio quòd faceretis. hunc autem Telephum

Non putamus:mens utiq; nobis non ineſt.

Semi. Verum ô conterende & ſceleſtiſsime,
Hæc tu audes pauper exiſtens nobis dicere?

Semi. Et calumniator ſiquis eſſet, improperares.
Per Neptunum & dicit, quæ dicit,
Iuſta omnia, & nihil ipſorum mentitur.

Alius Poſtea ſi iuſta, hunc dicere ipſa oportebat?

ſemi. Sed neq; gaudens hæc audebit dicere.

Semi. Hic tu quò curris? non manebis? quòd ſi uerberabis
Virum hunc, ipſe tollet citò.

Semi. Heu Lamache, heu uidens fulgurationes,
Adiuua ô terribiliter criſtate lucens.
Heu Lamache, ô amice, ô ſeruator,
Siq; eſt aliquis aciei imperator, uel miles,
Vel muri pugnator, uir adiutor
Aliquis feſtinans: ego enim teneor medius.

La. Vnde uocem audiui bellicoſam?
Vbi oportet adiuuare? quò oportet tumultum inijcere?
Quis Gorgona excitauit ex cumulo?

Di. O` Lamache heros conorum & agminum.

Cho. O` Lamache, non enim hic homo diu
Omnem noſtrûm ciuitatem iniuria afficit?

La. Hic tu audes pauper exiſtens dicere hæc?

Di. O` Lamache heros: ſed ueniam da,
Si pauper exiſtens dixi aliquid, & ineptè locutus ſum.

La. Quid autem dixiſti? nobis non dices? DI. Non ſcio dum,
A` timore enim exiſtens armorum non uideo.
Sed precor te aufer mei terrorem.

La. Ecce. DI. Appone nunc ſupinum ipſum mihi.

La. Iacet. DI. Fer nunc à galea mihi pennam.

Hanc

La. *Hanc pennam tibi.* DI. *Caput nunc mei cape,*
Vt euomam:odi enim conos.
La. *Hic quid facies,penna uis uomere?*
Di. *Penna enim eſt dic mihi cuius quondam?*
La. *Auis eſt.* DI. *An reſonanter elati?* κομπολακύθου
La. *Puto quòd morieris.* DI. *Nequaquàm ô Lamache:*
Non ſecundum fortitudinem eſt.ſi autem fortis es,
Quid me non caſtraſti? bene armatus enim es.
La. *Hæc dicis tu militi pauper exiſtens?*
Di. *Ego enim ſum pauper?* La. *Sed quis enim es?*
Di. *Quis?ciuis bonus, non feſtinus præfectus.*
Sed ex quo bellum,miles.
Tu autem ex quo bellum,mercede imperator.
La. *Elegerunt enim me.* DI. *Cuculiq; tres.*
Hæc igitur ego abominans pactus ſum:
Videns canos quidem uiros in ordinibus,
Adoleſcentes autem quales tu fugientes.
Hos quidẽ in Thracia ſtipendio merentes tribus drachmis,
Tiſamenophænippus,Panurgipparchidas.
Alios autem apud Charetem,illos autem in Chaonibus,
Geretothedoros,Diomialazones.
Alios autem in Camarina,& Angela, & in Catagela.
La. *Elegerunt enim.* DI. *Cauſa autem quæ?*
Vos quidem iam ſtipendio merere ubiq;,
Horum autem nullum.uerè ô Marilada
Iam legationem egiſti tu canus exiſtens unum,an
Abnuit? tamen eſt Sophron & Argates.
Quid autem Dracyllus & Euphorides,uel Primides,
Vidit aliquis ueſtrûm Ecbatana uel Chaones?
Non dicunt,ſed Cæſyras & Lamachus,

Si aūt aliqs uobis ſubaſſentans, formoſas uocaſſet Athenas,
Inueniebat omne propter formoſas apuarum timorem applicans.
Hæc facies multorum bonorum cauſa factus eſt.
Et populos in ciuitatibus oſtendens quomodo gubernant.
Ergo nunc ex ciuitatibus tributum uobis adducentes,
Venient uidere cupientes poëtam optimum,
Qui ferè periclitatus eſt Athenienſibus dicere iuſta.
Sic autem ipſius de audacia iam longe gloria uenit.
Quando & rex Lacedæmoniorū legationē percunctans,
Interrogauit primum quidem ipſos, utri nauibus uincunt.
Poſtea autem poëta utris dixiſſet mala multa:
Hos enim dixit homines multo meliores factos eſſe.
Et bello multum uincere hunc conſultorem habentes.
Propter hoc uobis Lacedæmonij pacem prouocant,
Et Aeginam repetunt, & inſulam quidem illam
Non curant: ſed ut hunc poëtam auferant.
Sed uos nūquam dimittitote, quòd in comœdia dicet iuſta.
Dicit autem uos multa docturus eſſe bona uſq; ad fortunatos eſſe,
Non aſſentans, neq; ſubextendēs mercedes, neq; decipiēs,
Neq; malefaciens, neq; irrigans, ſed optima docens.
Ad hæc Cleon, & aſtute agat,
Et omne in me fabricet.
Hoc enim bene mecum & iuſtum,
Auxiliarium erit: & numquam capiam
Circa ciuitatem exiſtens, ſicut ille
Timidus & cinædus.

INVERSIO MEMBRORVM OCTO.

Cho. Huc muſa ueni combuſtiuum ignis ha-

Bens ro-

Bens, robur, intenta Acharnica,
Solum ex carbonibus iliceis
Scintilla reſilijt ir-
Ritata ſecundo flabello,
Quando in carbonibus res ſunt appoſitæ,
Hi autem Thaſiam circumdant reticulatam,
Hi autem pinſunt. hoc
Modo placidum ueni cantum,
Tenſum uehementem,
Ad me capiens ciuem.

ADVERBIVM VERSVVM SEXDECIM.

Cho. *Senes antiqui conquerimur ciuitate.*
Non enim digne illis quibus nauali bello pugnauimus,
In ſenectute cibamur à uobis, ſed grauia patimur.
Qui ſenes uiros inijcientes in ſcripturas,
À iuuenibus ſinitis derideri aduocatis,
Nihil exiſtentes, ſed ſurdos & fractis tibijs,
Quibus Neptunus tutus eſt baculus.
Trementes labijs autem ſenectute lapidi aſtitimus,
Non uidentes nihil niſi iuſtitiæ umbram.
Hic autem adoleſcens ſibijpſi feſtinans colloqui,
In citò uerberat, coniungens elatis uerbis.
Et poſtea retrahens interrogat, grauia ſtatuens uerborum
Virum Tithonum, lacerans & turbans & miſcens.
Hic aut à ſenectute contrahit labia, & poſtea debens abit.
Poſtea ſingultit, & lachrymat, & dicit ad amicos:
Non me oportebat tumulum emere; hoc debens abeo.

RECAN-

RECANTATIO ET REVERSIO MEMBRORVM VNDECIM.

Cho. *Hæc quomodo decentia ſenem perde-*
Re, canum uirum circa clepſydram,
Multa iam collaborantem, &
Calidum abſtergentem,
Virilem ſudorem iam & multum,
Virum bonum exiſtentem Marathoni circa ciuitatem.
Poſtea Marathoni quidem quando eramus, expellebamus.
Nunc autem à uiris pra-
Vis uehementer expellimur,
Et poſtea offendimur.
Ad hæc quis contradicet Marpſias?

CONTRA ADVERBIVM VERSVVM SEXDECIM.

Cho. *Huic enim conueniens uirum curuum tantum Thucydidem*
Perdere, complicitum Scythorum ſolitudini,
Huic illi Cephiſodemo illi loquaci aduocato.
Quare ego quidem miſertus ſum, & abſterſi uidens
Virum ſenem à uiro ſagittario turbatum.
Qui per Cererem ille quando erat Thucydides,
Neq; ipſam Acheam facilè toleraſſet.
Sed contraluctatus fuiſſet primum Euathlos decem.
Declamaſſet autem uociferans ſagittarios ter mille.
Sagittaſſet autem ipſius patris conſanguineos.
Sed quoniam ſenes non ſinitis ſomnum aſſequi,
Decernite ſeparatim eſſe ſcripturas, ut ſit
Seni quidem ſenex & edentulus aduocatus,
Iuuenibus autem cinædus & loquax & ille Clinij.

Et expellere

Et expellere oportet in reliquū: et ſi fugerit aliquis, punire
Senem ſeni, iuuenem autem iuueni.

Di. Termini quidem fori ſunt hi mei.
Hic emere Peloponneſijs
Licet, & Megareis, & Bœotijs?
Adq; uendere ad me, Lamacho autem non.
Aediles autem fori conſtituo
Tres ſorte electos. illa autem lora ex leproſis.
Huc neq; calumniatos ingredi faciat,
Neq; alius qui phaſianus eſt uir.
Ego autem columnam in qua pactus ſum,
Accedo, ut ſtatuam manifeſtam in foro.

Meg. Forum in Athenis ſalue Megareis amica,
Cupiebam per amicum tanquam matrem.
Sed ô laborioſæ filiæ miſeri patris
Aſcendite ad maſſam, ſi inueneritis alicubi.
Auditis iam? Adhibite nobis uentrem.
Vtrum uendi uultis? an eſurire male?

Fil. Vendi, uendi.

Meg. Ego & ipſe dico. quis autem ſic amens,
Qui uos emat manifeſtum damnum?
Sed eſt enim mihi Megarica quædam inuentio.
Porcos enim uos præparans dicam portare.
Circumponite has ungulas porcellorum,
Vt autem uideamini eſſe ex bona porca,
Quòd per Mercurium ſiquidem ibitis domum,
Quamprimum experiemini famem malè.
Sed circumponite & hos ronchos,
Et poſtea in ſaccum ſic intrate.
Vt autem grunniatis & clamitetis,

Et can-

Et cantate uocem porcellorum ſacrificabilium.
Ego autem uocabo Dicæopolin, ubi
Dicæopolis ſit. uis emere porcellos?

Di. Quid uir Megaricus? ME. Negociaturi uenimus.
Di. Quomodo habetis? ME. Eſurimus ſemper ad ignem.
Di. Sed ſuauis per Iouem ſi tibia adſit.
Quid aliud facitis Megarenſes nunc. ME. Qualia iam,
Sed enim quandoquidem illinc diſcedebamus,
Viri primarij hoc faciebant ciuitati,
Vt citiſſimè & peſſimè periremus.
Di. Statim igitur expediemini negocijs. ME. Quid quidem?
Quid autem aliud. DI. Megare, quomodo frumentum
uenale?
Me. Apud me ualde precioſum tanquam Dei.
Di. Sales igitur portas? ME. Non uos in ipſos dominamini?
Di. Neq; allia? ME. Quæ allia uos, quorum ſemper
Quando inuaditis tanquam terreſtres muri,
Palulo capita effoditis?
Di. Quid igitur fers? ME. Porcas ego ſacrificabiles.
Di. Bene dicis, oſtende. ME. Sed quidem pulchræ.
Eleua ſi uis: quomodo pingues & bonæ.
Di. Hæc quæ eſt res? ME Porca per Iouem.
Di. Quid dicis tu? cuias autem eſt porca? ME. Megarica.
An non porca eſt hæc? DI. Non mihi uidetur.
Me. Non grauis? uidetis huius incredulitates?
Non dicunt hunc porcum eſſe? ſed quidem
Si uis circumſpice nunc mihi circa cepa miſtos ſales,
Si non eſt hic porcus Græcorum lege.
Di. Sed eſt hominis. ME. Per Diocleum.
Me tu autem ipſum eſſe alicuius putas.

An uis

An uis audire uóces? DI. Per Deos
Ego. ME. Clama iam tu citò porcella.
Non utimini taciturnitate ô peſsimè perdite.
Iterum te auferam ita per Mercurium domum.
Fil. Coi,coi.
Me. Hæc eſt porca. DI. Nunc porcus appàret.
At nutritus uirago erit quinq; annorum.
Me. Manifeſtè ſcias ad matrem ſimilabitur.
Di. Sed neq; ſacrificabilis eſt hæc. ME. Quid quidem?
Quomodo autem? non ſacrificabilis eſt? DI. Caudam
non habet.
Me. Iuuenis enim eſt,ſed adulta
Habebit magnamq́; & pinguem & rubram.
Sed ſi nutrire uis,hic tibi locus bonus.
Di. Valde affinis cunnus ipſius alteri.
Me. Eiuſdem matris enim eſt,& ex eodem patre.
Si autem pinguefacta fuerit,& denſata fuerit in pilo,
Optimus erit porcus Veneri ſacrificans.
Di. Sed non porcus Veneri ſacrificatur.
Me. Non porcus? Veneri ſoli dearum.
Et fit harum porcarum caro
Suauiſsima in ueru infixa.
Di. Iam autem ſine matre comedent?
Me. Per Neptunum & ſine patre.
Di. Quid comedit maximè. ME. Omnia quæ & das.
Ipſe autem interroga. DI. Porce,porce. FIL. Coi,coi.
Di. Comedis cicera? FIL. Coi,coi.
Di. Quid autem phibaleas ficus? FIL. Coi,coi.
Di. Quid autem ficus comedis ipſe? FIL. Coi,coi.
Di. Valde acutè ad ficus clamaſtis.

Efferat

Efferat aliquis ab intus ficuum
Porcellis, an comedent? papæ.
Quale clamitant ô multum honorate Hercules.
Cuiates porcelli? quàm edaces ſunt?
Sed non omnes deuorarunt ficus:
Me. Ego enim ipſarum unam accepi.
Di. Per Iouem urbanæ hæ beſtiæ.
Quanti emo tibi iſtos porcellos dic?
Me. Hunc quidem alterum horum alliorum uolutione:
Hunc autem alterum, ſi uis, ſemodio ſolo ſalium.
Di. Emam tibi; circa quidem ipſum? ME. Hæc, iam
Mercuri negociator mulierem meam
Sic me uendere, hancq́; mei ipſius matrem.
Cal. Homo cuias? ME. Porcorum uenditor Megaricus.
Cal. Iſtos porcellos certè ego oſtendam hos
Hoſtiles & te. ME. Hoc illud uenit rurſus
Vnde principium malorum nobis ortum eſt.
Cal. Flens me garizabis, non dimittes ſaccum?
Me. Dicæopoli, Dicæopoli, calumniatus ſum.
Di. A quo? quis oſtendens te eſt? ME. Hi ædiles.
Di. Calumniatores non fores cohibebitis?
Quid diſcens oſtendis ſine papyro?
Cal. Non enim oſtendam hoſtiles? DI. Flens tu,
Niſi aliunde calumniaberis iens.
Me. Quale malum in Athenis hoc ineſt?
Di. Confide Megarice. ſed quo porcellos uendidiſti
Precio, cape hæc allia, & hos ſales,
Et gaude multum. ME. Sed quidem non patrium.
Di. Cura aliena nunc in caput uertatur mihi.
O porcelli experimini & ſine patre

Verberare in ſale maſſam ſi quis det.

VERSIO MEMBRORVM VIGINTIQVATVOR.

Cho. Fortunatus eſt homo, non audiuiſti quo procedit
Res conſilij? capiet fructum enim uir
In foro ſedens.
Et ſi intrabit aliquis Cteſias,
Vel calumniator alius, lu-
Gens ſedebit.
Neq; alius hominum decipiens te lædet,
Neq; abſterget Prepis latum podicem tibi,
Neq; expelleris Cleonymo,
Veſtemq; habens lucidam tranſibis.
Et non obuians Hyperbolus
Accuſationibus implebit.
Neq; incidens in foro accedet tibi iens
Cratinus, ſemper tonſus cæſariem una machæra.
Neq; permalus Artemon,
Velox ualde muſicam,
Olens malum ſub alis
Patris Tragaſæi,
Neq; iterum rurſus te cauillabitur ceſſans perditus,
Lyſiſtratusq; in foro Cholargeorum uituperium
Tinctus malis,
Frigensq; & fameſcens ſemper,
Plusquam triginta dies
Menſis uniuſcuiusq;
Bœo. Sciat Hercules, bullam malè,
Depone tu origanum quietè Iſmenia.
Vos autem quicunq; è Thebe ſonatores adeſtis,

Oſſeis

Oſſeis inflate podicem canis.

Di. Ceſſa ad coruos ueſpæ non à ianuis?
Vnde aduolauerunt malè perditæ
In Ianuam mihi Chæridci ſonantes.

Bœ. Per Iolaum gratioſe ô hoſpes.
Thebe enim ſpirantes à tergo mei,
Etq; flores glachonis abiecerunt in terram.
Sed ſiquid uis eme quæ ego fero,
Gallos uel locuſtas.

Di. O` gaude paniuorator Bœotiole.
Quid fers? BOE. Quæcunq; ſint bona Bœotis ſimpliciter:
Origanum glachonem, pſiathos, thryallidas,
Anates, picas, attagas, phalaridas,
Trochilos, colymbos. DI. Tanquam hyems igitur
Auicularis in forum ueniſti?

Bœ. Et quidem fero anſeres, lepores, uulpes,
Mures, echinos, æeluros, pictidas,
Iktidas aquatiles, anguillas Copiadas.

Di. O` iocundiſſimum tu piſcem hominibus ferens,
Da mihi ſalutaré, ſi fers anguillas.

Bœ. Domina quinquaginta Copiadarum puellarum,
Exi huic & gratioſe hoſpiti.

Di. O` dilectiſſima tu, & diu deſyderata,
Veniſti deſyderabilis quidem perſonatis choris:
Dilecta autem Morycho. ſerui efferte
Craticulam mihi huc & follem.
Videte famuli optimam anguillam
Venientem ſexto uix anno deſyderatam.
Salutate ipſam ô Tene. carbones autem ego
Vobis præbebo huius hoſpitæ gratia.

Sed infer ipſam. neq; mortuus aliquando
Te ſine eſſem aſſata.

Bœ. Mihi autem precium huius ubi fiet?

Di. Fori tributum hanc dabis mihi.
Sed ſi quid uendis horum aliorum dic?

Bœ. Ego hæc omnia. DI. Eia quanti dicis?
An onera alia hinc illuc duces iens?

Bœ. Quodcunq; eſt Athenis, in Bœotis autem non.

Di. Aphyas igitur duces emens phalericas?
An lagenam? BOE. Aphyas uel lagenam? ſed ſunt illic.
Sed qnodcunq; apud nos, non illic rurſus multum.

Di. Ego ſcio: igitur tu calumniatorem educ,
Tanquam lagenam illigans. BOE. Per Sio.
Capiam quidem lucrum ducens, & multum
Tanquam ſimiam peccato multo plenum.

Di. Et quidem hic Nicarchus uenit oſtenſurus.

Bœ Paruus longitudine hic. DI. Sed totum malum.

Ni. Hæc cuius onera ſunt? BOE. Huic mea.
Ex Thebe ſciat Iupiter. NI. Ego igitur hic
Oſtendo hoſtilia hæc. BOE. Quid autem malum paſſus,
Auibus bellum eleuaſti & pugnam?

Ni. Et te oſtendam ad hæc. BOE. Qua iniuria affectus?

Ni. Ego dicam tibi circumſtantium gratia:
Ex hoſtibus inducis papyros.

Di. Poſtea oſtendis igitur per papyros?

Ni. Hæc enim incendet nauale.

Di. Nauale papyrus? NI. Puto. DI. Quomodo?

Ni. Imponens in tiphen uir Bœotius,
Accendens immittet in nauale,
Per canalem Boream obſeruans magnum.

Et ſi

Et ſi ceperit naues ignis ſemel,
Reſplendebunt naues. DI. *O' peßime perdite,*
Reſplendebunt à Tipheq́; & papyro?
Ni. *Teſtor.* DI. *Comprehendo ipſius os.*
Da mihi funem, ut ipſum illigans feram
Tanquam lagenam: ut non defringat portans.
Cho. *Illiga ô optime hoſpiti bene*
Mercaturam ſic, ut non ferens defregerit.
Di. *Mihi curæ ſunt hæc: quoniam & ſtrepit,*
Loquax quid & igne fractum, & aliter Deis inimicum.
Cho. *Quid indigebit unquam ipſo?*
Di. *Vndiq; bonum uas erit,*
Crater malorum, aſſeuerator accuſationum,
Oſtendere reos, candelabrum, & poculum,
Res turbari.
Cho. *Quomodo perſuadebitur aliquis ua-*
Sè tali utens in domo,
Tantum autem ſemper ſtrepens quid.
Di. *Forte eſt ô bone, ut*
Non frangatur unquam, ſi
Quidem ex pedibus
Deorſum capite ſuſpenſum ſit.
Cho. *Iam bene habet tibi.*
Bœ. *Volo deponere.*
Cho. *Sed ô hoſpitum optime ſimul*
Depone, & hoc capiens
Propone ubi uis ferens
Ad omnia calumniatorem.
Di. *Vix illigaui malè hunc perditum.*
Eleua capiens lagenam ô Bœotie.

Bœ. Subinclina bullam ô Iſmeniche,
Et ut deferas ipſum bene cauens.
Omnino quidem portabis nihil uerum: ſed tamen
Saltem hoc lucraberis ducens onus,
Fortunatus eris calumniatorum gratia.
Num. Dicæopoli. DI. Quis eſt? quid me clamas? NVN. Quòd
Iuſsit Lamachus te hac drachma
In ſacrificia ipſum participare turdellis.
Tribus drachmis autem iubebat Copaidam anguillam.
Di. Qualis hic Lamachus anguillam?
Nũ. Grauis, fortis, qui Gorgona
Quatit, uiberans tres umbroſas criſtas.
Di. Non per Iouem, ſi daret mihi ſcutum,
Sed in ſalſamenta criſtas uibret.
Si autem acclamabit, ædiles uocabo,
Ego autem mihi ipſi hoc capiens onus,
Ineo ſub alis turdorum & copſichorum.

VERSIO VERSVVM DECEM
ET SEPTEM.

Cho. Vidiſti, ω, uidiſti ω.
Omnis ciuitas prudentem uirum, perſapientem,
Pactum facientem, mercatorias res negociari:
Quarum hæc quidem in domo
Vtiles, illas rurſus decet tepidas deuorare.
Spontanea omnia bona huic præbuntur.
Nunquam ego bellum domi ſuſcipiam,
Neq; apud me unquam harmodium cantabit
Inclinatus, quòd uinolentus uir applicuit:
Qui in omnia bona facientes inuadens,
Operatus eſt omnia mala, & euertebat, & effundebat,

Et pu-

Et pugnabat: & præterea multum aduocante,
Bibe, decumbe, accipe hanc potationem,
Palos accendebat, multo magis in igne,
Effundebatq; noſtrum ui uinum ex uitibus.
Sic in cœnam ſimul & ualde ſapit.
Huius uitæ autem eiecit ſignum pennas ante portas.

COMPOSITIO SECVNDVM CIRCVNCISIONEM.

Di. *O' Veneri puchræ & Gratijs dilectis*
Socia pax,
Quàm pulchrum habens uultum utiq; latuiſti?
Quomodo me & te aliquis amor conducet capiens?
Tanquam pictus habens coronam floridam.
An ualde ſeniculus forte putaſti me tu?
Sed te capiens ter puto adhuc apponere.
Primum quidem uinulæ ſulcum ducere longum,
Poſtea apud hunc nouellos uitulos ficularum,
Et tertio uitis ſulcum ſenex hic,
Et circum locum omnem oliuas in circulo,
Adiungite ab ipſis & me Neomenijs.
Præ. *Audite populi, ſecundum patrios ſacrificia*
Bibere à tuba. qui autem ebiberit
Primus, utrem Ctheſiphonis capiet.
Di. *O' pueri, ô mulieres, non adiuiſtis?*
Quid facitis? Præconem non auditis?
Ebullite, aſſate, uertite, auferte
Lepores, citò coronas annectite.
Fer uerud, ut transfigam turdellas.

VERSIO MEMBRORVM DECEM.

Cho. *Laudo bonum conſilium,*

Magis autem conuiuium,
Homo præſens.

Di. Quid ita? poſtquam turdellas
Aſſatas uidiſtis?

Cho. Puto te & hoc bene dicere.

Di. Ignem ſuffodi.

Cho. Audiuiſti quàm coquinariè,
Superbeq; & cœnatoriè
Ipſi miniſtratur?

Agr. Hei mihi miſero. DI. O' Hercules quis hic?

Agr. Vir infelix. DI. In te ipſum nunc uerte.

Agr. O' dilectiſsime: induciæ enim ſunt tibi ſoli.
Menſura pacis aliquid mihi ſaltem quinq; annos.

Di. Quid paſſus es? AGR. A' Phyla acceperunt Bœotij.

Di. O' ter infelix: poſtea albam indutus es?

Agr. Et hæc quidem per Iouem, quòd me nutriebant
In omnibus cibis. DI. Poſtea nunc quo indiges?

Agr. Perdidi oculos lachrymans boues.
Sed ſi quid curas Derceti Phylaſij,
Subunge pace mihi oculos citò.

Di. Sed ô Agricola non publicans ſum.

Agr. Age, precor te, ſi quomodo portabo boues.

Di. Non eſt, ſed luge ad illos Pittali.

Agr. Tu autem ſed mihi ſtillam pacis unam
In calamulum inſtilla hunc.

Di. Neq; gutta: ſed abiens luge alicubi.

Agr. Hei mihi infelix aratiuis bobus.

VERSIO MEMBRORVM DECEM.

Cho. Vir inuenit aliquid
Sacrificijs dulce, & non ui-

Detur

Detur nulli tradere.

Di. Infunde tu inteſtino mel,
Sepias coque,
Cho. Audiſti comminationem?
Di. Aſſate anguillas.
Cho. Interficies fame me, &
Vicinos, nidoreq́; &
Voce talia dicens.
Di. Aſſate hæc, & bene flaua facite.
Par. Dicæopoli. DI. Quis hic? quis hic?
Par. Miſit quidam tibi nymphius has carnes
Ex nuptijs. DI. Bene faciens quicunq; fuit.
Par. Iubebat autem infundere te carnium gratia
(Vt non militet, ſed coëat manens)
In alabaſtrum cyathum pacis unum.
Di. Aufer aufer carnes, & non mihi da:
Quoniam non funderem mille drachmis.
Sed ipſa quæ eſt? PAR. Pronuba.
Indiget à nympha aliquid tibi dicere ſoli.
Di. Age, iam quid tu dicis? ualde ridicula ô Dei
Deprecatio nymphæ, que rogat me uehementer,
Vt gubernet pudenda nymphij.
Fer huc inducias, ut ipſi dem ſol:
Quoniam mulier eſt, belliq́; non digna.
Subtene ſic hic exaliptrum ô mulier.
Scis quomodo fit hoc? nymphæ dicito,
Quando milites denumerant, hoc
Nocte ungat pudenda nymphij.
Aufer inducias: fer uinarium,
Vt uinum infundam capiens in ſacrificia.

Cho. Et quidem hic aliquis ſupercilia auellens,
Tanquam graue nuncians feſtinat.
Nu. Heu laboresq; & pugnæ & Lamachi.
La. Quis circum ære ornatas domos pulſat?
Nu. Ire te iuſſerunt milites hodie
Citò capientem inſidias & conos.
Et poſtea obſeruare impetuoſum, incurſiones.
Sub ſacrificia enim & ollas ipſis quidam
Nunciauit latrones inuadere Bœotios.
La. Heu milites plures quàm meliores.
Di. Non grauia non licere me neq; epulari?
Heu exercitus bellicoſus lamachaicus.
La. Heu miſer, derides iam tu me?
Di. Vis pugnare Geryoni quatuor papyrus habenti?
La. Heu heu qualem præco nunciationem nunciauit mihi.
Di. Heu heu, quæ autem rurſus mihi accurrit aliquis nuncians.
Nu. Dicæopoli. DI. Quid eſt? NV. Ad cœnam citò
Vade, ciſtam capiens & phialam:
Dionyſij enim te ſacerdos accerſat.
Sed accelera, cœnare detinens diu.
Hæc autem alia omnia ſunt præparata,
Lecticæ, menſæ, puluinaria, lecti,
Coronæ, ungentum, bellaria, meretrices adſunt,
Amyli, placentæ, ſeſamuntes, itria,
Saltatrices, dilectiſſima harmodij, pulchræ,
Sed quàm citiſſime feſtina. LA. Infelix ego.
Di. Etenim tu magnam depingebas Gorgona.
Claude, & cœnam aliquis præparet.
La. Puer puer fer extra huc ſportam mihi.
Di. Puer puer fer extra huc ciſtas mihi.

Sales ce-

Sales cepitos porta puer & cepas.

La. *Mihi autem particulas: cepas enim faſtidio.*
Folium ſalſamenti porta antiqui huc mihi.

Di. *Et mihi autem iam tu puer folium, aſſabo autem illic.*

La. *Effer huc pennam illam ex galea.*

Di. *Mihi autem faſſas fer & turdellas.*

La. *Pulchram & albam illam paſſeris pennam.*

Di. *Bona & flaua faſſæ caro.*

La. *O' homo, deſine deridens mei arma.*

Di. *O' homo, uis non aſpicere in turdellas?*

La. *Vas effer trium conorum.*

Di. *Et mihi catinum leporinarum carnium.*

La. *Sed uermes conos mei deuorarunt.*

Di. *Sed ante cœnam inteſtinum comedimus.*

La. *O' homo, uis non alloqui me?*

Di. *Non, ſed ego & puer contendimus diu.*
Vis paciſci & committere Lamacho,
Vtrum locuſtæ dulcius ſunt quàm turdellæ?

La. *Hei mihi quomodo iniurius es.* DI. *Locuſtas iudicat multo.*

La. *Puer puer, deprehendens mihi lanceam huc extra fer.*

Di. *Puer puer, tu autem auferens huc inteſtinum fer.*

La. *Fer lanceæ abſtrahemus lanceam.*
Tene contra tene puer. DI. *Et tu puer hoc contra tene.*

La. *Cillibanthes porta puer ſcuti.*

Di. *Et mei cribanitas effer.*

La. *Fer huc Gorgonotum ſcuti circulum.*

Di. *Et mihi placentæ tyronotum da circulum.*

La. *Hæc non ridiculum ſunt hominibus latum?*

Di. *Hæc non placenta utiq; eſt hominibus dulcis?*

La. *Defunde tu puer oleum in æreo.*

Inſpicio ſenem timiditatem fugientem.

Di. Defunde tu mel,& hic manifeſtus ſenex.
Flere iubeo Lamachum illum Gorgaſi.

La. Fer huc puer thoracem bellicoſum.

Di. Eleua puer Thoracem & mihi libamen.

La. In hoc in hoſtes armabor.

Di. In hoc in compotatores armabor.

La. Lectos ô puer liga ex ſcuto.
Ego autem mihi ipſi ſportam portabo capiens.

Di. Cœnam ô puer liga ex ciſta.
Ego autem pallium capiens exeo.

La. Scutum eleua,& uade ô puer capiens.
Ningit,papæ,hyemales res.

Di. Eleua cœnam,compotatoriæ res.

PRAECANTVS MEMBRORVM SEPTEM.

Cho. Ite iam gaudentes in militiam,
Vt in æqualem itis uiam.
Huic quidem bibere coronato,
Tibi autem frigenti præſeruare.
Huic autem dormire cum meretricula
Pulcherrima,
Conterentiq; pudenda.

VERSIO MEMBRORVM DVODECIM.

Antimachum illum Pſacadis
Conſcriptorem cantuum poëtam,
Vtinam quidem ſimplici ſermone male
Perdat Iupiter.
Qui me miſerum
Bacchanalia præbens abſoluit in cœnatum.

Quem

Quem adhuc inſpiciam ſepiæ
Indigentem. hæc autem aſſata
Feruens marina in memſa iacens
Eat,& poſtea uo-
Lente capere ipſo canis
Rapiens fugiat.

INVERSIO MENBRORVM DVODECIM.

Hoc quidem ipſi malum unum,
Et poſtea alterum nocturnum fiat.
Febricitans enim domum ex
Equitatu iens,
Poſtea defringat aliquis ipſi-
Vt inebriatus caput Oreſtes
Furens.hic autem lapidem iacere
Volens,in tenebra capiat
Manu glebam nuper cacatum,
Irruat autem habens
Marmor,& poſtea er-
Rans percutiat Cratinum.

CONSTITVTIO SECVNDVM CIRCVNCISIONEM.

Nun. *O' famuli qui in domo eſtis Lamachi,*
Aquam aquam in ollula calefacite.
Lintea,emplaſtrum præparate,
Opera lanifica,lampadium circa talum.
Vir uulneratus eſt uallo perſaltans foſſam,
Et talus reuerſus rubuit,
Et caput defregit circa lapidem cadens,
Et Gorgona eiecit ex ſcuto.

Pennam

Pennam magnam compolacythæ cadens
Ad petras, grauem eloquebatur cantum:
O' clare ocule nunc poſtremò te uidens,
Relinquo lucem meam, non amplius ſum ego.
Tanta cum dixiſſet, in galeam cadens,
Surgit & occurrit fugitiuis,
Latrones agitans, & diſſipans haſta.
Hic autem & ipſe, ſed aperi ianuam.

La. Attapattata,
Odioſæ hæ lethales paſſiones.
Miſer ego pereo
Lancea ſub hoſtili percuſſus.
Illud autem igitur lamentabile
Lugibile fiet mihi.
Dicæopolis enim ſi me uiderit uulneratum,
Deridebit meas fortunas.

Di. Attalattata.
Huberum ſicut dura & cydonia,
Oſculamini me molliter ô aureæ,
Extenſiue, & incluſiue.
Hoc enim libamen nunc primus ebibi.

La. O' calamitas miſera meorum malorum.
Heu heu uulneribus laborioſis.

Di. Euge euge, ô gaude Lamachiole.

La. Triſtis ego. Di. Laborioſus ego.

La. Quid me tu moues? Di. Quid tu me mordes?

La. Miſer ego in pugna
Nunc concurſione graui.

Di. Libaminibus enim aliquis collationes quæſiuit.

Le. Heu heu, Pæan Pæan.

Non nunc

Di. *Non nunc hodie Pæonia.*
Di. *Capite me,capite crura,papæ*
La. *Accipite me ô amici.*
Di. *Me autem uos mentula ambo media,*
Accipite me ô dilectæ.
La. *Doleo caput lapide percuſſus,*
Et obtenebreſco.
Di. *Et ego dormire uolo,& doleo,*
Et obtenebreſco.
La. *Foras me exportate in illum Pittali,*
Apollinaribus manibus.
Di. *Ad iudices me efferte,ubi eſt rex*
Reddite mihi utrem.
La. *Lancea aliquis infixit me per oſſa lugibili.*
Di. *Videte hunc uacuum?tenella pulchrè uictorioſa.*
Cho. *Tenella certè:ſiquidem uocas ſenex pulchrè uictorioſa.*
Di. *Et ad purum libaminis populum excepi.*
Cho. *Tenella nunc ô generoſe recede capiens utrem.*
Di. *Sequimini nunc canentes ô tenella pulchrè uictorioſa.*
Cho. *Sed ſequemur tua gratia,*
Tenella pulchre uictorioſam ca-
Nentes te & utrem.

ACHARNEORVM FINIS.

ARISTOPHANIS VESPARVM ARGVMENTVM.

PHilocleon Atheniẽſis iudicãdi amator exiſtẽs natura, ibat in iudicia cõtinenter. Bdelycleon autem huius filius dolẽs hoc morbo, et tentãs patrẽ ſedare,

ſedare, inhibens domibus, & retia circumijciens ſeruabat nocte & in die. Hic autem exitu ipſi non circumiacente clamabat: hic autem coniudices Veſpis ſeipſos aſſimilantes aduenerunt, uolentes propter hanc artem ſubabſcondere hunc coniudicem. Ex quibus & chorus conſtitutus eſt, & actus inſcriptus eſt. ſed nihil perfecerunt neq; ipſi. finem autem iuuene admirante, cuius gratia pater ſic uictus eſt re dixit ſenex eſſe rem ſedulam & ferè damnationis iudicare. Hic autem filius tentabat ſuſpitiones remouere rei admonens ſenem. Hic autem ſenex nullo modo admonitus, non dimittit rem: ſed cogitur iuuenis committere ipſi amare iudicare, & in domo ſolum hoc facere, & hos in domo iudicare. Et duo canes adducuntur apud ipſum politicè iudicati: & in hos fugientes efferre aſſiduè calculum uolens, deceptus inuitus, illum contra iudicantem ſimul fert calculum. Amplectitur autem & iuſtum ſermonem quendam chori ex poëtica perſona propter Veſpis ſimiles eſſe hos chori (ex quibus & actus) qui quando quidem erant iuuenes, amarè iudicijs inſidiabantur: poſtquam autem ſenes facti ſunt, ſtimulant ſtimulis. In fine actus ſenex ad cænam uocatur: & ad iniuriam uertitur: & iudicat ipſum iniuriæ piſtor. Hic autem ad cantum & tripudium uertitur, & ridiculum facit actum.

ACTVS PERSONAE.

Serui duo, Soſias &
Bdelycleon.
Xanthias
Philocleon.
Chorus ſenum Veſparum
Filij
Canis.
Præco.
Cydatheneus.
Theſmothetes.
Mulier artopolis.
Vir quidam Euripides.
Accuſator.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARISTOPHANIS VESPAE.

SOSIAS.

HIC quid pateris, ô infelix Xanthia?
Xan. Cuſtodiam habitare nocturnam doceor.
So. Malũ igitur lateribus aliqd prædebes ma-
Nũquid ſcis qualẽ ferã cuſtodimus? (gnũ.
Xan. Scio, ſed cupio parum dormire.
So. Tu autem igitur adpericlitare: quoniam ipſius mei
In palpebris iam aliquid defunditur dulce.
Xan. Sed uel deſipis uerè, uel furis?
So. Non, ſed ſomnus me habet quidam ex Dionyſio.
Xan. Eundem igitur mihi paſcis Dionyſium.
Et me enim nuper quidem contra militauit,
Medus quidem in palpebris dormitatorius ſomnus.
Et certè inſomnium admirabile uidi nuper.
So. Et ego uerè quale neq; unquam.
At tu dic prior. XAN. Exiſtimabam aquilam
Deuolantem in forum magnam ualde,

r Arripientem

Arripientem unguibus ſcutum,
Ferre æreum deſuper in cœlum,
Et poſtea idem abijcere Cleonymum.

So. Nihil igitur ænigmati differt Cleonymus.
Quomodò iam alloquetur aliquis compotatores, dicens
Quòd eandem feram inq; terra & in cœlo
Et in mari abiecit ſcutum?

Xan. Hei mihi, aliquod certè mihi malum fiet
Videnti tale inſomnium. so. Ne cures.
Nihil enim erit graue, non per Deos.

Xan. Graue alicubi eſt homo abijciens arma.
At tu tuum rurſus dic. so. Sed eſt magnum.
Circa ciuitatis enim eſt nauem totam.

Xan. Dic nunc feſtinans quid carinam rei.

So. Viſum eſt mihi circa primum ſomnum in pnyce
Concionari oues conſidentes,
Baculos habentes & ueſtes.
Et poſtea his ouibus mihi uidebatur
Concionari balæna pantoceutria,
Habens uocem inflammatæ porcæ.

Xan. Papæ. so. Quid eſt? xan. Ceſſa, ceſſa, ne dic.
Olet peßimè hoc inſomnium corij marcidi.

So. Poſtea ſordida balæna habens trutinam,
Statuit bouinam pinguem. xan. Hei miſer,
Populum noſtrum uult diſiungere.

So. Videbatur autem mihi Theorus ipſam prope
Humi ſedere, caput corui habens.
Poſtea Alcibiades dixit ad me balbutiens:
Vides, Theorus caput corui habet.

Xan. Rectè hoc Alcibiades balbutiuit.

Non illud

So. Non illud extraneum, Theoros coruus
Factus? XAN. Minimè, ſed optimum. SO. Quomodo?
XAN. Quomodo?
Homo erat, poſtea factus eſt repente coruus.
Igitur manifeſtum hoc intelligere, quòd
Eleuatus à nobis ad coruos ibit.
So. Poſtea non ego dans duos obolos conducam
Sic reſpondentem manifeſta inſomnia.
Xan. Age, nunc dicam ſpectatoribus ſermonem,
Pauca dicens prius ipſis hæc,
Nihil à nobis expectare ualde magnopere,
Neq; rurſus riſum ex Megara furatum.
Nobis enim non ſunt neq; nuces ex ſporta
Seruo proijcienti ſpectatoribus.
Neq; Hercules cœna deceptus,
Neq; rurſus improperatus Euripides.
Neq; ſi Cleon ſplenduit fortunæ gratia,
Rurſus eundem uirum irritabimus.
Sed eſt nobis ſermunculus ſententiam habens,
Vobis quidem ipſis non melior,
Comœdia autem oneratiua ſapientior.
Eſt enim nobis dominus ille
Superius dormiens, magnus ille in tecto.
Hic cuſtodire patrem impoſuit nobis
Intus dormire, ut foras non exeat.
Morbum enim pater extraneum illic ægrotat,
Quem nullus cognoſcet unquam neq; intelliget,
Si non audietis nos: quoniam dubitatis
Amynias quidem ille Pronapi dicit hic
Eſſe philocybum ipſum. SO. Sed nihil dicit.

Xan. Per Iouem, ſed à ſeipſo morbum coniecturat.
So. Non, ſed Philo quidem eſt principium mali.
Xan. Hic autem dicis Soſias ad Dercylum
Eſſe philopotam ipſum. So. Nullomodo: quoniam
Hic bonorum uirorum eſt morbus.
Xan. Nicoſtratus autem rurſus dicit ille Scambonides
Eſſe Philothytam ipſum uel Philoxenum.
So. Per canem ô Nicoſtrate non Philoxenus,
Quoniam cinædus eſt hic Philoxenus.
Xan. Vanè nugamini, non enim inuenietis.
Si autem cupitis ſcire, tacete nunc:
Dicam enim iam morbum domini.
Philaliaſtes eſt, ut nullus uir,
Amatq́; hoc iudicare, & ſuſpirat
Si non in primo ſedet ligno.
Somni autem uidet quis nocte neq; parum,
Hoc igitur dormiet ſi parum, tamen illic
Mens uolat nocte circa clepſydram.
Ab autem calculum habere conſueuiſſe
Tres continens digitorum, ſurgit
Tanquam thus imponens numeniæ.
Et per Iouem ſi uideat alicubi ſcriptum
Pyri lampis in ianua populum bonum,
Iens adſcripſit prope, calculus bonus.
Gallum autem qui cantabat in ueſpere, dixit
Valde ſero excitare ipſum perſuaſum,
A reis habentem pecunias.
Statim à cœna clamabat ſolcas.
Et poſtea illuc iens prædormit mane ualde,
Tanquam oſtreum adtentus columnam.

A difficul-

A' difficultate autem omnibus honorans longam,
Tanquam apes uel culex ingreditur.
Sub unguibus cæra impletus,
Calculo autem timens ne indigeat aliquando
Vt habeat iudicare, littus intus nutrit.
Talia mœret. admonitus autem ſemper
Magis iudicat. hunc igitur cuſtodimus
Seris includentes, ut non exeat.
Hic enim filius ipſius morbum grauiter fert.
Et primum quidem ſermonibus conſolans,
Reſuadebat ipſum non ferre tibi bonum,
Neq; exire foras. hic autem non perſuadebatur.
Poſtea ipſum lauabat, & purgabat, & ualde
Poſt hæc ſacrificabat. hic autem ipſo tympano
Ruens, iudicabat in cœnum incidens.
Quando iam autem his ſacrificijs non debebat,
Pernauigabat in Aeginam: poſtea comprehendens
Nocte declinauit ipſum in Aeſculapij.
Hic autem apparuit tenebroſus in cancello.
Illinc non amplius ipſum extrahimus.
Hic autem fugiebat, perq; canales
Et cauernas. nos autem quæcunq; erant perforata,
Repleuimus rhacijs, & obturauimus.
Hic autem tanquam graculus ſibi ipſi palos
Pulſabat in murum, poſtea ſaltabat.
Nos autem aulam omnem retibus
Extendentes in circulo, cuſtodimus.
Eſt autem nomen huic quidem ſeni Philocleon.
Ita per Iouem illi autem filio huic Bdelycleon,
Habens mores ſuperbos.

Bde. O Xanthia & Soſia dormitis?
Xan. Hei mihi. SO. Quid eſt? XAN. Bdelycleon ſurrexit.
Bde. Non circumcurretis ueſtrûm citò huc alter?
Hic enim pater in coquinam introiuit:
Et mus uadit qui ingreſſus: ſed uide
In ſcypho foramen, ut non exeat.
Tu autem ianuæ adiace. SER. Hæc ô domine.
Rex Neptune, quid unquam coquina ſtrepit?
Hic quis es tu? PHI. Fumus exeo.
Bde. Fumus? age uideam cuius ligni tu? PHI. Ficulni.
Bde. Per Iouem qui eſt acutiſsimus fumorum.
At non exibis. ubi eſt cribrum?
Ingredere iterum: age imponam tibi & lignum.
Hic nunc quære aliquam aliam inuentionem.
At miſer ſum, ut alter nullus uir,
Qui patris nunc fumalis uocabor.
Ser. Puer ianuam impelle, preme ipſam ualde,
Bene & uiriliter, & ego enim huc uenio,
Et clauem cura & ſeram,
Cuſtodiq; ut non ſeram edat.
Phi. Quid facietis? non recludetis ô ſceleſtiſsime?
Iudica quid me. ſed effugiet Dracontides.
Bde. Tu autem hoc grauiter feres. hic enim Deus
Oraculum petēti mihi uaticinatus eſt in Delphis quōdam,
Quando aliquis effugerit me euocari aliquando.
Phi. Apollo mala arcens uaticinio,
Age precor te, effer me, ne rumpar.
Bde. Per Neptunum Philocleon nunquam.
Phi. Edam igitur mordicus rete.
Bde. Sed non habes dentes. PHI. Heu miſer.

Quomodo

Quomodo te interficiam? quomodo? date enſem
Quàm citiſsime, uel tabellam iudicialem.
Bde. Homo hic magnum aliquod faciet malum.
phi. Per Iouem non certè: ſed uendere uolo,
Aſinum ducens ipſis canthelijs.
Numenia enim eſt. BDE. Igitur & ipſe
Ipſum uendam certè. PHI. Non ſicut ego.
Bed. Per Iouem, ſed melius, ſed aſinum educ.
Ser. Qualem excuſationem depoſuit ualde ironicè,
Vt citò emittas? BDE. Sed non euulſit.
Sic ego enim ſenſi fabricantem.
Sed iniens mihi aſinum educere uideor,
Vt ſenex non declinet iterum.
Cantho quid fles? quòd uenderis hodie?
Vade citò. quid gemis? niſi fers
Vlyſſem aliquem. SER. Sed ita per Iouem fert
Subter hunc aliquem ſubingreſſum.
Bde. Qualem? ut uideam. SER. Hunc. BDE. Hoc quidem?
Quis es unquam homo uerè? PHI. Nullus per Iouem.
Bde. Hic tu cuias? PHI. Ithacus à Draſippide.
Bde. Nullus per Iouem non quid gaudens eris.
Subtrahe citò ipſum ô ſceleſtiſsime,
Quo ſubingreſſus eſt. quare mihi apparet
Simillimus præconis eſſe pullulo.
Phi. Niſi me ſineritis tacitè, pugnabimus.
Bde. De quo pugnabis nobis certe? PHI. De aſini umbra.
Bde. Malus es longè arte & ſtolidus.
Phi. Ego malus? non per Iouem. ſed non ſcis tu
Nunc me ex ſtentem optimum, ſed forte quando edes
Cibum ſenis iudicis.

Bdc. Impelle aſinum & te ipſum in domum.
Phi. O coniudices & Cleon adiuuate.
Bdc. Intra uocato ianuam clauſam.
Impelle tu multos lapidum ad ianuam,
Et clauem inijce iterum in ſeram:
Et trabi apponens pilam magnam,
Feſtinans quid admoue. SER. Hei miſer,
Vnde aliquando incidit mihi gleba?
Bdc. Forte deſuper mus iniecit tibi alicunde.
Ser. Mus? non per Iouem, ſed ſubingreſſus aliquis hic
Sub tegulis iudex faſtigialis.
Bde. Hei miſer, paſſer uir fit,
Euolabit, ubi, ubi eſt mihi rete?
Su, ſu, iterum ſu, per Iouem certè mihi melius eſſet
Seruare Scionem pro hoc patre.
Ser. Age nunc poſtquàm hunc expulimus.
Et non eſt quomodo tranſiens nos amplius lateat.
Quid non dormiuimus quantum quantum trientem?
Bdc. Sed ô ruſtice, uenient paulo poſt
Hi coniudices aduocantes hunc
Patrem. SER. Quid dicis? ſed nunc diluculum profundum.
Bdc. Per Iouem ſerò ſurrexerunt.
Vt à medijs noctibus aduocantes me ſemper,
Lucernas habentes, & biſcantantes cantus
Antiquos Phrynichi,
Quibus euocabunt hunc. SER. Igitur ſi oportebit,
Iam aliquando ipſos lapidibus percutiemus.
Bdc. Sed ô ruſtice, hoc genus ſiquis irritabit:
Horum ſenum, eſt ſimili ueſpeto.
Habent enim & ſtimulum ex lumbo

Acutiſſimum

Acutiſsimum quo ſtimulant, & clamantes
Saltant, & percutiunt tanquam ſcintillæ.

Ser. Ne curato: ſiquidem ego lapides habeo,
Multorum iudicum ueſpetum diſpergam.

VERSIO VERSVVM DECEM ET OCTO.

Cho. Procede, præcede fortiter. ô Comia tardas.
Per Iouem non prius, ſed erat lorum caninum:
Nunc autem melior eſt te Charinades ire?
O' Stymedore Conthylee, optime coniudices.
Energides ubi eſt hic, aut Chares Phlyeus?
Adeſt quod reliquum, papæ, papæ, papæ.
Iuuentutis illius quando in Bizantio coëramus,
Cuſtodientes egoq; & tu, & poſtea circũambulãtes noctu
Artopolidis latentes furati ſumus pilam:
Et poſtea attigimus piſcem reſcindentes ipſum.
Sed feſtinemus uiri, quod erit Lacheti nunc,
Capſam autem dicunt rerum habere omnes ipſum.
Heri igitur Cleon cedemon nobis iuſsit in hora
Venire, habentes dierum iram trium malam,
In ipſum tanquam punientes quæ peccauit. ſed enim
Feſtinemus ô uiri æquales ante diem fieri.
Procedamus, ſimulq; lucerna ubiq; exploremus,
Necubi latens quis nobis impedimẽto malũ aliquod faciat.

Fil. Cœnum ô pater tu hoc caue.

Cho. Feſtucam de terra tu nunc capiens lucernam extrude.

Fil. Non, ſed hoc mi hi nunc puto lucernam extrudere.

Cho. Quid iam diſcens digito papyrum impellis?
Et hæc oleo raro exiſtente ô rudis tu.
Non enim mordet te quando oportet pretio emi.

Fil. Si per Iouem iterum pugnis admonebitis nos,
Extinguentes lucernas abimus domum ipſi.
Et poſtea fortè in tenebra hac priuatus,
Cœnum tanquam Attagas turbabis iens.
Cho. Certè quidem ego te alios maiores punio.
Sed hoc mihi cœnum apparet calcanti.
Et non eſt quomodo non diebus quatuor plurimam
Aquam neceſſariò poteſt Deum facere.
Init igitur lucernis hi fungi.
Solet autem quando eſt hoc, facere pluuiam maxime.
Oportet autem & frugiferorum quæ non ſunt præcocia,
Aquam fieri, & inſpirare Borealem ipſi.
Quam rem ex domo hac coniudex
Paſſus eſt, quòd non apparet hic ad multitudinem?
Non quidem antea lembus erat: ſed primus noſtrûm
Præibat cantans Phrynichi: etenim eſt uir
Amans cantum. ſed mihi uidetur ſtantes hoc ô uiri,
Canentes ipſum eijcere, ſi quid aliquomodo audiens
Mei cantus, à uoluptate ſerpet foras.

CHORI CANTVS.

Quid non ante ianuas apparet nobis
Senex, neq; obedit? an perdidit calci-
Amenta? an offendit tenebra digitum?
Poſtea tumuit ipſius talus ſene exiſtente?
Et fortè laborat ilia. certè quidem multo acutiſsimus
Erat horum apud nos, & ſolus non perſuadebatur.
Sed quando precabatur aliquis, deorſum inclinatus ſic
Lapidem coquis dicebat. fortè autem
Per heſternum hominem, qui nos præteriuit
Decipiens, & dicens quòd Philathenæ erat, &
Illa in Samo primus dicet: propter hoc dolens

Poſtea fortè iacet febricitans,
Eſt enim talis uir. ſed ô bone ſurge, neq; ſic
Te ipſum comede, neq; moleſte fer.
Etenim uir pingue uenit prodentium
Illa in Thrace, quem ut dedecores, lædes.

SIMILITER. VERSA.

Fil. Vade puer ualde.
Voles aliquid mihi igitur ô
Pater, ſi tui aliquo indigeo?
Cho. Valde ô puerule. ſed lo-

VERSIO.

Quere, quid uis me emere
Bonum? puto autem te dicere
Talos iam ô puer.

CONSTITVTIO.

Fil. Per Iouem: ſed caricas ô pater, dulcius enim.
Cho. Non per Iouem, ſi ſuſpenderemini uos.
Fil. Per Iouem non igitur præmittam te reliquum.

VERSIO.

Cho. Ab enim hac mercedula nunc
Tertiam ipſamq; habere farinas oportet, &
Ligna, & obſonium: tu autem nunc ficos me petis.
Fil. Age nunc ô pater, ſi non
Iudicium dominus
Sedere faciet nunc, unde eme-
Mus prandium? habes ſp-
Em bonam aliquam nobis? an
Tributum Græcia ſacrum?

VERSIO.

Cho. A' papæ. heu.

Per Iouem

Per Iouem non ego nobis
Scio unde cœna erit.

Fil. Quid me igitur ô miſera mater peperiſti?
Vt mihi negotia paſcere præberes?

Cho. Inutilem igitur te ô ſac-
Cule habebam ornamentum?

Fil. Heu heu, apud nos ſuſpirare.

Phi. Amici diu quidem liquefio per foramen
Vos audiens, ſed non potens ſum canere.
Quid faciam? ſeruor ab his.
Et uolo rurſus uobiſcum
Veniens ad urnas
Malum aliquod facere.
Sed ô Iupiter, ualde tona: & me
Fac fumum repente,
Vel proxeniadem, uel illum Sel-
Li hunc loquacem.
Aude rex gratificari mihi
Paßionem miſerans: uel me fulmine
Combuſtiuo in cinerem redige cito,
Et poſtea recreans me ſpira.
In condimentum iace calidum.
Vel certe lapidem me fac, in quo
Conchas numerant.

VERSIO MEMBRORVM ET VERSVVM DVODECIM.

Cho. Quis enim eſt hic hæc tibi detinens, & claudens ianuas,
Dic: ad beneuolos enim dices.

Phi. Meus filius. ſed non clamate: etenim eſt.

Hic ante

Hic ante dormiens.ſed abſtine ſono.

Cho. Hoc abſtinere,ô uane,hæc facere te uult,
Quam cauſam habens?

Phi. Non ſinit me ô uiri iudicare,neq; facere nihil malum.
Sed me conuiuari paratus eſt,ego autem non uolo.

Cho. Hoc auſus eſt ſceleſtus hiare gubernans Cleonice.
Siquidem dicas de nauibus uerum.

Phi. Non enim unquam hic uir hoc auſus eſt dicere,
Niſi coniurator aliquis eſſet.

Cho. Sed ex his uide aliquam tibi quærere nouam ſententiam,
Quæ te clam uiro huic deſcendere huc faciet.

Phi. Quæ igitur eſſet quærite uos,quòd omne ego faciam.
Sic cupio per tabulas cum ſuffragijs tranſire.

Cho. Eſt foramen certe quod intus potens es perfodere,
Poſtea exire ueſtibus occultatus,ſicut prudens Vlyſſes.

Phi. Omnia obturata ſunt,& non eſt foramen (neq; introibo) tranſire.
Sed aliud quid oportet quærere uos, foramen autem non eſt fieri.

Cho. Recordaris igitur,quòd in militia furans aliquando ueru,
Mittebas teipſum in murum quando iam Naxus perijt?

Phi. Scio,ſed quid hoc?nihil enim hoc eſt illi ſimile.
Pubeſcebã enim,& poterã furari, poteramq; ipſe me ipſo,
Et nullus me ſeruabat,ſed licebat mihi
Fugere intrepide:nunc autem cum armis
Viri armati ordinati
In biuijs obſeruant.
Hi autem duo ipſorum in ianuis
Sicut me murilegum carnes furantem,
Cuſtodiunt habentes ueru.

VERSIO ALTERA MEMBRORUM ET VERSUUM OCTO.

Sed & nunc comperi inuentionem quàm citiſsimè,
Aurora enim ô Melicule.

Phi. *Deuorare igitur optimum eſt mihi rete.*
Hæc autem mihi Dianæ ueniam præbet retis.

Cho. *Hæc quidem ad uirum ſunt feſtinantis ad ſalutem.*
Sed induc iam tuam maxillam.

Phi. *Deuoratum eſt hoc. ſed ne clamate nullo modo:*
Sed obſeruemus ut non Bdelycleon ſentiat.

VERSIO ALTERA MEMBRORUM OCTO.

Cho. *Nihil ô amice time nihil, quòd ego hunc ſi*
Grunniet quid, faciam mordere
Cor,
Et circa animam curſum
Currere, ut ſciat non calcare
Dearum calculos.
Sed appendens per feneſtram funiculum, poſtea demitte
Ligans te ipſum, & animam implens Diopitheo.

CONSTITUTIO SECUNDUM CIRCUNCISIONEM.

Phi. *Age nunc ſentienti huic quæretis me colligere,*
Et euulſum facere intus, quid facietis dicite nunc.

Cho. *Auxiliemur tibi, fortem animum omnes uocantes,*
Ad non potentem te prohibere. talia faciemus nos.

Phi. *Faciam igitur uobis obediens: & diſcite ſiquid patiar ego,*
Recipientes & flentes ponere me ſub cancellis.

Cho. *Nihil patieris, nihil timebis: ſed optime demitte*

Teipſum

Teipſum audens,& precans patrios deos.

Phi. O' Lyce domine,uicinus heros:tu enim quibus ego gratificatus es

Lachrymis fugientium ſemper & luctibus.

Habitaſti igitur apte iens huc ut hæc audires,

Et uoluiſti ſolus heroum apud flentem ſedere:

Miſerere & ſalua nunc tui ipſius uicinum.

Et nunquam tui ad cannas mingam neq; pedam.

Bde. Hic ſurge. SER. Quæres? BDE. Tanquam uox me aliqua pulſauit.

Ser. Nunquid ſenex aliquò tranſiuit? BDE. Per Iouem non certè:ſed dimittit

Ipſum ligās. SER. O' ſceleſtiſſime quid facis?nō deſcēdes?

Bde. Aſcende feſtinans in alteram,& ramis uerbera.

Si quo modo puppim reuerberabit percuſſus ramis,

Non comprehendetis?quot pœnæ hoc anno debent fore?

Phi. O' Smicythion,& Tiſiade,& Chremon,& Pherodipne,

Quando autem ſi non nunc auxiliemini mihi, ante me intro magis duci.

VERSIO MEMBRORVM
VNDECIM.

Cho. Dic mihi,quid tardamus mouere illam iram,

Quam quando quis noſtrũm irritabit alueare,

Nunc ille nunc ille acutus animo,

Quo punimus ſtimulus extenſus eſt acutus.

Sed pallia capientes tanquam citiſſimè puerulí

Currite & clamate,& Cleoni hæc nunciate:

Et iubete ipſum uenire,

Valde in uirum odio habentem ciuitatem,

Exiſtentem & perditum.

Quòd

Quòd hunc ſermonem infert,
Quòd oportet non iudicare iuſtitias.

Bde. O' boni rem audite, ſed non clamate.

Cho. Per Iouem in cœlum, quòd hunc ego non dimittam.

Bde. Hæc certè non grauia? & tyrannis eſt manifeſta?

Cho. O' ciuitas: & Theori deorum inimicitia;
Et ſiquis alius præſtitit ueſtrûm adulator.

Xan. Hercules, & ſtimulos habent: non uides ô here?

Bde. Quibus perdiderunt Philippum in iuſtitia illum Gorgiæ

Cho. Et te rurſus perdemus. ſed omnis inuerte
Huc, & eleuans ſtimulum poſtea in ipſum ito
Contractus, bene ordinatus, ira & robore impletus:
Vt bene ſciat in futurum aluear quale irritauit.

Xan. Hoc quidem graue iam per Iouem ſi pugnabimus.
Valde ego ipſos uidens timeo ſtimulos.

Cho. Sed dimitte uirum: ſi autem non, dico ego
Tuſtudines beatas dicere te pelle.

Phi. Eia nunc ô coniudices, Veſpæ acutæ corde:
Hi quidem in podicem ipſorum aduolate irati,
Illi autem oculos circulo ſtimulate, alij digitos.

Bde. O' Mida & Phryx, adiuuate hîc, & Maſyntia,
Et capite hunc & non dimittite nulli.
Si autem non, uinculis magnis nihil prandebitis,
Quòd ego multa audiens ſcio ramorum ſonum.

Cho. Si autem non hunc dimittes, unum quid tibi figetur.

Phi. O' Cecrops heros rex, hæc ad pedes dracontide,
Deſpicis ſic me à uiris barbaris captum?
Quos ego docui flere quater in pedicam.

Cho. Poſtea certè non multa inſunt grauia ſenectuti mala
Scilicet? & nunc hoc antiquum herum

Ad uim

Ad uim capiunt, nihil horum diu recordantes.
Pellicearum, & tunicarum quas hic ipſis mercatus eſt,
Et galeas, & pedes hyeme exiſtente iuuabat
Ad non frigere ſemper: ſed his non ineſt
Neq; in oculis pudor antiquorum calciamentorum.

Phi. Non dimittes neq; nunc me ô peßima beſtiola?
Neq; recordans quando inueniens racemos furantem te
Adducens ad oliuam, uerberaui bene & uiriliter
Ad te amabilem eſſe? tu autem ingratus es certè
Sed dimitte me & tu & tu ante filium currere.

Cho. Sed horum quidem citò nobis dabitis bonam pœnam,
Neq; amplius in longam: ut uideatis quale eſt uirorum mos
Acutorum animo, & iuſtorum, & aſpicientium naſturtia.

Bde. Verbera uerbera ô Xanthia Veſpas à domo.

Xã. Sed faciam hoc: ſed & tu incende multo fimo.

So. Non ruetis ad coruos? non abitis uerbera ligno.

Xã. Et tu apponens Aeſchinem incende illum ſelartij.
Nunquid debebamus unquam uos expellere tempore?

Cho. Sed per Iouem non facilis ſic ipſas fugaſſetis,
Si quidem fuiſſent cantuum Philocleis edentes.

Semi cho. Nunquid certè non ipſa manifeſta
Pauperibus tyrannis,
Quòd clam latuit inuadens me,
Si tu ô peßime & ſuprebe
Legibus nos impedis, quæ poſuit ciuitas.
Neq; aliquam habens occaſionem,
Neq; ſermonem facetum
Ipſe imperans ſolus?

Bde. Eſt ut ſine pugna & acuta uoce
In ſermones ueniamus inter nos & paces

Cho. Tibi ſermones ô abominans populũ et monarchiæ amator.
Et coëxiſtens Braſidæ, & ferens
Fimbricas coronarum, & bar-
Bam intonſam nutriens?

Bde. Per Iouem certè mihi melius abeſſe omnino patre
Magis, quàm malis tot pugnare quotidie.

Cho. Neq; quidem neq; in apio alicubi eſt, neq; in ruta:
Hoc enim interponimus pedicis uerborum.
Sed nunc quidem nihil doles: ſed quando aduocatus
Hæc hæc te contra exhauriet, & coniuratores uocabit.

Bde. Nunquid per Deos uos diſcedetis mihi?
An putatum eſt mihi uerberari, & uerberare per dies?

Cho. Neq; unquam neq; quouſq; aliquid mei reliquum eſt,
Qui noſtrûm in tyrannida miſſus es.

Bde. Quàm omnia uobis tyrannis eſt & coniuratores,
Siue maiorem ſiue minorem rem aliquis accuſat:
Cuius ego non audiui nomen neq; quinquaginta annos.
Nunc autem multo ſalſamento eſt dignior:
Quare & iam nomen ipſius in foro uerſatur.
Si quidẽ emit aliquis Orphos, Membradas autem non uelit,
Statim dicit uendens prope Membradas:
Hic emere uidetur homo in tyrannide.
Si autem porrum appetit Aphyis dulce quid,
Olerum uenditrix aſpiciens dicit alteri:
Dic mihi, porrum petis? utrum in tyrannide?
An putas Athenas tibi ferre dulcia?

Xã. Et me meretrix heri aduenientem meridie,
Quòd equitare iuſsi, irata mihi
Interrogauit, ſi Hippij inſtitui tyrænnidem.

Bde. Hæc enim his audire dulcia? & nunc ego

Patrem

Patrem quòd uolo his liberatum
Miſeris moribus,
Veuere uitam generoſam, ſicut Morychus cauſam habeo
Hæc facere, coniurator exiſtens, & cogitans tyrannidem.

Phi. Per Iouem iuſte. ego enim neq; auium lac
Pro uita caperem, qua me nunc priuas.
Neq; gaudeo batis, neq; anguillis: ſed dulcius
Iudiciolum paruum comederem in olla coctum.

Bde. Per Iouem, conſuetus es enim delectari his rebus.
Sed ſi ſilens toleraueris, & didiceris quæ ego dico,
Redocere te puto quòd omnia hæc peccas.

Phi. Pecco iudicans? BDE. Deriſus quidem igitur
Non audis à uiris, quos tu quaſi adoras,
Sed ſeruiens abditus es. PHI. Ceſſa ſeruitutem dicens mihi,
Qui impero omnibus. BDE. Non tu, ſed miniſtras,
Putans imperare: quoniam doce ô pater,
Quis honor eſt tibi fruenti Græcia?

Phi. Valde, & his concedere uolo. BDE. Et quidem ego.
Sinite nunc omnes ipſum, & enſem mihi date.
Si enim uictus ero dicens tibi, cadam hoc enſe.
Dic mihi, quid ſi hoc diæta non permanſeris?

Phi. Nunquam bibam puræ mercedem bonæ fortunæ.

Cho. Nunc autem hunc ex noſtro
Gymnaſio dicere quid oportet
Nouum ut appareat.

Bde. Ferto mihi huc ciſtam aliquis quàm citiſſimè.

Cho. At apparebis quicunq; exiſtens
Si hæc hortatus fueris,
Non in iuuenem
Hunc dicere. uides enim quòd

Tibi magnum eſt certamen.
Et de omnibus
(Vtinam quod non fiat) nunc
Hic uult uincere.

Bdc. Et quidem quæcunque dices ſimpliciter, memorialia ſcribam ego.

Phi. Quid enim dicite uos, ſi hic me ſermone uincet?

VERSIO MEMBRORVM OCTO.

Cho. Non amplius ſenum multitudo
Vtilis eſt, neq; parum.
Iniuria affecti enim, in
Vijs omnibus
Ramos ferentes uocamur con-
Iurationum cortices.
Sed ô de omni uolens dominatione contradicere.
Noſtra, nunc confidens, omnem linguam inquire.

Phi. Et quidem ſtatim à carceribus de dominatione oſtendam
Noſtra, quòd nulla minor eſt dominatione.
Quid enim fortunatũ uel et beatum magis nunc eſt iudice,
Vel delicatius uel uehementius animal & hæc ſene?
Quem primum quidem repentem è lecto, obſeruant in cancellis
Viri magni, & quatuor ulnarũ, & poſtea ſtatim aduenient
Inijcit mihi manum teneram publicorum furantem:
Precanturq; ſuccumbentes uocem miſerabiliter fundentes
Miſerere mei ô pater, peto te ſi & ipſe unquam furatus es,
Dominationem dominans, uel in exercitu ſocijs emens:
Qui me neq; uiuentem uidebit niſi per primum refugium.

Bdc. Hoc deprecantibus ſit memoriale mihi.

Poſtea

Phi. Poſtea ingrediens rogatus iram abſterſus
Intus, horum quæ dico omnium nihil feci:
Sed audio omnes uoces uenientium in refugium.
Age, uideã. quid enim non eſt audire adulationem hic iudici?
Hi quidem flent paupertatem ipſorum, & apponunt
Mala ad exiſtentia, quouſq; æquauerit meis.
Illi autem dant fabulas nobis, alij autem Aeſopi aliquid ridiculum.
Alij autem ſales dicunt, ut ego rideam, & iram deponam.
Et ſi non his perſuademur, proles ſtatim trahit,
Fœminas, & filios manu: ego autem audio.
Illæ autem inclinatæ ſimul balant, et poſtea pater pro ipſis
Tanquam Deum precatur me tremens iudicio dimitti.
Si quidem gaudes agni uoce, pueri uocis miſerere.
Si autem ipſis porcellis gaudeo filiæ uoce me perſuaderi.
Et nos ipſi tunc iræ paruum ſinum remittimus.
Nunquid nõ magna hoc eſt dominatio, et diuitiarũ deriſio?
Bde. Secundo rurſus hoc ſcribam, diuitiarum deriſionem,
Et hæc bona mihi memento quæ habens, dicens Græciæ dominationem.
Phi. Puerorum igitur expertorum pudenda adeſt uidere.
Et ſi Oeagrus intrauerit fugiens, nõ aufugit antequã nobis
Ex Niobe dixerit dictionem optimam narrans.
Et ſi tibicen cauſam, uicerit, huius nobis munera,
In pelle iudicibus exitum cecinit abeuntibus.
Et ſi moriens pater alicui det, relinquens filiam hæredem.
Flere nos longe caput, dicentes teſtamento
Et operculo ualde ornatè ſignis exiſtente,
Dedimus hanc quicunq; nos precans perſuaſit.
Et hæc innoxij facimus: harũ autẽ aliarũ nulla dominatio.

Bde. Hoc certè ornatum horum quæ dixiſti laudo.
Huius autem teſtamentum iniuria afficis impediens.
Phi. Item autem concilium & populus quando iudicare magnam rem dubitat,
Iudicatum eſt reos iudicibus tradere.
Poſtea Euathlos, & magnus hic Colaconymus imbelle
Non tradere nos dicunt, circa multitudinem aũt pugnare.
Et in populo ſententiam nullus unquam uicit, niſi
Dixit iudicia ſinere primum unam iudicantes.
Ipſe autem Cleo deſtructor ſolos nos non comedit,
Sed ſeruat per manum tenens, & muſcas abigit,
Tu autem patri nihil horum tui ipſius unquam feciſti.
Sed Theorus licet eſt uir Euphemio nihil minor,
Spongiam tenens ex catino calceos noſtrûm abſtergit.
Conſydera autem à bonis qualibus claudis & impedis.
Quam ſeruitutem exiſtentem dixiſti, & miniſtrationem oſtendere.
Bde. Impleto dicẽs, omnino enim ceſſabis aliquãdo, & oſtẽderis
Podex lauacri excellens dominatione perhoneſta.
Phi. Hoc ſuauiſsimum horum eſt omniũ, cuius ego oblitus ſum.
Quando domum eo mercedem habens, & poſtea intrantes ſimul omnes
Salutant propter argentum, & primum quidem filia me
Abluit, & pedes ungit, & inclinans oſculatur,
Et inuocans ſimul lingua triobolum exhaurit,
Et mulier me adulantem mixtam maſſam adportat:
Et poſtea aſsidens apud me cogit, ede hoc,
Comede hoc: his ego lætor. & non me timebit
In te uidere, & cuſtodem, quando prandium apponet,
Maledicens & immurmurans aliam non mihi citò pinſet.

Hæs

Hæc poſſedi propugnaculũ malorum apparatum telorum
fugacem.
Et ſi uinũ mihi quidẽ fundas tu, bibere, aſinum hoc importo,
Vino plenum, & poſtea fundor inclinans. hic autem hians.
Fœtens tuum poculum ualde & militariter impedebat.
An non magnam dominationem dominor.
Et Ioue nihil minor:
Qui audio hæc quæ Iupiter?
Si igitur nos tumultuabimur.
Omnis aliquis dicit aduenientium.
Quale tonat forum iudiciale?
O Iupiter rex. & ſi fulgurabo,
Sibilant & oſcitant me
Diuites & ualde honeſti.
Et tu autem times me maximè ipſe.
Per Cererem times: ego
Autem perij ſi te timeo.

VERSIO.

Cho. Nunquam ſic purè
Nullum audiuimus, ne-
Que ſcienter dicentem.

CONSTITVTIO.

Phi. Non, ſed calumnias putabat ſic facile uindemiare.
Bene enim nouit, quòd ego ſic fortiſſimus ſum.

VERSIO.

Cho. Valde autem omnia percurrit,
Et nihil præteriuit. quare ego
Augebar audiens,
Et in beatorum iudicare
Ipſe uiſus ſum inſulis.

Lætatus dicente.

CONSTITVTIO.

Phi. Quare hic iam oſcitat, & eſt non in ipſo.
Certè quidem ego te hodie uidere coria faciam.

VERSIO.

Oportet autem te uarias plicare
In refugium manus
Hanc enim meam iram miti-
Gare difficile non ad me dicenti.
Ad Hæc molam bonam hora quærere tibi et nuper inciſam.
Si non aliquid dices quæ potens meum furorem detinere.

Bde. Difficile quidem & grauis ſententiæ & maioris quàm in tragœdis,
Sanare morbum antiquum in ciuitate innatum.
At ô pater noſter Saturnide. PHI. Ceſſa, & ne patriza.
Si non enim quomodo ſeruio ego.hoc citò me docueris,
Non eſt quomodo non morieris: & ſi oportet uiſceribus me abſtinere.

Bde. Audi nunc ô patercule remittens parum frontem.
Et primũ quidem computa uilibus non calculis, ſed à manu
Tributum nobis à ciuitatibus collectim accedens.
Et ducam huius expenſas ſeparatim, & multa centenaria,
Magiſtratus, metalla, iudicialia, portus, mercedes, & lictoria.
Horum perfectio talenta prope bis mille fiunt nobis.
Ab his nunc mercedecem depone iudicibus anni
Sex milibus (& nondum plures in ciuitate inhabitatis)
Fiunt nobis centum iam & quinquaginta talenta.

Phi. Neq; decima prouenientium nobis igitur facta eſt merces.

Bde. Per Iouem non: & quò uertuntur autem poſtea res aliæ?

In hos

Phi. In hos quos,non trado Athenienſium tumultum,
Sed pugnabo circa multitudinem ſemper. BDE. Tu enim ô pater ipſos
Dominari uis tibi ipſi his uerbulis deceptus?
Et poſtea hi quidem dono accipiunt quinquaginta talēta
À ciuitatibus, minantes talia & perterrentes
Date tributum,uel tonans ciuitatem ueſtrûm peruertam.
Tu autem dominationem amas tuam uilia comedens.
Hi autem auxiliatores poſtquam ſenſerunt hunc quidem tumultum alium
Ex lance comedentem,& deuorantem nihil,
Te quidem putant conni calculum:his autem donant
Vaſa,uinum,dapes,caſeum,mel,ſeſama,puluinaria,
Phialas,chlanidas,coronas,monilia,opercula,pluthygiam.
Tu autem quibus dominaris. multa quidem in terra,multa autem in mari uerberans,
Nullus neq; allij caput coctis dat.
Phi. Per Iouem,ſed ab Eucheride et ipſe tria capitula tranſmiſi.
Sed ipſam mihi ſeruitutem non oſtendens triſtificas.
Bde. Non magna ſeruitus eſt, hos quidem omnes in dominationibus.
Ipſosq; eſſe & adulatores horum,mercedem ferentes.
Tibi aūt ſiquis dat tres obolos, amare quos ipſe impellens,
Et pedes pugnans, & obſidens poſſediſti multa laborans.
Et ad hæc iuſſus uadis (quod maximè me angit)
Quando ingrediens adoleſcentulus tibi cinædus
Cherei filius,
Hac tranſiens permotus corpore & delicatus,
Venire dicit mane & in hora iudicaturum,quòd quicunq; noſtrûm.

Poſterior uenerit ſigno, triobolum non portabit.
Ipſe autem portas aduocatiuum drachmam, & ſi poſterior uenerit,
Et cõmunicans dominãtium alteri alicui horũ cum ſeipſo.
Si quis aliquid dat fugientiũ, cõponẽtes rẽ duo exiſtentes,
Feſtinarunt, & poſtea tanquam ſerram hic quidem trahit, ille autem reddidit.
Tu autem aſpicis gubernatorem: illud autẽ factũ te latuit.
Phi. Hæc mihi faciũt? hei mihi quid dicis? ualde mei cor turbas;
Et mentem mei cõcilias magis, & nõ ſcio quã rẽ mihi facis.
Bdc. Conſydera igitur, quòd licito exiſtente tibi diteſcere, et iſtis omnibus.
A' ſemper populum decipientibus non ſcio ubi uolutus es.
Quicunq; à ciuitatibus dominãs plurimis, amari uſq; Sar-
Non frueris præter hoc quod fers parũ: & lana tibi (dos,
Inſtillant ſecundũ paruum ſemper uiuere gratia tanquam farinam.
Volunt enim te pauperem eſſe, & horum gratia pereas,
Vt cognoſcas gubernatorem. & poſtea quando hic ſibilat.
In inimicum aliquem mouens ruſtice ipſis ſaltas.
Si enim uoluiſſent uictum præbere populo, facilè fuiſſet.
Sunt ciuitates mille, quæ nunc tributum nobis adducunt:
Harum uiginti uiros paſcere, ſi quis ordinaſſet ſingulæ,
Duo milia ciuium uiuerent in omnibus leporibus,
Et coronis uarijs, & lacte, & lacte cocto,
Digna terra capientes, & illo in Marathone trophæo.
Nunc autem tãquam oliuas colligentes itis ſimul cum mercedem habente.
Phi. Hei mihi, cur tanquam torpedo mei in manu defunditur?
Et enſem non poſſum detinere: ſed iam languidus ſum.

Sed quando

Bde. *Sed quando quidem timent ipſi, Eubœam dant*
Vobis, & frumentū promittunt in quinquaginta ſeſtertia
Præbere. dederunt autem nunquam tibi præter paulo an-
te quinq; ſeſtertia.
Et hæc uix Xenias fugiens,
Accepiſti ſecundum ſemodium ordeorum:
Quorum gratia ego te claudebam ſemper
Paſcere uolens, & non hos
Oſcitare deridentes.
Et nunc apertè uolo præbere
Quodcunq; uis tibi,
Præter gubernatoris lac bibere.

VERSIO VERSVVM
VNDECIM.

Cho. *Certè ſapiens fuit qui dixit: antequā amborū uerbū audias,*
Non iudicabis. tu enim igitur nunc mihi uincere multo ui-
ſus es.
Quare iam iram remittens, baculos depono.
Sed ô ætatis nobis eiuſdem ſocie,
Perſuadere perſuadere uerbis, neq; demens ſis,
Neq; auſterus ualde, duruſq; uir.
Vtinam debuiſſet mihi curator, uel affinis
Eſſe aliquis, qui iam talia admoneret.
Tibi autem nunc aliquis deorum præſens maneſeſtus
Auxiliatur re,
Et manifeſtus benefaciens: tu autem iterum præſens cape.
Bde. *Et quidem nutriam ipſum præbens*
Quæcunq; ſeni utilia, granum
Lingere, chlænam mollem, pelliceam,
Meretricem quæ ueretrum fricet & ile.

Sed quòd

Sed quòd tacet, & nihil grunnit,
Hoc non poteſt me adeſſe,

Cho. Admonuit ſeipſum in res,
Quibus quondam furebatur. nouit enim nuper quòd
Putatq; illa omnia peccata,
Quæ te iubente non perſuadebatur.
Nunc igitur forte tuis ſermonibus perſuadet?
Et ſapit quidem migrans in reliquum morem
Perſuaſus tibi. PHI. Hei mihi. BDE. Hic quid mihi clamas?

Phi. Non mihi horum nihil promitte.
Illa amo, illuc uado,
Vbi præco dicit: quis non lato ſuffragio ſurgat,
Et accedat ad cados
Suffragantium ultimus.
Feſtina ô anima. ubi mei anima:
Adſis ô umbroſa, per Herculem.
Non nunc amplius ego in iudicibus
Furantem Cleonem capiam.

Bde Age, ô pater per Deos mihi perſuadere.

Phi. Quid perſuadebo tibi? BDE. Dic quod uis præter unum.

Phi. Quod age ſcio. BDE. Hoc non iudicare. PHI. Hoc autem
Infernus diſcernet prius quàm ego perſuadebor.

Bde. Tu autem igitur poſtquam hoc gauiſus es faciens,
Illud quidem non amplius uade, ſed hic
Hic manens iudica famulis.

Phi. De quo? quid nugaris? BDE. Hæc quæ illic fiunt.
Quòd ianuam aperuit famula clàm.
Huius pœnam iudica unam ſolam.
Omnino autem & illic hæc faciebas frequenter,

Et hæc

Et hæc quidem nunc rationabiliter ſi exeat
Sol in diluculo diluculabis ad ſolem.
Si autem mingat ad ignem ſedens
Hyemante iudicabis & ſi ſurgis meridianus.
Nullus te excludet legis ſeruator cancello.
Phi. Hoc mihi placet. BDE. Ad autem hæc, ſi iuſtitiam
Dicat longam aliquis, non eſuriens expectabis
Mordens te ipſum, & reſpondentem.
Phi. Quomodo igitur diſcernere bene potero,
Sicut prius res adhuc mandens.
Bde. Multo melius. & dicitur enim hoc,
Quòd iudices mentientibus teſtibus
Vix rem cognouerunt remandentes.
Phi. Re me perſuades. ſed illa nondum dicis
Mercedem unde capiam. BDE. A me. PHI. Bene.
Turpiſsime enim mihi fecit Lyſiſtratus
Conuiciator, drachmam mecum paulo ante capiens,
Veniens diuidebat mihi in piſcibus:
Et poſtea impoſuit tres ſquammas mihi Cephalorum,
Et ego inclinaui: obolos enim putabam capere,
Et poſtea uerſus odorans expui,
Et poſtea traxi ipſum. BDE. Hic autem quid ad hæc dixit? PHI. Quid?
Galli me dixit uentrem habere.
Citò igitur coques argentum: erat autem hic dicens.
Bde. Vides quantum certè hoc lucraberis?
Phi. Non ualde quid paruum: ſed quod uis fac.
Bde. Expecta nunc: ego autem hæc ueniam ferens.
Phi. Vide rem, uerba quomodo perficiuntur.
Audiuiſti enim quòd Athenienſes aliquando

Iudicaſſent in domibus iuſtitias,
Et in ueſtibulis ædificaſſet omnis uir
Ipſi iudiciolum paruum ualde,
Tanquam hecatæum ubiq; ante ianuas

Bde. Ecce, quid amplius dices? quòd omnia ego fero,
Quæ dicebam, & adhuc multo plura.
Matula quidem ſi micturies, hæc
Apud te pendebit propè in clauo.

Phi. Sapiens hoc & ſeni utile.
Inueniſti apertè pharmacum ſtranguriæ.

Bde. Et ignis hic, & adeſt lenti,
Sorbere ſi indigebis quid. PHI. Hoc iterum aptum:
Etſi enim febricito, mercedem capiam
Huius: manens enim lentem ſorbebo.
At quid auem in me exportate?

Bde. Vt ſi dormias reſpondente aliquo
Canens deſuper excitet te hic

Phi. Vnũ adhuc cupio, hæc autem alia placent mihi. BDE. Quid?

Phi. Theroum ſi quomodo efferas lyci.

Bde. Adeſt hoc & ipſe rex hic.

Phi. O domine heros, ualde difficile es uiſu,
Qualis nobis apparet Cleonymus.

Fa. Non igitur habet neq; ipſe heros exiſtens arma.

Bde. Si citò ſederes tu, citò iudicium
Vocarem. PHI. Voca nunc, quòd ſedeo ego diu.

Bde. Age, nunc quam ipſi primum induco cauſam?
Quid quis malum fecit horum in domo?
Thraſſa adurens paulo ante ollam.

Phi. Abſtine hic, quòd paruo me perdidiſti.
Sine cancello iudicium uis uocare?

Qui pri-

Qui primus nobis ſacrorum apparuit?
Bde. Per Iouem non adeſt: ſed ego currens
Ipſe portabo hunc ſtatim ab intus.
Quæ unquam res? quàm graue amor loci?
Fa. Iace ad coruos, talem nutrire canem.
Bde. Quid eſt uerè. FA. Non enim labes nuper
Canis adueniens in furnum, rapiens
Rotam caſei ſicelam deuorauit?
Bde. Hanc igitur primum iniuriam patri
Inducendum mihi: tu autem accuſa præſens.
Fa. Per Iouem non ego, ſed alius dicit canis
Accuſare, ſi quis introducat ſcripturam.
Bde. Age, nunc duc ipſos huc. FA. Hæc oportet facere.
Phi. Quid hoc eſt? FA. Chæro com eum domus.
Phi. Poſtea ſacrileges fers? FA. Non, ſed ut
A' ueſta incipiens conteram aliquem.
Phi. Sed induc feſtinans, quòd ego punire uideo.
Bde. Age, nunc porto tabulas & ſcripturas,
Phi. Hei mihi demoraberis, & perdes terens diem,
Ego autem arare indicebam locum.
Ecce uoca nunc. BDE. Hæc iam. PHI. Quis hic
Primus eſt? BDE. In coruos, quòd doleo
Quòd oblitus ſum urnas efferre.
Phi. Hic tu quò curris? BDE. In urnas. PHI. Non,
Ego enim habebam has urnas.
Bde. Optimè igitur: omnia enim adſunt nobis
Quibus indigemus, præter iam clepſydram.
Phi. Hæc autem iam quæ eſt? non clepſydra?
Bde. Bene exhibes ipſa, & urbanè.
Sed quàm uelociſsime ignem aliquis efferat,

Et myrtos, & thus ab intus,
Vt ſupplicemus primum Deis.
Cho. Et quidem nos in ſacrificijs & ſupplicationibus
Famam bonam dicemus uobis,
Quòd generoſe ex bello
Et contentione conueniſtis.
Bde. Laus quidem primum nunc concedatur.
Cho. O' Phœbe Apollo Pythie in bona fortuna
Res quam excogitat.
Ante hic ianuas, omnibus nobis congruat,
Tanquam ceſſantibus erroribus ſagittator Pæan.
O' domine rex uicine uialis, mei ueſtibuli ante ianuas
Suſcipe ſacrificium nouum ô rex, quod patri facimus.
Ceſſaq; ipſius hunc ualde durum & aſperum morem,
Pro muſto mellis parum animulæ admiſcens.
Iam autem eſſe hominibus mitem ipſum,
Fugientesq; miſerari magis ſcribentibus,
Et illachrymari precantibus,
Et ceſſante difficultate,
Ab ira,
Vrticam auferre.

VERSIO MEMBRORVM SEX.

Comprecamur tibi, & incantamus in nouis principijs
Cho. Gratia prædictorum.
Beneuoli enim ſumus, ex quo
Populum ſenſimus te
Amantem, ut nullus uir
Horum nunc te iuniorum.
Siquis ianuis index, intret:

Quòd

Quòd quando dicent,non recipiemus.

Phi. Quis igitur fugiens hic?quantum capietur?

The. Audite iam ſcripturam quam ſcripſit
Canis accuſator,labetem æxoneam
Caſeum deſtruere quòd ſolus deuorauit
Sicelicum: punitio collare ficulnum.

Phi. Mors quidem igitur canina,ſi ſemel capiam.

Bde. Et quidem fugiens hic labes adeſt.

Phi. Sceleſtus hic,quomodo autem & furaciter uidet,
Quale uerrens decipere me putat.
Vbi autem non impellens accuſator canis?

Ca. Au,au. BDE. Adeſt alter hic iterum labes,
Bonus latrare & lingere ollas.

Præ. Tace,ſede,tu autem aſcendens accuſa.

Phi. Age,nunc ſimul hanc effundens & ego ſorbebo.

The. Hanc quidem ſcripturam audiuiſtis quam ſcripſi
Viri iudices hunc.grauiſsima enim
Operum facit & me & rhyppapæ.
Currens enim in angulum caſeum multum
Deuorauit,& repletus eſt in tenebra.

Phi. Per Iouem,ſed manifeſtus eſt mihi.
Caſei peſsimum pauloante euomuit
Odioſus hic:& non participem fecit petentem me.
Certe quis uobis benefacere poterit,
Si non quid & mihi aliquis proponat cani.

The. Nihil participauit neq; communi mihi.

Phi. Calidus enim uir nihil minus lente.

Bde. Per Deos non præneglige ô pater,
Antequam audias ambos. PHI. Sed ô bone,
Res manifeſta eſt:ipſa enim clamat.

t Non

The. Non nunc dimittite ipſum tanquã exiſtentem iterũ multo
Canum omnium uirum ſolum uoraciſſimum,
Qui circum nauigans mortarium circum,
Ex ciuitatibus ſpurcum comedit.
Phi. Mihi autem non eſt neq; lagenam fingere.
Ca. Ad hæc, hunc punite (non enim unquam
Nutrire poteſt una lancea fures duos)
Vt non clamauerim uanè uacuè ego.
Si autem nõ, poſt hac non clamabo.
Phi. Heu, heu, quot arguit prauitates.
Furabilis res uiri: non & tibi uidetur
O` galle? per Iouem annuit.
Theſmothete ubi eſt hic? matulam mihi det.
The. Ipſe deprehende. teſtes enim inuoco.
Labeti teſtès adeſſe, catinum:
Coclcare, caſiteram, craticulam, ollam,
Et alia uaſa aduſta.
Sed adhuc tu minges, & deſides nihil dum
Hunc autem puto ego cadere hodie.
Bde. Non tu quieſces moleſtus exiſtens & difficilis,
Et hæc fugientibus, ſed mordicus habens?
Phi. Aſcende, reſponde, quid tacuiſti dic?
Bde. Sed non poſſe hic uidetur quid dicat.
Phi. Non: ſed illud mihi uidetur pati,
Quod aliquando fugiens paſſus eſt & Thucydides.
Percuſſus repente factus eſt maxillas.
Bde. Præbe ex pedibus, ego enim reſpondebo.
Difficile enim ô uiri eſt criminatos
Super reſpondere cane: dicam autem tamen.
Bonus enim eſt, & expellit lupos.

Fur qui-

Phi. Fur quidem igitur hic & coniurator.
Bde. Per Iouem, ſed optimus eſt horum nunc canum.
Potens multis ouibus inſtare.
Phi. Quæ igitur utilitas, caſeum ſi comedit?
Bde. Quòd tui propugnat & ſeruat ianuam.
Et alia optimus eſt. ſi autem ſurripuit.
Ignoſce: citharizare enim non ſcit.
Phi. Ego autem uellem neq; literas,
Vt non malefaciens inſcribam nobis ſermonem.
The. Audi ô fœlix mei teſtes.
Aſcende caſitera, & dic ualde.
Tu enim gubernatrix fuiſti. reſponde ſapienter,
Si non diuiſiſti militibus quæ cœpiſti.
Bde. Dicit diuidere. PHI. Per Iouem, ſed mentitur.
Bde. O' fœlix miſerere miſeris.
Hic enim labes & colla comedit,
Et ſpinas, & nunquam in eodem manet.
Hic autem alter qualis eſt cuſtos ſolum.
Illic manens enim quæ intro quis fert,
Horum repetit partem: ſi autem non, mordet.
Phi. Papæ, quid malum unquam eſt quo mollior
Malum quid circuit me, & reperſuadeor.
Bde. Age precor te miſeramini ipſum ô pater.
Et non corrumpite, ubi pueruli,
Aſcendite ô praui, & latrantes
Petite, & precamini, & lachrymate.
Phi. Deſcende, deſcende, deſcende. BDE. Deſcendam.
Certè deſcende hoc, multos iam ualde
Decepit, & tamen deſcendam.
Phi. Ad coruos, quod non bonum eſt ſorbere,

Ego enim defleui nunc ſententiam meam.
Nunquam, ſed lente plenus.
Bde. Non aufugit igitur? PHI. Difficile ſcire.
Bde. Age ô patercule, in meliora uertere.
Hunc capiens calculum in ultimum
Claudens adueni, & abſolue ô pater.
Phi. Non certè,, citharizare enim non ſcio.
Bde. Age nunc te hunc citiſſimum circumago.
Phi. Hoc eſt prius. BDE. Hoc. PHI. Hic hic.
Bde. Deceptus eſt & abſoluit non uolens.
Phi. Age in terram ponam, quomodo enim certauimus?
Bde. Oſtendere uidetur. effugiſti ô labes.
Pater pater quid paſſus es? PHI. Hei mihi ubi eſt aqua?
Bde. Eleua, eleua teipſum. PHI. Dic illud mihi,
Certè aufugit? BDE. Per Iouem. PHI. Nihil ſum igitur.
Bde. Ne cures ô felix, ſed ſurge.
Phi. Quomodo igitur mihi ipſi hoc ego cognoſcam,
Fugientem abſoluens uirum, quid unquam patiar?
Sed ô multum honorati Dei ignoſcite mihi:
Inuitus enim hæc feci, & non meo more.
Bde. Et mihi conquerere. ego enim te ô pater
Nutriam bene, ducens mecum ubiq;
Ad cœnam, in conuiuium, ad ſpectaculum.
Quare dulciter degere te reliquum tempus.
Et non deridebit te decipiens Hyperbolus.
Sed introëamus. PHI. Hæc nunc, ſiquidem uidetur.

PARTICVLA MEMBRORVM SEPTEM.

Cho. Sed ite gaudentes quò uultis, u-
Os autem citò ô mili-

Aria, in-

Aria, innumerabiles. nunc
Quidem futura benedicere,
Ne cadant inaniter humum cauete.
Hoc enim imperitorum ſpectatorum
Eſt pati, & non proprium ueſtrûm.

TRANSGRESSIO VERſuum triginta ſex, & membrorum nouem.

Nunc rurſus populi adhibite mentem, ſiquidem purum quid amatis.
Reprehendere autem ſpectatores poëta nunc concupiſcit:
Iniuria affici enim dicit, prior multa ipſis benefaciens.
Hæc quidem apertè, ſed auxilians clam alijs poëtis
Imitans Euryclis *uaticinium & ſententiam:*
In alienos uentres immittens, comœdias multas fundi.
Poſt hoc autem & manifeſtè iam periclitans de ſeipſo,
Non alienarum, ſed propriarum Muſarum *ora moderans.*
Eleuatus autem magnus, & honoratus, & nullus unquam in uobis
Non perficere dicit eleuatus, neq; extollere ſcientiam,
Neq; paleſtras circũlaſciuire circuiens, neq; ſiquis amator
Reprehendi puerilia ſuijpſius odio habens, feſtinabat ad ipſum,
Nulli unquam dicit perſuaderi ſententiam aliquam habens decentem
Vt muſas quibus utitur, non lenones oſtenderet.
Neq; quando primum incepit docere, hominibus dicit imponere.
Sed Herculis *iram quandam habens, maximis conari,*
Audacter conſtans ſtatim à principio ipſi carcharodonti.

Non grauiſsimi quidē ab oculis meretricis radij ſplēdebāt.
Centū autem circum capita adulatorū lugentium lingebant
Circum caput, uocem autem habebat charadræ pernitiem parientis,
Phocæ autem odorem, Lamiæ autem teſticulos illotos, podicem autem Cameli.
Tale uidens monſtrum, non dicit timens dona recipere,
Sed ſuper nobis adhuc & nunc bellat, dicitq; cum ipſo
Frigoribus conari præteritis & febribus.
Qui patres ſuffocabant nocte, & auos ſtrangulabant,
Declinatiq; in lectis in ocioſis noſtrum
Cōiurationes, & aduocationes, et teſtimonia cōglutinabāt,
Ad reſaltare timentes multos in Polemarchum.
Talem inuenientes expulſatorem malorum, ciuitatis huius purgatorem.
Anno præterito tradidiſtis nouis ſeminātē ipſum ſentētijs:
Quas ſub non cognoſcere pure uos feciſtis imponentes.
Tamen ſacrificans multa, in multis iurat Dionyſium
Nunquam meliora uerba his comica nullum audiuiſſe.
Hoc quidem igitur eſt uobis turpe non ſcientibus ſtatim.
Hic autem poëta nihil peior à ſapientibus putatus eſt:
Siquidem expellens inimicos ſententiam contriuit.
Sed reliquum poëtarum
O felices, quærentes
Commune quid dicere & excogitare,
Amate magis & curate,
Et conſilia ſaluate ipſorum.
Inijcite autem in arcas
Cum malis: & ſi hæc faci-
Tis uobis, per annos

Olebit

ſolebit dexteritate.

CANTVS ET VERSIO
MEMBRORVM
VNDECIM.

Cho. *O' diu quondam exiſtentes nos fortes quidem in tripudijs,*
Fortes autem in pugnis,
Et ſecundum ipſum iam hoc ſolum uiri bellicoſiſſimi
Ante quondam erant ante hæc: nunc
Autem abierunt, cygnoq; albiores iam,
Hi autem florent crines.
Sed ex reliquijs
Oportet horum fortitudinem iuuenilem habere. ego
Meam puto ſenectutem eſſe meliorem mi quàm mul-
Torum cocinos iuuenum
Et figuram & latum podicem.

ADVERBIVM VERSVVM
VIGINTI.

Cho. *Siquis ueſtrûm ô ſpectatores meam uidens naturam,*
Poſtea admirari me uidens medium ſtrictum, uel quis
Noſtrûm eſt opinio huius inſertionis,
Facile ego docebo, & ſi inelegans fuerit prius.
Sumus nos quibus hic latus podex
Attici, ſoli iuſtè generoſi indigenæ,
Viriliſſimum genus, & plurima hanc ciuitatem
Iuuantem in pugnis, quando uenit barbarus
Fumo incendens omnem ciuitatem, & comburens,
Ex capere nobis promptus ad uim fauos.
Statim autem currentes lancea cum ſcuto
Pugnabamus ipſis, animum acetoſum bibentes.
Omnis uir apud uirum ſub ira labrum comedens.

Sub autem ſagittationibus non erat uidere cœlum.
Sed tamen expulimus cum Deis ad ueſperam.
Noctua enim noſtrûm ante pugnare exercitum peruolauit.
Poſtea autem ſequimur uerberantes in bracas.
Hi autem fugerunt maxillas & ſupercilia ſtimulati,
Vt à barbaris ubiq; & nunc adhuc
Nihil Attica uocari ueſpa uirilius.

INCANTATIO ET INVERSIO MEMBRORVM VNDECIM.

Cho. *An grauis eram tum ad omnia non timere,*
Et peruertebam
Inimicos nauigans illuc triremibus.
Non enim erat nobis, ut
Dictionem benedicere uellemus tunc, neq;
Calumniari aliquem
Cura: ſed qui remex
Eſſet optimus. igitur multas ciuitates
Medorum capientes, & cauſatiſſimi ferre
Et tributum huc ſumus, quod
Furantur iuniores.

CONTRA ADVERBIVM VERSVVM VIGINTI.

Cho. *Vbi conſyderantes nos in omnia, inuenietis*
Mores & uitam ueſpis ſimillimos.
Primum quidem igitur neq; nobis animal irritatum
Magis acutum animo eſt, neq; difficilius.
Poſtea alia ſimilia omnia ueſpis excogitamus.
Colligentes enim multitudines tanquam fauos,

Hi quidem

Hi quidem noſtrûm ubi princeps, illi autem apud undecim,
Alij autem in theatro iudicant, alij autem ad muros
Congregati, denſe annuentes in terram uix
Sicut uermes in foraminibus moti,
Inq́; aliam uitam ſumus præbentiſsimi.
Omnem enim ſtimulamus uirum, & præbemus uictum.
Sed enim ueſpæ nobis ſunt ſedentes,
Non habentes ſtimulum: qui manentes noſtrûm tributi
Generationem comedunt non laborantes.
Hoc autem eſt doloroſiſsimum, ueſtrûm ſiquis non miles
exiſtens
Efferat mercedem noſtrûm hac ciuitate ſuper,
Neq; remum, neq; nemus, neq; callum capiens.
Sed mihi uidetur in poſterum ciuium totaliter,
Qui non habet ſtimulum, non ferre triobolum.

Phi. Non unquam uiuens hunc expoliabo,
Quoniam ſolus me ſaluauit bellantem,
Quando Boreas ille magnus fecit exercitum.

Bde. Bonum uideris nullum concupiſcere pati.

Phi. Per Iouem, non enim nullomodo mihi utile,
Etenim prius in prunis repletus
Dedi debens lauatori triobolum.

Bde. Sed igitur tentatum ſit: quoniam ſemel
Mihi te ipſum tradidiſti benefacere.

Phi. Quid igitur iubes facere me? BDE. Hunc tribona dimitte.
Hanc autem chlænam recipe tribonicè.

Phi. Poſtea filium oportet generare & nutrire,
Quòd hic me nunc ſuffocare uult?

Bde. Tene, recipe hanc capiens, & non loquere.

Phi. Hoc malum quid eſt per omnes Deos,

Bde. Hi quidem uocant perſida, illi autem caunacem.
Phi. Ego autem pelliceam putabam Thymætida.
Bde. Et non admiratio, in ſardos enim non iuiſti.
Cognoſceres enim, nunc autem non cognoſcis. PHI. Ego?
Per Iouem non igitur nunc. ſed uidetur mihi
Similis eſſe maximè Morichi Sagmati.
Bde. Non, ſed in Ecbatanis hæc texuntur.
Phi. In Ecbatanis fit tramæ lana?
Bde. Vnde ô bone. ſed hoc barbaris
Texitur multis expenſis, hæc
Lanarum talentorum deuorauit facile.
Phi. Igitur lanæ pernitiem certè oportebat hanc uocare
Iuſtius quàm caunacem. BDE. Tene ô bone,
Et ſta indutus. PHI. Hei mihi miſer.
Valde calidum ſordida quid me in eructat.
Bde. Non recipis? PHI. Per Iouem non ego: ſed ô bone
Siquidem neceſsitas, furnum me induè.
Bde. Age, ſed ego te indaum: tu autem igitur ueni.
Phi. Depone tamen & forcipem. BDE. Cur? quid iam?
Phi. Vt excipias me ante diſrumpi.
Bde. Age nunc, exue maledicta calciamenta.
Hæc feſtinans induè laconica.
Phi. Ego enim tolerabo indui unquam
Inimicis à uiris hoſtilia calciamenta?
Bde. Impone, quando? ô amice deſcende uiriliter
In Laconicam feſtinans. PHI. Iniuſtitia afficis me,
In hoſtilitatem impellens pedem.
Bde. Fer & alterum. PHI. Nullomodo hunc, quoniam
Valde odio habens lacones ipſius eſt unus digitorum.
Bde. Non ſunt præter hæc alia. PHI. Infelix ego,

Qui in

Qui in ſenectute tumorem nullum capiam.

Bde. Feſtina aliquando indutus poſtea cum diuitijs

Sic procedens delicatum quid diaſala coniza.

Phi. Ecce uide figuram, & conſidera me, cui

Maximè ſimilis ſum ambulatione diuitum.

Bde. Cui? Dothieni alio circuminduto.

Phi. Et quidem ſum promptus mouere podicem.

Bde. Age, nunc conſtitue ſermones caſtos dicere,

Viris præſentibus multum diſcentibus & prudentibus.

Phi. Ego. BDE. Quid igitur dices? PHI. Multos ualde:

Primum quidem quomodo Lamia capta pepedit,

Poſtea autem quomodo Cardopion matrem.

Bde. Non mihi fabulas, ſed humanorum

Quales dicimus maximè in domo.

Phi. Ego ſcio igitur horum ualde in domo,

Illum quomodo ſic aliquando fuit mus & muſtella.

Bde. O rudis & inerudite Theogenes dixit

Coprologo, & hæc iniuria affectus

Mures muſtellas uis dicere in uiris.

Phi. Quales? quos autem oportet dicere? BDE. Eximios.

Quomodo cum uidebas Androcle & Cliſthene.

Phi. Ego autem uidi unquam nullomodo

Præter in Parum, & hæc duos obolos ferens.

Bde. Sed igitur dicere oportet te quomodo pugnauit ſtatim

Ephudion fortiter Aſcondæ bene,

Iam ſenex exiſtens, & canus: habens autem

Latus grauiſsimum, & manus iliaq́; &

Thoracem optimum. PHI. Ceſſa ceſſa, nihil dicis.

Quomodo autem pugnaſſet fortiter thoracem habens?

Bde. Sic narrare putant ſapientes.

Sed alterum dic mihi apud uiros amicos
Bibens, tui ipſius quale dicere putas
In iuuentute opus uiriliſsimum?

Phi. Illud illud uiriliſsimum meorum,
Quando Ergaſionis palos furabar.

Bde. Perdis me, quos palos? ſed quomodo uel caprum
Expuliſti unquam, uel leporem, uel lampada pugnandi
Cucurriſti, inueniens quod iuueniſsimum,

Phi. Ego ſcio igitur hoc iuueniſsimum,
Quando curſorem Phlaylum exiſtens ualde iuuenis adhuc
Cepi, impellens conuicij calculis duobus.

Bde. Ceſſa: ſed huc declinatus addiſce
Compotator eſſe & coitor.

Phi. Quomodo igitur declino dic feſtinãs. BDE. Bene figurate.

Phi. Sic iubes declinari? BDE. Minimè.

Phi. Quomodo autem? BDE. Genua extende, & nudè
Humidum unge te ipſum in lectis:
Poſtea lauda aliquam ollarum.
Tectum aſpice, ſonitum aulæ admirare,
Aquam in manu, menſas inferre.
Cœnamus, abluti ſumus, iam ſacrificamus.

Phi. Per Deos, inſomnium comedimus.

Bde. Tibicina inſufflauit. hi autem compotatores
Sunt, Theorus, Aeſchines, Phanus, Cleon:
Amicus quidam alter ad caput Acesterus.
His coëxiſtens cantus quomodo ſuſcipies bene?

Phi. Verum, quòd nullus diacriorum ſuſcipiet.

Bde. Ego aſsimilabor: & iam enim ſum ego Cleon.
Canto autem primus harmodij. ſuſcipies autem tu.
Nullus unquam uir fuit Athenienſis.

Non ſic

Phi. Non ſic malus fur.

Bde. Hoc facies multum clamans?
Dicit enim perdere te & corrumpere,
Et hac terra expellere. PHI. Ego autem
Si minatur, per Iouem alteram cantabo.

VERSIO MEMBRORVM QVATVORDECIM.

Cho. O' homo hic furiatus magna potentia,
Peruertes adhuc ciuitatem: hæc autem tenetur robore.
Quid autem quando Theorus ante pedes iacens,
Canit Cleonis capiens dexteram,
Admeti ſermonem: ô amice diſcens bonos ama,
Quem huic dices cantum? PHI. Verecundus ego,
Non eſt decipere,
Neq; ambobus fieri amicum.

Bde. Poſt hunc Aeſchines ille Selli ſuſcipiet
Vir ſapiens & muſicus: & poſtea cantabit
Res & uim
Clitagoræq; & mi-
Hi cum Theſſalis.

Phi. Multa autem deportaſti tuq; & ego.

Bde. Hoc quidem decenter tu ſcis.
Vt autem in cœnam in Philoctemonis eamus.
Puer puer cœnam Chryſe præpara nobis,
Vt & inebriemur per tempus. PHI. Nullo modo
Malum bibere. ab enim uino fit
Et ianuas quatere, & uerberare, & iacere,
Et poſtea reddere argentum ex crapula.

Bde. Non, ſi cum fuiſti uiris bonisq; & honeſtis.
Vel enim admonuerunt paſſum,

Vel

Vel ſermonem dixiſti ipſe urbanum aliquem
Aeſopicum, ridiculum, uel Sybariticum,
Quæ didiciſti in conuiuio, & poſtea in riſum
Rem uertiſti: quare dimittens te abit.

Phi. *Diſcendum igitur eſt multos ſermonum,*
Siquidem reddam nihil, ſiquid facio malum.
Age, nunc eamus, nihil nos teneat.

ADCANTVS MEMBRORVM NOVEM.

Sæpe autem apparui mihi ipſi prudens eſſe,
Et rudis neq; unquam.
Sed Amynias ille Selli magis ex his uinculi,
Hic quem ego aliquando uidi pro pomo & malo punico
Cænante cum Leogoro,
Eſurit enim quàm Anthiphon.
Sed legationem agens enim in Pharſalum iuit, poſtea illic
Solus ſolis pauperibus cum erat illis Theſſalorum,
Ipſe pauper exiſtens minor nullo.

VERSIO VERSVVM NOVEM.

O' beate Automenes, ualde te dicimus beatum,
Filios genuiſti quòd manu artificioſißimos.
Primum quidem omnibus amicum uirumq; ſapiētißimum,
Cithara cantantißimum, quem gratia ſecuta eſt.
Hunc autem ſimulatorem alterum, difficilem, ualde ſapientem:
Poſtea Ariphradem multo quid ſapientißimum:
Quem quondam iurauit diſcentem à nullo,
Sed à ſapienti natura ſpontaneum edidiciſſe,
Linguam formare, in ſcorta ingredientem ſemper.

INVERSIO MEMBRORUM NOVEM.

Sunt quidem qui me dicebant quòd feci pacem,
Quando Cleon me turbauit incumbens
Et me peßimis uellicauit. & poſtea quãdo uerberatus ſum,
Hi extra ridebant ualde, clamantem ſpectatores,
Nihil igitur mei cura; quantum autem ſolum ſcire
Cauillulum ſi unquam aliquod preſſus eijcio.
Hæc deſpiciens, ſub aliquid paruum adulatus ſum,
Poſtea nunc decepit palus uineam.

The. *Heu anguillæ beatæ corio,*
Et ter beatæ illo in lateribus meis:
Valde bene tectæ eſtis & ſcienter,
Tegula dorſum ad latera tegere.
Ego autem perij ſtimulatus baculo.

Cho. *Quid eſt ô ſerue? puerum enim, & ſi ſit ſenex*
Vocare iuſtum quicunq; percußiones accipit.

The. *Non enim ſenex nocentißimum fuit malum,*
Et coëxiſtentium multo inebriatißimus?
Et certè aderat Ippylus, Antiphon, Lycon,
Lyſiſtratus, Thuphraſtus, Phrinichus.
Horum omnium erat iniurioſißimus longe.
Statim enim poſtquam impletus fuit multorũ & bonorum,
Mutatus eſt, ſaltabat, pedebat, deridebat,
Tanquam ordeorum aſellum conuiuantem.
Et uerberabat iam me iuueniliter puer puer uocans.
Poſtea ipſum poſtquam uidit, aßimilauit Lyſiſtratus.
Similis es ô ſenex nouis diuitijs feci,
Iudiciq; in ſtabula palearum aufugienti.
Hic autem reclamans reaßimulauit ipſum Parnopi,

Stheneloq;

Stheneloq; uaſicula tondenti.
Hi autem applauſerunt præter Thuphraſtum ſolum.
Hic autem deridebat ualde iam prudens.
Senex autem Thuphraſtum interrogauit, dic mihi
In quo ſuperbis? & ſuperbus eſſe ſimulas:
Reprehendens circa bene facientes ſemper.
Talia circa iniuria afficiebat ipſos in parte,
Cauillans ruſtice, & adhuc ſermones dicens
Indoctiſsime, nihil ſimiles rei.
Poſtea poſtquam iam inebriatus eſt, domum uenit
Verberans omnes, ſi quis ipſi obuiaſſet.
Hic autem iam errans aduenit.
Sed longe ab eo ante percuſsiones capere.

Phi. Eleua, adhibe,
Lugebit aliquis horum à tergo
Sequentium me.
Qualiter ſi non abibitis uos
O' agricolæ, hac
Lampade aſſatos præparabo.

Bde. Certè quidem tu dabis cras horum pœnam
Nobis omnibus, & ſi uehementer eſſes iuuenis.
Congregati enim ibimus te aduocantes.

Phi. Heu, heu, uocantes,
Antiqua ueſtrûm igitur ſci-
Tis, quòd neq; audiens tolero iuſtitias, heu, heu.
Hæc mihi placent iace cemos.
Non diſcedunt enim ubi eſt iudex longe.
Aſcende huc aurea cantharula,
Manu hunc capiens funem.
Tene: ſerua autem ualde marcidum funem:

Tamen

Tamen certè tritum non triſtatur,
Vides, ego te ualde prudenter te ſurripui,
Futuram iam lesbizare compotatores:
Quorum gratia redde teſticulo huic gratiam.
Sed non reddes, neq; extendes ſcio quòd.
Sed decipies, & hiabis huic magnopere.
Multis enim iam & alteris ipſa operabor,
Si fies autem non mala nunc mulier,
Ego te poſtquam hic meus filius mortuus fuerit,
Liberans habebo pollicem ô cunnicule.
Nunc autem non teneo ego mei ipſius res:
Iuuenis enim ſum, & obſeruor uehementer.
Hic enim filiolus obſeruat me, & eſt difficilis,
Et aliter, auarus.
Hæc igitur circa me timet, ne corrumpar.
Pater enim nullus eſt ipſi præter me.
Hic autem & ipſe in te & me uidetur currere.
Sed quàm citiſsime ſta, has uerò has faces
Capians, ut ipſum irrideam iuueniliter,
Qualiter aliquando hic me ante myſteria.
Bde. *O hic ſuperbe & mulieroſe.*
Deſyderare amareq; appares pulchrum tumulum.
Non ſpernes per Apollinem hoc faciens.
Phi. *Valde dulciter comedes ex aceto pœnam.*
Bde. *Non grauia reprehendere te, tibicinam*
Compotatorum furantem? PHI. *Qualem tibicinam?*
Quid talia nugaris tanquam à tumulo cadens?
Bde. *Per Iouem hæc ubi eſt tibi Dardarnis?*
Phi. *Non, ſed in foro Deis lampas comburitur.*
Bde. *Lampas hæc?* PHI. *Lampas certè: non uides ornatam?*

Bde. Quid autem nigrum hoc eſt ipſius hoc in medio?
Phi. Pixa iam combuſta exit.
Bde. Hic à tergo non podex eſt hic?
Phi. Ramus quidem igitur lampadis hic extat.
Bde. Quid dicis tu? qualis ramus? non es hic tu?
Phi. Heu heu quid uis facere? BDE. Ducere hanc capiens,
Abſtrahens te, & putans eſſe marcidum,
Et nihil poſſe facere. PHI. Audi nunc me:
Olympiadibus enim quando aſpiciebam ego,
Ephudion pugnauit Aſcondæ bene
Iam ſenex exiſtens: poſtea ceſtu uerberans
Senior deiecit iuniorem.
Ad hæc obſeruant capias plagas in uultu.
Bde. Per Iouem oblitus es olympiam.
Veni mihi, adesq́; precor per Deos.
Mulier uenditrix panis. Hic enim eſt qui me uir perdidit,
Hac tæda uerberans, & eiecit hinc
Panes decem obolorum, & inteſtinum quatuor.
Bde. Vides quas feciſti res iterum? oportet & pœnas
Habere propter tuum uinum. PHI. Nullo modo: quoniam
Sermones placant ipſa prudentes.
Quare ſcio quòd ſic conciliabor.
Mul. Non per Deos ſpernes Myrtias.
Ven. Angylionis filia & Soſtratæ,
Sic corrumpens mei onera.
Phi. Audi ô mulier, ſermonem tibi uolo
Dicere gratum. VEN. Per Iouem non mihi ô miſer.
Phi. Aeſopum à cœna euntem ueſperi,
Confidens & inebriata quædam latrabat canis:
Et poſt ea ille dixit: ô canis canis,

Si per

Si per Iouem pro mala lingua alicunde
Panes emeres, modeſtus eſſe mihi uidereris.
Ven. Et derides me, aduoco te quicunq; es
Ad ædiles nocumenta onerum,
Iudicem habens Chærephonta hunc.
Phi. Per Iouem, ſed audi ſiquid tibi apparebo dicere.
Laſus quondam contra docuit & Simonides.
Poſtea Laſus dixit: parum mihi curæ eſt.
Bde. Verum hic, & tu iam mihi Chærephon
Mulieri uocare, ſimilis pallidæ
Inoni ſuſpenſæ ad pedes Euripidis.
The. Hic aliquis alter ut uidetur uenit,
Vocaturus te hunc accuſatorem habet.
Eu. Hei mihi miſer, aduoco te ô ſenex
Iniuriæ. BDE. Iniuriæ, non non uocabis per Deos.
Ego enim pro ipſo pœnam do tibi,
Quam ſi iuſſeris, & gratiam præcedam.
Phi. Ego quidem igitur ipſi conciliabor
Volens: fateor enim uerberaſſe & percutere.
Sed ueni huc prius: concedis mihi
Quod oportet me reddentem argentum rei
Eſſe amicum in futurum? an tu mihi dices?
Accu. Tu dic: pœnarum enim non indigeo, neq; negociorum.
Phi. Vir Sybarites excidit ex curru,
Et defractus eſt caput ualde uehementer.
Fuit enim non èxpertus exiſtens equitatus,
Et poſtea inſtans dixit uir ipſi amicus:
Faciat aliquis quam quisq; nouit artem.
Sic autem & tu accurre in illa pittali.
Bde. Similia tui & hæc alijs moribus

Accu. *Sed igitur tu memento ipſe quæ reſpondit.*
Phi. *Audi, ne fugias. in Sybari mulier quondam*
Defregit Echinum. ACCV. *Hæc ego teſtor.*
Phi. *Echinus igitur habens aliquem teſtatus eſt.*
Poſtea Sybaritis dixit: ſi per Proſerpinam
Teſtimonium hoc dimittens citò
Vinculum emeris, mentem habebis meliorem.
Accu. *Iniuria affice quouſq; pœnam principes uocet.*
Bde. *Non per Cererem amplius hic manebis,*
Sed eleuans portabo te. PHI. *Quid facis?* BDE. *Quid facio*
Intro porto te hic. ſi autem non citò,
Accuſatores deprehendent uocatos.
Phi. *Aeſopum Delphi quondam.* BDE. *Parum mihi curæ eſt.*
Phi. *Phialam accuſabant furatum eſſet Dei.*
Hic dixit ipſis quòd cantharus quondam.
Bde. *Hei mihi quòd peribis ipſis his cantharis.*

VERSIO MEMBRO-
rum duodecim.

Cho. *Beatum uoco fortuna*
Senem: ubi uertit
Aridos mores & uitam.
Alia autem nunc contradiſcens
Certè perſuadebitur in
Delicatam & mollem.
Velociter autem forte non uolet,
Hoc enim recedere difficile
Natura quam habet aliquis ſemper.
Tamen multi hæc paßi ſunt.
Adhærentes ſententijs aliorum
Mutantes mores.

INVERSIO MEMBRO-
rum duodecim.

Multam autem laudem à me
Et prudentibus
Aſſecutus abit propter.
Amorem patriæ & ſapientiam
Filius Philocleonis. nul-
Li enim ſic miti
Conuerſatus ſum, neq;
Inſaniui, neq; èffuſus ſum.
Quid enim ille contradicens
Non melior fuit uolens
Generantes caſtis
Ornare rebus?

Ser. Per Dionyſium inuentu difficiles nobis res
Fortuna aliqua inuocauit in domum.
Hic enim ſenex poſtquam bibit per multum tempus,
Audiuitq; cantum, gratificatus re
Saltans noctis nihil ceſſat.
Antiqua illa quibus Theſpis pugnabat.
Et tragœdos dicit oſtendere cronos
Mentem perſaltans paulopoſt.

Phi. Quis in aularibus ianuis ſedet:

Ser. Hoc & iam cedit malum.

Phi. Seræ declinentur hæ. SER. Etenim iam
Habitus principium.
Magis autem forte inſaniæ principium.
Latus uertentis ſub robore
Quale naſus ſonat, &
Spina reſonat? SER. Bibe elleborum.

Phi. Timet Phrinichus ſicut aliquis gallus.
Ser. Citò iacies.
Phi. Crus in cœlum calcitrans
Podex oſcitat. SER. In te ipſum uide.
Phi. Nunc enim in articulis noſtris
Vertitur diſſolutus poples.
Bde. Non bene per Iouem non certè, ſed furiales res.
Phi. Age, nunc redico & contra pugnatores uoco.
Si quis tragœdus dicit ſaltare bene:
Mihi ſaltans huc ueniat.
Dicit aliquis? an nullus? BDE. Vnus ille ſolus.
Phi. Quis infelix eſt? BDE. Filius Carcini
Ille me ſatus. PHI. Sed hic deuorabitur:
Perdam enim ipſum cantu digiti.
In cantu enim nihil eſt. BDE. Sed ô miſer
Alter tragœdus carcinites uenit
Frater ipſius. PHI. Per Iouem emi certè.
Bde. Per Iouem nihil aliud præter carcinos.
Aduenit enim alter rurſus horum carcini.
Phi. Hoc quid fuit adſerpens? oxis? an phalanx.
Bde. Pinnoteres hic eſt genere
Minimus: qui tragœdiam facit.
Phi. O` Carcine ô beate bona filiatione.
Quanta multitudo decidit orchilorum?
Sed deſcendendum in ipſos ô miſer.
Salem ſparge his ſi ego uinco.
Cho. Age nunc nobis ipſis parum concedemus omnes,
Vt in taciturnitate nos aduertant ſe ipſos.

VERSIO

VERSIO MEM-
brorum decem.

Age ô magni nomine
Filij marini
Saltare ad arenam,
Et littus maris indomiti
Nucum fratres
Velocem pedem in circulo mouete.
Et phrynicheum.
Et calcitret aliquis ut
Cantantes ſupra crus
Admirentur ſpectatores.

VERSIO ALTERA
uerſuum decem.

Semicho. *Verte, tranſgredere circulo, & in uentre pede percute teipſum*
Iace crus in cœlum, uerſiones fiant.
Et ipſe enim in ponto Medorum rex pater proſerpit,
Lætatus in his ſui ipſius filijs tribus ſaltatoribus.
Sed educite ſi diligitis ſaltanes foras
Nos citò. hoc enim nullus unquam prius fecit,
Saltantem qui liberauerit chorum tragœdis.

VESPARVM FINIS.

ARISTOPHANIS AVIVM ARGVMENTVM.

DVo ſunt ex Athenis diſcedētes ſenes propter iudicia: eunt autē ad Tereū epopa factū: interrogaturi ab ipſo, quæ ciuitas eſt in habi-

tationem optima. Vtuntur aũt uiæ ducibus auibus: hic quidem cornice, ille autẽ graculo. nominãtur autem, hic quidem Piſtheteros, ille autem Euelpides: qui & prior incipit. Scena in Athenis. Actus hic illorum ualde potenter factorũ. Doctus eſt autem Chabria imperante in ciuitate per Calliſtratũ, qui fuit ſecundus auibus: primus Amipſias baccanalibus, tertius Phrynichus monotropo, ſunt autem trigintaquinq;. Terribilia autem tunc Athenienſibus negocia, tunc enim nauale perditum eſt circa Siceliam. Lamachus non amplius erat. Nicias mortuus erat. Deceliam erant ædificantes Lacedæmonij, Agis Lacedæmoniorum dux obſidebat Atticam. Alcibiades illa Lacedæmoniorum ſapiebat: & concionans conſultauit optima Lacedęmonijs. Hęc Athenienſiũ calamitates: propter hæc Athenienſiũ fugæ, & tamen non abſtinuerunt à male faciendo & calumniando.

ACTVS PERSONAE.

Euelpis — *Piſtheterus*
Seruus Epopus — *Alter ſeruus* Trochilus
Epops — *Chorus auium*
Preco — *Sacerdos*
Poëta — *Fatidicus*
Geometra — *Explorator*
Legiſlator — *Nuncius*
Iris — *Alter preco*
Patricida — *Cineſias dithyrambicus*
Pauper calumniator — *Prometheus*
Neptunus — *Tribalus*
Hercules — *Seruus Piſtheterus.*
Alter nuncius.

ARISTO

ARISTOPHANIS
AVES.

EVELPIS.

RECTAM iubes ubi arbor apparet?
Pi. Rumparis. hæc aũt rurſus clamitat iterũ.
Eu. Quid ô agricola ſurſum deorſum erra-
Pi. Perimus aliter uiam proferentes. (mus?
Hoc me cornici perſuaſum miſerum.
Viam tranſire ſtadia plus quàm mille?
Eu. Hoc me graculo perſuaſum infelicem
Delere ungues digitorum.
Pi. Sed neq; ubi terræ ſumus ſcio ego amplius.
Eu. Hinc patriam inuenias tu alicubi?
Pi. Neq; per Iouem hinc Execeſtides.
Eu. Hei mihi. PI. Tu quidem ô amice uiam hanc ueni.
Eu. Certe grauia nobis fecit ex auibus
Scutellarum uenditor Philocrates furens,
Qui hos dicebat nobis dicere Tereum
Epopa qui auis factus eſt ex auibus:
Et uendidit quidem Tharrhelidæ hunc
Graculum obolo, hanc autem triobolo.
Hi autem non ſciunt nihil aliud præter mordere.
Et nunc quid oſcitas, eſt ubi in petris
Nos adhuc duces? non enim eſt hic aliqua
Via. PI. Neq; per Iouem hic uia nullo modo.
Eu. Neq; cornix uiam quid dicit circa.
Pi. Non eadem clamittat per Iouem nuncq; & tunc.

Eu. Quid iam dicit de uia? PI. Quid aliud niſi
Mordens exedere dicit mei digitos.
Eu. Non graue igitur eſt nos indigentes
Ad coruos uenire & apparatos,
Poſtea non inuenire poſſe uiam?
Nos enim ô uiri præſentes in ſermone
Aegrotationem ægrotamus contrariam Sacæ?
Hic quidem enim exiſtens non ciuis cogitur,
Nos autem tribu & genere honorati,
Ciues cum ciuibus non expellente nullo,
Volamus ex patria ambobus pedibus.
Ipſam quidem non odio habentes illam ciuitatem:
Hoc non magnam eſſe natura & fortunatam,
Et omnibus communem ſoluere res.
Hæ quidem enim igitur cicadæ unum menſem uel duos
In ficis canunt, Athenæi autem ſemper
In iudicijs canunt omnem uitam:
Propter hæc hoc iter imus.
Caniſtrum autem habentes & ollam & myrtos,
Erramus quærentes locum ocioſum
Vbi firmantes perſeueremus.
Hic autem exercitus nobis eſt ad Tereum,
Epopa ab illo audire indigentes,
Sicubi talem ſcit ciuitatem ubi uolatur.
Pi. Hic. EV. Quid eſt? PI. Cornix mihi diu
Superius quid dicit. EV. Et graculus hic
Superius oſcitat tanquam oſtendens aliquid mihi.
Et non eſt quomodo non ſint hic aues.
Sciemus autem ſtatim ſi faciemus ſtrepitum.
Sed ſcis faciens? crure uerbera petram.

Tu au-

Pi. Tu autem capite,ut ſit duplex ſtrepitus.
Eu. Tu autem lapide uerbera capiens. PI. Valde ſi uidetur.
Eu. Puer puer. PI. Quid dicis?hic epopa puer uocas?
Non pro filio oportebat ad epopem uocare.
Eu. Epopi. SER. Facies quid me uerberare rurſus iterum.
Eu. Epopi. SER. Qui hi?quis clamans dominum?
Eu. Apollo euerſor malorum oſcitatione.
Ser. Hei mihi miſero aucupes hi.
Eu. Sic eſt graue,neq; melius dicere.
Ser. Pereatis. EV. Sed non ſumus humines?SER. Quid autem?
Eu. Timens ego libyca auis.
Ser. Nihil dicis. EV. Et certè interroga hæc ad pedes.
Ser. Hæc autem iam quæ eſt auis,non dices?
Pi. Oſcitans ego phaſianica.
Eu. Sed tu quæ fera unquam es per deos?
Ser. Auis ego ſeruus. EV. Victus es quo
Gallo. SER. Non,ſed quando dominus,
Epops factus eſt,tunc fieri me precatus eſt
Auem:ut comitem miniſtrum haberet.
Eu. Indiget enim auis & ſeruo aliquo?
Ser. Hic enim puto prius homo quondam exiſtens,
Tunc quidem amat comedere piſciculos phalericos:
Curro in piſciculos ego capiens catinum
Pulmentarium cupit.opus eſt cochleari & olla.
Curro in cochleare. EV. Trochilus auis hic.
Scio igitur quod faciens ô trochile?dominum
Nobis uoca. TRO. Sed nuper per Iouem
Dormit deuorans myrta & ſerphos aliquos.
Eu. Tamen ſuſcita. TRO. Scimus manifeſtè
Quòd egre feret,ueſtri autem ipſum gratia excitabo.

Male tu

Pi. *Male tu pereas quòd me perdidiſti timore.*

Eu. *Hei mihi infelix, & graculus mihi it*
Præ timore. PI. *O' timidiſſima tu fera,*
Timens dimiſiſti graculum? EV. *Dic mihi*
Tu autem cornicem non dimiſiſti decidens?

Pi. *Per Iouem non ego.* EV. *Vbi enim eſt?.* PI. *Auolauit.*

Eu. *Non igitur dimiſiſti ô bone, ualde uirilis es.*
Aperi ſyluam ut exeam aliquando.

Eu. *O' Hercules, hæc quæ nam eſt fera?*
Quæ pennatio? qui modus tricriſtæ?

Pi. *Qui ſunt me quærentes?* EV. *Duodecim Dei*
Venient conterere te. EP. *Nunquid me deridetis,*
Videntes pennationem? eram enim ô aduenæ
Homo. EV. *Non te deridemus.* EP. *Sed quem?*

Eu. *Roſtrum nobis tui ridiculum apparet.*

Ep. *Talia quidem Sophocles lædit,*
In tragœdijs me Tereum.

Eu. *Tereus enim es tu? utrum auis an pauo?*

Ep. *Auis ego.* EV. *Et poſtea tibi ubi pennæ?*

Ep. *Defluxerunt.* EV. *Vtrum à morbo aliquo?*

Ep. *Non, ſed hyeme omnes aues*
Detrahunt pennasq́; rurſus alias emittimus.
Sed dicite mihi uos qui eſtis? EV. *Nos? homines.*

Ep. *Cuiates genere?* EV. *Vnde triremes bonæ*

Ep. *Nunquid heliaſtæ.* EV. *Ne, ſed alterius moris,*
Apeliaſtæ. EP. *Seminatur enim hoc illic*
Semen? EV. *Parum quærens ex agro capies.*

Ep. *Rei autem iam cuius indigentes huc ueniſti?*

Eu. *Tibi conuerſari uolentes.* EP. *Quo de?*

Eu. *Quòd primū quidē eras homo, quēadmodū nos aliquando.*

Et ar-

Et argentum debuiſti, ſicut nos aliquando,
Et non reddens gaudebas ſicut nos aliquando:
Poſtea rurſus auibus mutans naturam,
Et terram uolabas & mare in circuitu,
Et omnia quæcunq; homo, quæcunquæq; auis ſapis.
Hæc igitur ſupplices nos ad te huc abiuimus,
Si quam ciuitatem diceres nobis bene lanatam,
Tanquam pelliceam inclinari mollem.

Ep. Poſtea maiorem aſperis quæris ciuitatem?

Eu. Maiorem nihil, commodiorem autem nobis.

Ep. Optime imperare manifeſtus es quærens. EV. Ego?
Minimè, & hunc Scellij odi.

Ep. Qualem igitur ſuauiſſime habitabitis ciuitatem?

Eu. Vbi maximæ res eſſent tales.
At ianuam meam ante ueniens aliquis amicorum
Dicat hæc per Iouem olympicum
Vt adſis mihi & tu & filioli
Loti mane, curo enim comedere nuptias,
Et nullo modo aliter facies. ſi autem non:
Ne mihi tunc uenias quando ego facio male.

Ep. Per Iouem miſeras res amas
Quid autem tu? PI. Tales amo ego. EP. Quas?

Pi. Vbi obuiantium mihi hæc aliquis accuſabit
Tanquam iniuſtitia affectus filij pulchri pater.
Bene mihi filium ô Stilbonide
Inueniens abeuntem à gymnaſio lotum,
Non oſculatus es, non ſalutaſti, non adduxiſti,
Non teſticulos tetigiſti, exiſtens mihi patrius amicus.

Ep. O' miſerrime tu mala qualia amas?
At eſt qualem dicitis fortunata ciuitas

Apud

Apud rubrum mare. EV. Hei mihi nullo modo.
Nobis apud mare ubi reflectitur,
Vocatum ducens mane ſalaminia.
Græcam autem ciuitatem potes nobis dicere?
Ep. Quid non elium leprcum habitatis
Venientes? EV. Quid per Deos qui non uidens
Odi lepreum à Melanthio.
Ep. Sed ſunt alij Locridis opuntij
Vbi decet habitare. EV. Sed ego Opuntius
Non fiam pro talento auri.
Hæc autem iam quæ eſt cum auibus uita?
Tu enim ſcis diligenter. EP. Non ingrata inexercitium:
Quo primum quidem decet uiuere ſine crumena.
Eu. Multam abſtuliſti uitæ immunditiam.
Ep. Paſcimur autem in hortis alba ſeſama,
Et myrta, & papauera, & ſiſymbria.
Eu. Vos quidem igitur † quæritis ſponſorum uitam? uiuitis
Pi. Heu, heu.
Certè magnum inſpicio conſilium in auium genere.
Et potentiam qua fiet ſi perſuadebimini mihi.
Ep. Quid tibi perſuadebimur? PI. Quid perſuadebimini? primum quidem
Non uolate ubiq; hiantes,
Quòd hoc inhonoratum opus eſt ſtatim.
Illic apud nos uolantes ſi interrogauerit
Quis hic auis, Teleas dicet hæc.
Homo auis inſtabilis uolans,
Sine ſigno, nihil unquam in eodem manens.
Ep. Per Dionyſium bene reprehendis hæc.
Quid igitur faciemus. PI. Habitate unam ciuitatem.

Qualem

Ep. *Qualem autem habitabimus aues ciuitatem?*
Pi. *Verum ô ineruditiſsimum dicens uerbum*
Vide d[illegible]ſum. EP. *Et iam uideo.* PI. *Vide nunc ſuperius.*
Ep. *Video.* PI. *Circumage ceruicem.* EP. *Per Iouem*
Accipiam, quid ſi uertar?
Pi. *Vidiſti aliquid?* EP. *Nebulas & cœlum.*
Pi. *Non hic igitur certè eſt auium polus?*
Ep. *Polus?* PI. *Quomodo tanquam diceret aliquis locus.*
Quòd autem uertitur hoc & diſcurrit
Omnia, propter hoc uocatur nunc polus.
Si autem habitabitis hoc & ſepietis ſemel,
Ex polo hoc uocabitur ciuitas.
Quare dominabimini hominibus quidem tanquam parnopibus:
Hoc autem rurſus Deos perdes fame melia.
Ep. *Quomodo?* PI. *In medio iam aër eſt terræ.*
Poſtea quemadmodum nos ſi ire uolumus
Pythonem Bœotos tranſitum petimus.
Sic quando ſacrificabunt homines deis,
Si non tributum ferant uobis: hi dei
Propter ciuitatem alienam & chaos,
† Crurium nidorem non transferetis. Femorum.
Ep. *Heu, heu.*
Per terram, per laqueos, per nebulas, per retia.
Non ego intelligentiam ſuperbiorem audiui dum:
Quare habitabo tecum ciuitatem,
Si apparebit alijs auibus.
Pi. *Quis igitur rem ipſis narrabit?* EP. *Tu.*
Ego enim ipſos barbaros exiſtentes antea

Docui

Docui uocem coëxiſtens multo tempore.

Pi. Quomodo igitur ipſos conuocabis? EP. Facile.
Huc enim iniens ſtatim ualde 'n ſyluam,
Poſtea ſuſcitabis meam luſciniam.
Vocamus ipſos. hi autem noſtrum uocem
Si audierint, current curſu.

Pi. O amiciſsime auium tu, non nunc ſta.
Sed precor te, age quamcitiſsimè in ſyluam
Ingredere, & ſuſcita luſciniam.

CANTVS MEMBRORVM
quatuordecim.

Ep. Age, conuiua mihi, ceſſa quidem ſomno.
Funde autem leges ſacrorum hymnorum:
Quos per diuinum os luges,
Meum & tuum per lachrymabilem Ityn,
Plorans humidis cantibus,
Barbæ flauæ pura it
Per comoſam ſmilacem uox,
Ad Iouis ſedes: ubi auricomus
Phœbus audiens tuis elegis,
Contracanens eburneam
Citharam deorum ſtatuit choros,
Per autem immortalia ora it,
Conſonans ſimul
Diuinus beatorum luctus,
Canit quis?

CONSTITVTIO PER
circumciſionem.

Eu. O Iupiter rex uoce auis,
Qualiter dulcificauit ſyluam totam.

Hic

Pi. Hic. EV. Quid eſt? PI. Non tacebis? EV. Quid aũt?
Pi. Epops canere rurſus præparatur.

CANTVS MEMbrorum decem.

Ep. Epopoe, popopo, popoe, popoe.
Io, io, ito, ito, ito, ito, ito:
Eat aliquis huc meorum ſimul uolatilium
Quiq; bene ſeminatas agrorum uias
Paſcitis tribus multæ hordiphagorum,
Seminilegorumq; genera cito uolantia
Mollem mittentia uocem.
Quiq; in ſulco frequenter glebas
Circum cànitis huc
Subtile lætantes uoce.

ALTERA VERSIO ET cantus membrorum tredecim.

Tio, tio, tio, tio, tio, tio, tio, tio,
Quiq; ueſtrum in hortis in hæ-
Deræ ramis paſcuum habent, quiq; in montibus
Quiq; oleiphagi, quiq; comarophagi.
Feſtinate uolantes ad meum cantum.
Trioto, trioto, trioto, tobrix.
Quæcunq; heleas apud aulonas
Acutioris culices
Flectitis: quiq; bene roſcidosq;
Terræ locos habitatis, & pra.
Tum deſyderabilem Marathonis,
Auisq; uarie pennata
Attagas, attagas.

ALTERA VERSIO ET
cantus membrorum octo.

Quorumq; in pontium tumorem maris
Tribus cum alcyonibus ualotis,
Huc uenite audituri iuniora:
Omnes enim hic tribus congregamus,
Auium extenſarum colla.
Venit enim aliquis aſper legatus,
Nouus ſententia,
Nouorum operumq; conator.

INCANTATIO
membrorum quinq;.

Sed uenite in ſermones omnes
Huc,huc,huc,huc.
Toro toro,toro toro,toro tinx
Ciccabau,ciccabau.
Toro toro,toro tolililix.

CONSTITVTIO
per circunciſionem.

Pi. *Vides quem auem?* EV. *Per Apollinem ego quidem non.*
Tamen oſcitaui in cœlum aſpiciens.
Aliter igitur epops ut uidetur in ſyluam
Ingrediens cecinit charadrium imitans.
Ep. *Torotinx,torotinx.*
Pi. *O' bone,ſed hic & iam aliquis auis uenit.*
Eu. *Per Iouem auis certè,qui unquam,non iam dum pauo.*
Pi. *Hic ipſe nobis dicet qui eſt auis hic.*
Ep. *Hic non conſuetorum horum quos uidetis uos ſemper,*
Sed paludoſus. PI. *Papæ ,pulcher & phœnicius.*
Ep. *Decenter etenim nomen ipſi eſt phœnicopterus.*

Hic ô

Pi. Hic ô te. EP. Quid clamas? PI. Alter auis hic.
Ep. Per Iouem alter iam forte hic aduenam locum habens.
Pi. Qui unquam ſuperbus ſine loco auis in monte iens.
Ep. Nomen huic Medus eſt. PI. Medus ô rex Hercules,
Poſtea quomodo ſine camelo Medus exiſtens uolauit?
Eu. Alter rurſus criſtam capiens aliquis auis hic.
Pi. Quod monſtrũ hoc unquã eſt? nõ tu ſolus igitur eras epops?
Sed hic alter? EPO. Hic eſt quidem Philoclei
Ex epope, ego autem huius auus: quemadmodum ſi diceres
Hipponicus Calliæ, & ex Hipponico Callias.
Pi. Callias igitur hic auis eſt? ualde pennas deijcit.
Ep. Tanquam enim exiſtens generoſus à ſycophantis uellitur,
Hæq; fœminæ euellunt ipſius pennas.
Pi. O' Neptune ualde alter rurſus tinctus auis hic.
Qui nominatur unquam hic? EP. Hic deuorator.
Pi. Eſt enim deuorator aliquis alius quàm Cleonymus?
Quomodo igitur Cleonymus exiſtens non abiecit criſtam?
Eu. Sed tamen quæ unquam criſtatio in auibus
An in duellum uenerunt? EP. Quemadmodum cares quidem igitur
In criſtam habitant, ô bone ſecuritatis gratia.
Pi. O' Neptune, non uides quantum congregatum eſt malum
Auium? EV. O' rex Apollo nebula heu heu.
Neq; uidere amplius eſt ab ipſis uolantibus uiam.
Pi. Hæc perdix, ille per Iouem attagas.
Hic autem peneops, ille autem alcyon.
Eu. Quæ enim eſt ille à tergo ipſius. PI. Qui eſt corylus.
Eu. Corylus enim eſt auis? PI. Non enim eſt ſporgilus
Et hæc glaux. EV. Quid dicis? quis noctuam Athenas duxit?

Citta,turtur,corydus,eleas,hypothymis,columba,
Nertus,accipiter,palumbus,cuculus,erythropus,ceblepyres,
Prophyris,cerchneis,colymbis,ampelis,phenedriops,
Pi. Heu,heu,auibus,
Heu,heu,copſichis,
Qualia canunt & currunt clamitantes.
Nunquid minantur nobis?heu mihi oſcitarunt,
Et aſpiciunt ad te & me. EV. Hoc quidem & mihi uidetur.
Cho. Po,po,po,po,po,po,po,po,poe.
Vbi me igitur qui uocauit?
Quem locum igitur paſcit?
Hic diu adſum,& non abſum amicis.
Cho. Ti,ti,ti,ti,timptru.
Quem ſermonem igitur unquam
Ad me amicum habens?
Ep. Communem,ſecurum,iuſtum,ſuauem,utilem:
Viri enim ſubtiles rationatiui huc uenerunt ad me.
Cho. Vbi?quò?quomodo dicis?
Ep. Dico ab hominibus ueniſſe huc legatos duos:
Venerunt autem habentes radicem rei magnæ.
Cho. O' maximè peccator ex quo nutritus ſum ego.
Quomodo dicis? EP. Nondum timuiſti ſermonem? CHO. Quid mihi feciſti?
Ep. Viros ſuſcepi amatores huius conuerſationis.
Cho. Et feciſti hoc opus? EP. Et faciens lætor.
Cho. Et ſunt iam ubi? EP. Apud nos,ſi apud uos ſum ego.

VERSIO MEMbrorum octo.

Cho. Heu,heu,tradimur,iniuſtaq; paſſi ſumus.

Qui

Qui enim amicus erat ſimul nutritusq́; nobis
Paſcebat campos apud nos,
Præteriuit quidem leges antiquas,
Præteriuit autem iuramenta auium.
In autem dolum uocauit, adiecitq́; me apud
Genus iniuſtum, quod ex quando factum eſt in me,
Hoſtile nutritum eſt.

CONSTITVTIO
per circunciſionem.

Ad quidem igitur auem nobis eſt ultimus ſermo.
Horum autem ſenes uidetur mihi huic dare pœnam.
Dilacerariq́; à nobis. PI. *Valde perimus certè.*
EU. *Cauſa quidem tu nobis es malorum horum ſolus.*
In quid me illinc duxiſti? PI. *Vt ſequereris me.*
EU. *Vt quidem igitur fleam ualde.* PI. *Hoc quidem nugaris habens*
Valde. EV. *Quomodo? flebis; enim ſi ſemel oculos uerberaberis.*

INVERSIO MEMbrorum nouem.

Cho. *Heu, heu, induc, adeas, infer hoſtile,*
Incurſionem cædilem, alam omnino
Inijce, circundaq́;.
Quòd oportet hos lugere ambos,
Et dare roſtro nutrimentum.
Neq; enim mons umbroſus, neq; nebula ætheria?
Neq; album pelagus eſt quod ſuſcipiat
Hos aufugientes me.
Sed non trademus iam hos uellere & mordere.
Vbi eſt princeps, inducatur dextrum cornu.

Eu. Hoc illud, quò fugiam infelix? PI. Hic non manebis?
Eu. Vt ab his dilaniar. PI. Quomodo enim hos putas?
Eu. Effugere non ſcio quomodo. PI. Sed aliquid tibi dico.
Quòd quidem oportet pugnare, capereq; ollas.
Eu. Quid autem olla nos iuuabit? PI. Glaux quidem non procedit nobis
His autem curuis ungues hic, ueru rapiens,
Poſtea defige ad ipſum. EV. His autem oculis quid?
Pi. Vas acetorium illinc appone capiens, uel catinum.
O ſapientiſſime bene inueniſti ipſum, & militarie
Superas tu iam Niciam inuentionibus.
Eleleleu, procede, depone roſtrum, non tardare oportet,
Trahe, uelle, uerbera, decoria, frange primam ollam.
Ep. Dic mihi quid cogitatis omnium peſſima ferarum
Perdere petientes nihil uiros & diuellere
Meæ uxoris exiſtentes cognato & contribules?
Cho. Parcemus enim aliquid his magis nos quàm lupis,
An aliquos puniemus alios his inimiciores amplius?
Ep. Si autem natura quidem inimici, mente autem ſunt amici,
Et docturi aliquid huc uenerunt uos utile.
Cho. Quomodo autem hi nos aliquid utile docebunt unquam?
An dicent exiſtentes inimici illis auis meis?
Ep. Sed ab inimicis certè multa diſcunt ſapientes.
Hic enim metus ſaluat omnia. à quidem igitur amico
Non diſcas nihil: hic autem inimicus ipſe cogit.
Statim ciuitates à uiris didicerunt inimicis, & nõ amicis,
Facereq; altos muros, nauesq; fabricare longas.
Hæc autem doctrina hæc ſaluat filios, domum, pecunias.
Cho. Eſt quidem ſermonum audire primum ut mihi uidetur
Vtile: diſcat enim aliquis & ab inimicis ſapiens.

Hi au-

Pi. Hi autem iram deprimere uidentur: reduc in crus.
Ep. Et iuſtum eſt, & mihi oportet dare uos gratiam.
Cho. Sed quidem neq; alia tibi re aduerſamur.
Pi. Magis pacem ducunt
Nobis, quare ollam
Catino depone.
Et lanceam oportet ueru
Deambulare habentes nos
Arma intra apud ol-
Lam extremam ipſam uidentes
Prope, quòd non fugiendum nobis.
Eu. Verum, ſi autem igitur morimur,
Deſodiemur ubi terræ?
Pi. Ceramicus ſuſcipiet nos.
Publice enim ut ſepeliamur,
Dicemus ad milites
Pugnantes inimicis
Mori in orneis.

VERSIO MEM-
brorum ſeptem.

Cho. Reduc in ordinem iterum in idem,
Et animum depone, inclinans
Apud iram ſicut armatus.
Et reinterrogemus hos qui unquam,
Et unde uenerunt.
In quam ſententiam.
Heus epops te uoco.
Ep. Vocas autem, quid audire uolens?
Cho. Qui unquam hi, & unde?
Ep. Hoſpites ſapienti à Græcia.

Cho. Fortuna autem qualis portat
Aliquando ipſos ad aues uenire.
Ep. Amor uitæ, dietæq;
Et tui, cohobitareq; tibi,
Et ſimul eſſe ſemper. CHO. Quid dicis?
Dicunt autem iam quos ſermones?
Ep. Incredibilia & ultra audire.
Cho. Vides quod lucrum hic dignum manſione,
Quo perſuaſus eſt mihi coëxiſtens
Vincere an inimicum? an
Amicis prodeſſe poſſe?
Ep. Dicit magnam quandam opulentiam, ne-
Que dicibilem neq; credibilem: quòd
Tua hæc enim iam omnia, &
Hic & illic, &
Huc accedit dicens.
Cho. Vtrum furens?
Ep. Ineffabile ualde prudens.
Cho. Eſt ſapiens aliquid menti?
Ep. Prudens uulpes
Sophiſma, inuentum, tritauum, flos totum.
Cho. Dicere iube mihi dicere.
Audiens enim quæ tu mihi dicis,
Verbis ſuperuolo.

CONSTITVTIO
per circunciſionem.

Ep. Age iam tu & tu armaturam rurſus
Hanc capientes, ſuſpendite fortuna bona
In coquinam intro prope clauum.
Tu autem hos in quibus ſermonibus condixi ego,

Dic, doce. PI. Per Apollinem ego quidem non:
Si non diſponant hi teſtamentum mihi,
Quod Pithecus uxori diſpoſuit,
Gladiorum factor: neq; mordere hos me,
Neq; teſticulos trahere, neq; fodere. CHO. Non quid
Hunc nullomodo. PI. Non, ſed oculos dico.
Cho. Diſpono ego. PI. Iura nunc hæc mihi.
Cho. Iuro in his omnibus uincere iudicibus.
Et ſpectatoribus omnibus. PI. Erunt hæc.
Cho. Si autem tranſgrediar uno iudice uincere ſolum.
Pi. Audite populе hos armatos nunc quidem,
Capienteſq; arma abire retro domum:
Conſyderare autem quod præſcribimus in tabellis.

VERSIO MEMbrorum undecim.

Cho. Doloſum quidem ſemper ſecundum omnem iam modum
Natus eſt homo. tu autem tamen dic mihi
(Cito enim adipiſceris
Bonum edicens) quod mihi admones, uel
Potentiam aliquam maiorem,
Derelictam à mea mente
Ignara. tu autem hoc uides, dic in commune
Quod enim tu adipiſceris mihi
Bonum præbens: hoc commune erit,
Sed in quo uenis tuam re ſententiam perſuadens,
Dic confidens quòd pacta non prius præteribimus.
Pi. Et qdẽ cõcupiſco ꝑ Iouẽ et præparatus eſt ſermo unus mihi,
Quem præparare nõ prohibet. fer puer coronã, defundite.
In manu aquam ferat citò aliquis. CHO. Cœnare uolumus, an quid?

Pi. Per Iouem.ſed dicere quæro quid diu magnum & dulce uerbum aliquod,
Quod horum franget animam,ſic uobis ſuper doleo,
Qui exiſtẽtes prius reges. CHO. Nos reges? cuius? PI. Vos
Omnium quæcunq; ſunt,me primum hoc & Ioue ipſo
Antiquiores,prioresq́; Saturno & Titanibus nati eſtis.
Et terra. CHO. Et terra? PI. Per Apollinem. CHO. Hoc per Iouem non audiui.

Pi. Ineruditus enim natus es, et non negocioſus,neq; Aeſopum exercuiſti,
Qui dicebat narrans corydalus omnium primam auem genitam eſſe,
Priorem terra,& poſtea morbo patrem ipſius mori,
Terram autem nõ eſſe: hunc autem præiacere mittendum; hanc autem impotentem
Ab inuentione patrem ipſius in capite deſodiſſe.

Cho. Pater igitur corydi nunc iacet mortuus capitibus.

Ep. Igitur certe,ſi priores quidem terra, priores autem deis nati ſunt:
Tanquam annoſiſsimorum ipſorum exiſtentium recte eſt regnum.

Eu. Per Apollinem. ualde igitur oportet roſtrum paſcere te in futurum

Ep. Non reddet citò Iupiter ſceptrum drycolaptæ?

Pi. Quòd aũt non dei igitur hominibus imperauit antiquitus,
Sed aues & regnabant: multa ſunt ſigna horum.
Statim autem uobis primum oſtendam gallum quòd regnabat,
Imperabatq́;Perſis primum omnibus,Dario et Megabizo:
Quare uocatur perſicus auis à dominatione adhuc illa.

Propter

Ep. *Propter hæc habens & nūc tanquā rex magnus diſcurrit*
In capite caßidem auium ſolus rectam,
Pi. *Sic autem potuitq́;, & magnus erat tunc & multus. quare etiam nunc.*
Præ robore hoc tunc illo quando ſolum diluculo cecinit,
Reſaltant omnes ad opus fabriferrarij, figuli, pellium tinctores,
Coriarij, balnearij, farinæ uenditores, tornoſcuta, & liras facientes.
Hi autem uadunt calciati nocte. EV. *Me hoc interroga.*
Chlænam enim perdidi ignarus phrygiarum lanarum propter hunc.
In decimam enim quandoq; puerulo uocatus ebibebam in ciuitate,
Et nuper dormiueram: & ante cœnare alios hic cantabat.
Et ego putans diluculum, ibam alimunta, & item inclino
Extra murum: & fur uerberat baculo me dorſo,
Et ego cado, uoloq́; clamare: hic autem abſtulit pallium mei.
Pi. *Miluius igitur Græcis imperabat tunc & regnabat.*
Ep. *Græcis?* PI. *Et oſtendit hic primus regnans.*
Præuolui miluijs. EV. *Per Dionyſium ego igitur*
Volutus ſum miluium uidens, & poſtea ſupinus exiſtens oſcitans
Obolum deuoraui, & poſtea uacuum ſacculum domum abſtraxi.
Pi. *Aegypti autem rurſus & phœnices omnis cuculus rex erat*
Et quando cuculus dixiſſet cucu, tunc phœnices omnes
Frumenta & ordea in campis metebant.
Ep. *Hoc illud erat uerbum uere cucu, hernioſi in campum.*
Pi. *Regnarūt aūt ſic uehemēter à principio, ut ſiqs et regnaret*

In

In ciuitatibus Græcorum Agamemnon uel Menelaus:
In ſceptris ſedit auis participans, quòd dona ſuſcipiat.
Eu. Hoc igitur non ſciueram ego, & igitur me cepit admiratio.
Quando exiuit Priamus aliquis habens auem in tragœdis:
Hic autem conſtituit Lyſicratem, obſeruans quòd dona ſuſciperet.
Pi. Quod grauiſsimũ eſt omniũ, Iupiter enim ille nunc regnãs,
Aquilam ſtatuit auem habens in capite rex exiſtens.
Hæc autem rurſus filia glauca. hic autem Apollo tanquam medicus accipitrem.
Eu. Per Cererem bene hæc dicis, cuius igitur gratia hæc habẽt?
Pi. Vt quando ſacrificans, poſtea ipſis in manum ut lex eſt,
Viſcera dat, Ioue ipſi peiores uiſcera capiant,
Iurabatq́; nullus tunc hominum Deum, ſed aues omnes.
Lampon autem iurat etiam & nunc anſerem, quando decipit aliquis aliquid.
Sic uos omnes prius magnos ſanctosq́; putabant.
Nunc autem mancipia, ſtolidos, inſanos.
Tanquàm autem iam furioſos
Percutiunt uos, & in ſacris
Omnis aliquis in uos auceps
Statuit laqueos, reticula, uirgas,
Septa, nebulas, retia, conglutinationes!
Poſtea capientes uendunt congregatos
Hi autem emunt palpantes.
Et neq; igitur (ſi quidem hæc uidetur facere)
Aſſantes apponunt uos:
Sed ſupraiaciunt caſeum, oleum,
Radicem laſſaris, acetum: & terentes
Deſuſionem alteram dulcem & pinguem,

Et

Et poſtea diſperſerunt calidam
Hanc in uos
Ipſos, tanquam carnes putidas.

INVERSIO MEMbrorum undecim.

Multum iam multum iam difficillimos ſermones
Portaſti homo: ualde
Lachrymaui meorum
Patrum timiditatem, qui
Hos honores progenitorum præbentium
In me deſtruxerunt.
Tu autem mihi ſecundum fortunam &
Conuerſationem bonam uenis mihi ſaluator:
Dedicans enim ego tibi
Pullos & meipſum, habitabo iam.
Sed quid oportet facere tu doce præſens, quòd uiuere non dignum nobis:
Niſi capiamus omnimodo noſtram dominationem.

Pi. Et iam igitur primum doceo unam auium ciuitatem eſſe.
Et poſtea aërem omnem in circuitu: & omne hoc in medio
Circummurare magnis lateribus coctis tanquã Babylona.

Ep. O Cebriona & Porphyrion ualde terribilem ciuitatem.

Pi. Et poſtea ſi hoc inſtat dominationem Iouem petere,
Et ſiquidem non ſinat, neq; uelit, neq; ſtatim ſciat bellare,
Sacrum bellum proclamare ipſi & deis negare,
Per locum noſtrum ſtantibus non deambulare:
Sicut prius adulterantes Alcmenas deſcenderunt,
Et alopas & ſemelas. ſi autem inuadunt iacere,
Sigillum ipſis in crus ut non coëant amplius illas.
Hominibus auem alterum mittere preconem iubeo,

Tanquam

Tanquam auibus regnantibus, ſacrificare auibus in futurũ,
Et poſtea deis nouiſſime iterum. attribuere autem decenter
Deis auium quod congruat unicuiq;.
Si Veneri ſacrificet, frumenta aui phaleridi ſacrificare.
anati Si autem Neptuno quis ſuem ſacrificet, †noctuæ ſacrificare.
Si autẽ Herculi quis bouẽ, laro placẽtas ſacrificare mellitas.
Et ſi Ioui ſacrificet regi arietem, rex eſt orchilus auis:
Cui priori decet Ioue ipſo, ſerphum marem mactare.
Eu. Lætatus ſum ſerpho mactato, tonet nunc magnus Iupiter.
Ep. Et quomodo nos putant deos homines, & non graculos
Qui uolamus, alaſq; habemus? PI. Nugaris. & per Iouem Mercurius
Volat deus exiſtẽs, alaſq; fert, & alij dei ualde multi:
Statim uictoria uolat alis aureis, & per Iouem amor.
Irim autem Homerus dixit ſimilem eſſe timidæ columbæ.
Ep. Iupiter autem uobis non tonans mittet alatum fulmen?
Pi. Si autem igitur uos quidem præ ignorantia eſſe putabunt nihil.
Hos autem deos illos in olympo: tunc oportet paſſerũ nubem eleuatam,
Et ſeminum lectorum ex agris ſemen ipſorum deuorare,
Et poſtea ipſis Ceres frumenta fameſcentibus menſuret.
Ep. Non uolet per Iouem, ſed uidebis excuſationes ipſam præbentem.
Pi. Hi autem rurſus corui iugalium quibus terram arant,
Et ouium oculos eijciant in tentatione,
Poſtea Apollo medicus exiſtẽs ſanet: mercedem ſumat aũt.
Eu. Non antequam ego boues hos meos primum uendam.
Pi. Si autem putant te deum, te uitam, te autem terram, te Saturnum, te Neptunum

Bona.

Bona ipſis omnia aderunt. CHO. *Dic iam mihi horum bonorum unum.*

Pi. *Primum quidem ipſorum uineas parnopes non edunt.*
Sed noctuarum inſidiæ in ipſos & cerchneidum inuehet.
Poſtea culices & auiculæ ſemper ficos non edunt,
Sed expellet omnes aperte ipſos armẽtum unũ turdorum.

Ep. *Diteſcere aũt unde dabimus ipſis? etenim hoc ualde amant.*

Pi. *Metalla ipſis inquirentibus hi dabunt bona,*
Hasq́; mercaturas utiles ad uatem dicent:
Quare non peribit nauicularius nullus. CHO. *Quomodo non peribit?*

Pi. *Prædicet aliquis ſemper auium inquirenti circa nauigationem,*
Nunc non nauiga, hyems erit: nunc nauiga, lucrum inerit.

Eu. *Nauigium poßideo & nauem guberno, & non manebo apud uos.*

Pi. *Theſauros ipſis oſtendent quos priores depoſuerunt*
Argentorum: hi enim ſciunt dicunt hæc omnes.
Nullus ſcit theſaurum meum, præter ſiquis auis.

Eu. *Multo nauigium poßideo ligonem, & hydrias defodio.*

Ep. *Quomodo aũt ſanitatem dabunt ipſis exiſtentẽ apud deos?*

Pi. *Si bene agant, non ſanitas magna hoc eſt? manifeſte ſcias*
Quòd homõ male agens aperte nullus ſanus eſt.

Cho. *Quomodo autem in ſenectutem aliquando abibunt? etenim hoc eſt in olympo:*
Vel puerulũ mori oportet. PI. *Per Iouẽ, ſed trecentos ipſis*
Adhuc apponunt aues annos. CHO. *À quo? à ſeipſis?*
Non ſcis quòd quinq; generationes uirorum uiuit garrula cornix.

Eu. *Papæ, ualde multo potentiores hi Ioue nobis regnare.*

Non

Pi. Non enim multo primum quidem no-
N altaria nos ædificare oportet
Lapidea ipſis, neq; claudere
Aureis ianuis, ſed ſub arbuſtis
Et fruticulis habitant.
His autem rurſus prudentibus auium,
Arbor oleæ altare erit.
Et neq; in Delphos neq; in Ammo-
Ne euntes illic ſacrificabimus, ſed in
Moris & oleaſtris,
Stantes habentes ordea, frumenta,
Supplicabimus, ſibijpſis extendentes
Manus bonorum dare aliquam partem:
Et hæc nobis ſtatim erunt,
Frumenta pauca proponentibus.

VERSIO MEMBRORVM DVODECIM.

Cho. O' amiciſsime mihi multo ſenum ex inimiciſsimo incidens,
Non eſt ut ego uolens tuam ſententiam amplius dimittam.
Glorians autem tuis uerbis,
Minatus ſum & iuraui,
Si tu apud me ponens
Concordes ſermones iuſtos,
Non doloſos, ſanctos,
In Deos ibis mihi,
Sapiens eoſdem cantus non multo tempore,
Deos adhuc ſceptra mea terere.
Sed quæcunq; quidem oportet fortitudine facere in hæc ordinabimus nos:
Quæcunq; quidem ſententia oportet conſultare, in te hæc omnia incumbunt.

CON-

CONSTITVTIO
per inciſionem.

Ep. *Et quidem per Iouem non dormitare amplius*
Hora eſt nobis, neq; tarde uincere,
Sed quàm citiſsime oportet aliquid facere. primum autem
Intrare in nidum meum,
Et meas feſtucas, & præſentia ſarmenta,
Et nomen nobis dic, ſed facile.
Pi. *Mihi quidem nomen Piſthetærus.* EP. *Huic autem quod?*
Pi. *Euelpides ex Thracia.* EP. *Sed gaudete.*
Pi. *Ambo ſuſcepimus.* EP. *Huc igitur intrate.*
Pi. *Eamus, introduc tu capiens nos.* EP. *Veni.*
Pi. *Sed illud reuoca rurſus.* EP. *Age, uideam.*
Pi. *Dic nobis quomodo egoq; & hic*
Coërimus uobis uolantibus, non uolantes?
Ep. *Bene.* PI. *Vide nunc quòd in Aeſopi uerbis*
Eſt dictum iam aliquid, uulpem quòd
Male communicauit aquilæ aliquando.
Ep. *Nihil timeas: eſt enim aliqua radicula,*
Quam edentes eritis alati.
Pi. *Sic quidem introëamus. age iam Xanthia,*
Et Manodore accipite lectos.
Cho. *Hic te uoco, te dicens.* EP. *Quid uocas?* CHO. *Hos quidem duco tecum,*
Cœna. hanc autem dulce conſonantem luſciniam muſæ
Derelinque nobis huc exiens, ut ludamus cum illa.
Pi. *O hoc quidem per Iouem ipſis perſuade.*
Exi ex butomo auiculam,
Exire facias huc per deos ipſam, ut
Et nos uideamus luſciniam.

Ep. Sed ſi uidetur uobis hæc oportet facere. Progne
Exi, & te ipſam oſtende hoſpitibus.

Pi. O' Iupiter multum honorate ualde pulchra hæc auicula,
Valde autem tenera, ualde aũt alba. EV. Nunquid ſcis quòd
Ego ſubagitarem ipſam ſuauiter?
Quantum autem habet aurum tanquam uirgo?

Pi. Ego quidem ipſam & oſcularer puto.

Eu. Sed ô infelix roſtrum uerubus habet.

Pi. Sed tanquam ouum per Iouem decorticantem oportet
A' capite ſquamam, & poſtea ſic oſculari.

Ep. Eamus. PI. Dux ſis iam tu nobis bona fortuna.

PARTICVLA
membrorum nouem.

Cho. O' dilecta, ô flaua, ô
Dilectiſsima auium
Omnium compaſcua meorum
Hymnorum connutrix luſcinia
Veniſti, ueniſti, uiſa es
Dulcem ſonum mihi fe-
Rens. ſed ô bene uocalem ſo-
Nans tibiam ſonis uernis,
Incipe Anapæſta.

TRANSGRESSIO VER-
ſuũ triginta octo, & membro-
rum quatuordecim.

Age, iam natura uiri obſcuri uita foliorum generationi aſsimiles,
Pauca facientes, formationes luti, umbroſæ tribus impotentes,
Inuolucres, diurni, miſeri homines, uiri ſimiles inſomnijs,
Adhibete

Adhibete mentem immortalibus, nobis ſemper exiſtẽtibus,
Aethereis, inſeneſcentibus, incorruptibilia curantibus:
Vt audientes omnia à nobis rectè de altis,
Naturam auium, generationemq́; deorũ, fluuiorumq́;, erebiq́;, chaiq́;.
Scientes recte Prodico à me flere dicatis in futurum.
Chaos erat, & nox, erebusq́; niger primũ, et tartarus latus
Terra autem neq; aër neq; cœlum erat, erebi autem in infinitis ſinibus
Parit primum uentoſum, nox nigra pennas ouum,
Ex quo perfectis temporibus pululauit amor deſyderabilis,
Splendens humero alis aureis, ſimilis uentoſis uelociter uolutionibus.
Hic autem chao alato mixtus, nocturno in tartaro lato
Fecit genus noſtrum, & primum reduxit in lucem.
Prius autem non erat immortalium antequam amor commiſcuit omnia.
Commixtis autẽ alteris alteris, factum eſt cœlũ, oceanusq́;
Et terra, omniumq́; deorum beatorum genus incorruptibile: ſic quidem ſumus
Multo antiquiſſimi omnium beatorum. nos autem quòd ſumus amoris,
Multis manifeſtum, uolamus, & amantibus conſumus.
Multos autem bonos abiuratos pueros, ad fines temporis
Per potentiam noſtram, diuiſerunt uiri amatores.
Hic quidem coturnicem dans, ille autem prophyrionẽ, alius autem anſerem, alius autem perſicum.
Omnia autem mortalibus ſunt à nobis auibus maxima.
Primum quidem tempora oſtendimus nos ueris, hyemis, autumni.

Seminare quidē quando grus crocitans in Libyam decedit,
Et temonem tunc nauclero dicit ſuſpendenti dormire,
Poſtea autem Oreſti chlænam texere ut non frigens ſpoliet.
Miluius iterum poſt hæc apparens aliud tempus oſtendit.
Quando tondere tempus ouiū uellus uernū, poſtea hirūdo
Quando oportet chlænam uendere, iam æſtiuam ueſtem aliquam emere.
Sumus autem uobis Ammon, Delphi, Dodona, phœbus Apollo.
Venientes enim primum in aues, ſic ad omnia uertimini,
Adq́; mercaturam, & ad uictus poſſeßionem, & ad nuptias uiri,
Auemq́; putate omnia quæcunq; circa diuinationē diuidit.
Fama uobis auis eſt, ſternutationemq́; auem uocate,
Symbolum auem, uocem auem, ſeruum auem, aſinum auem.
An non manifeſte nos uobis ſumus uaticinator Apollo?
Si igitur nos putabitis Deos,
Poteritis uti uatibus, muſis,
Auris, horis, hyeme, æſtate,
Menſurato æſtu: & non aufugientes,
Sedemus ſuper gloriati
Apud nebulas tanquam Iupiter:
Sed præſentes dabimus uobis
Ipſis, filijs, filiorum filijs,
Diuitem ſanitatem, bonam fortunam:
Victum, pacem, iuuentutem ri-
Sum, choros, conuiuia, lacq́; auium.
Quare aderit laborare uobis
A bonis,
Sic diteſcetis omnes.

CANTVS ET VERſio membrorum ſexdecim.

Muſa ſyluoſa,
Tio tio tio tio tinx,
Varia, cum qua ego
Saltibus. cacuminibusq; in montanis,
Tio tio tio tio tinx,
Per meæ barbæ flauæ cantus
Sedens fraxino in folijs comata,
Tio tio tio tio
Pani leges ſacras oſtendo,
Caſtæq; matri ſaltationes montanas
To to to to to to to to to to tinx.
Hinc tanquam apes
Phrynichus immortalibus
Cantibus depaſcebatur, fructum ſemper
Ferens dulcem cantum.
Tio tio tio tinx.

ADVERBIVM uerſuum ſexdecim.

Cho. *Si cum auibus aliquis ueſtrum ô ſpectatores, uult*
Degere, uiuens ſuauiter in futurum, ad nos eat.
Quæcunq; enim ſunt hic turpia lege detenta,
Hæc omnia ſunt apud nos aues, bona.
Si enim hic eſt turpe patrem uerberare lege,
Hoc illud bonum apud nos eſt, ſiquis patri
Incurrens dicat, uerberans eleua plectrum ſi pugnas.
Si autem contingit aliquis ueſtrûm fugitiuus ſignatus,
Attagas hic apud nos uarius uocabitur.
Si aũt cõtingit aliqs exiſtẽs phryx, nihil minus Spinthato,

Phregilus auis hic erit Philemone genere.
Si autem ſeruus eſt & car ſicut Execeſtides?
Generet auos apud nos, & oſtendentur conſanguinei.
Si autem hic Piſij prodere inhonoratis portas
Vult, perdix fiat patris pullus:
Quòd apud nos nihil turpe eſt experdiciſſare.

RECANTATIO ET INuerſio membrorum ſexdecim.

Cho. Talem autem cygni,
Tio tio tio tio tinx,
Commixtione uocem ſimul
Alis ſtrepentes, ſonuerunt Apollinem,
Tio tio tio tio tinx,
Ripa in ſedentes apud Hebrum fluuium.
Tio tio tio tio.
Per autem æthercam nebulam uenit uox.
Stupefecit autem uariasq; tribus ferarum,
Vndasq; extinxit quieta tranquillitas.
To to to to to to to to to to tinx.
Omnis autem inſtrepuit olympus.
Cepit autem ſtupor reges:
Olympiades autem cantum gratiæ
Muſæq; ulularunt,
Tio tio tio tinx.

ADVERBIVM uerſuũ ſedecim.

Cho. Nihil eſt melius neq; ſuauius, quàm generare pennas.
Statim ueſtrum ſpectatorum ſi quis eſſet pennatus,
Poſtea eſuriens choris tragœdorum triſtaretur,
Euolans hic, optime agat iens domum:

Et poſtea

Et poſtea ſatiatus ad nos rurſus deuolet.
Siue Patroclides aliquis ueſtrum contingeret cacaturiens,
Non cacabit in ueſtem,ſed reuolabit,
Et pedens & reſpirans,rurſus deuolabit.
Siue adulterans aliquis ueſtrum eſt quicunq; contingit,
Et poſtea uides uirum mulieris in conſilio,
Hic iterum apud uos habens alas reuolabit.
Poſtea ſubagitans,illinc rurſus deſedet.
An alatum fieri uno quoq; eſt dignum?
Sicut Diitrephes uimales ſolum habens pennas,
Electus eſt tribus princeps, poſtea equorum princeps, poſtea ex nullo
Magna facit,& eſt nunc flauus equorum gallus.

Pi. Hæc talia,per Iouem ego quidem rem dum
Ridiculoſiorem non uidi nunquam.

Eu. Cur rides? PI. Propter tuas ueloces alas.
Scis cui maximè ſimilis es alatus?
In paruitatem anſeri depicto.

Eu. Tu Copſicho ſcaphio euulſo.

Pi. Hæc quidem aßimulamur ſecundum Aeſchylum.
Hæc autem non ab alijs,ſed ſuis ipſorum pennis.

Ep. Age iam,quid oportet facere? PI. Primum nomen ciuitati
Ponere aliquod magnum & inclytum,poſtea deis
Sacrificare poſt hoc. EP. Hæc & mihi ſimul uidentur.

Pi. Age uideam.quod autem nobis nomen erit ciuitati?
Vultis magnum hoc ex Lacedæmone?
Spartam nomen uocemus ipſam. EP. Hercules.
Spartam enim ponam ego meæ ciuitati,
Neq; humi dormientem ualde uinculum habens.

Pi. Quod igitur nomen ipſi ponemus? EP. Illinc

Ex nebulis & altis locis.

Pi. Latum aliquod ualde uis nephelococcygiam.

Ep. Euge euge, bonum manifeſte & magnum inueniſti nomen.
An eſt hæc nephelococcygia?
Vbi & Theagenis multæ res,
Quæq; Aeſchini omnia. PI. Et Loſtum quidem, uel
Phlegræ campum, ubi dei terrigenas
Superbientes, & poſtea iaculati ſunt.

Ep. Formoſa res ciuitatis. quis autem Deus
Ciuitatem habens erit cui diuidemus ueſtem?

Pi. Quid autem non Mineruám ſinamus ciuitatem habens?

Ep. Et quomodo adhuc fiet benecordinata ciuitas,
Vbi Deus mulier facta, armaturam
Stetit habens, Cliſthenis autem nauiculam?

Pi. Quis autem habebit ciuitatis pelargicum?

Pi. Auis à nobis genere perſico,
Qui dicitur grauiſſimus eſſe ubiq;
Martis pullus. PI. O pulle domine.

Ep. Valde autem facilis habitare in petris.
Age, tu quidem uade ad aërem
Et facientibus murum adminiſtra,
Lapillos affer, lutum ſpoliatus concita,
Peluim porta, deſcende à ſcala,
Cuſtodes conſtitue, ignem abſconde ſemper,
Tintinabulum ferens circumcurre, & dormi illic.
Preconem autem mitte, hunc quidem in deos ſupra,
Alterum autem deſuper rurſus ad homines deorſum,
Et illinc rurſus ad me. EP. Tu autem hic manens,
Lugebis apud me. PI. Valde ô bone quò mitto te ego.
Nihil enim ſine te horum quæ dico fiet.

Ego

Ego autem ut ſacrificem nouis deis,
Sacerdotem mittentem pompam uoco,
Famule famule, caniſtrum eleua & uas.

VERSIO MEMbrorum ſeptem.

Cho. Simul remigo, ſimul uolo,
Simul admonens habeo
Introitus magnos,
Caſtos adire deis.
Simul autem adhuc gratiæ cauſa
Ouem aliquam ſacrificare,
Eat eat autem, Pythias clamat Deo,
Simul cantet autem Chæris cautum.

ALIA VERSIO.

Pi. Ceſſa tu flans, Hercules, hoc quid erat?
Hoc per Iouem ego multa iam & grauia uidens,
Nondum coruum uidi frenatum.
Ep. Sacerdos, tuum opus, ſacrifica nouis deis.

VERSIO MEMbrorum decem.

Sac. Faciam hæc. ſed ubi eſt caniſtrum habens?
Supplicate Veſtæ auili,
Et miluo ueſtam habenti,
Et auibus olympijs & olympijs,
Omnibus & omnibus.
O ſunierace ſalue rex pelaſgice,
Et cygno Pythio & Delio,
Et Latonæ perdicis matri,
Et Dianæ acalanthidi.
Pi. Non amplius colænis, ſed acanthis Diana.

VERSIO MEM-
brorum ſeptem.

Sac. Et Phrygilo Sabazio,
At paſſeri magnæ
Matri deorum & hominum,
Regina Cybele paſſer mater Cleocrinthi.
Dare illis auibus
Sanitatem & ſalutem,
Ipſis & chijs.
Pi. Chijs lætatus ſum ubiq; adiacentibus.

VERSIO MEM-
brorum octo.

Sac. Et heroibus & auibus, & heroum filijs,
Et porphyrioni & pelecanti,
Et pelecino, & phlexidi,
Et tetraci & pauoni,
Et eleæ & baſcæ,
Et elaſæ, & erodio,
Et cataractæ & melancorypho,
Et ægithallo.
Ceſſa ad coruos, ceſſa uocans, heu, heu.
In quale ô infelix ſacrificium uocas?
Aquilas & uultures? non uides quòd
Miluius unus hoc abiuit rapiens?
Abi à nobis & tu & coronæ:
Ego enim ipſe hoc ſacrificabo ſolus.

VERSIO MEM-
brorum octo.

Sac. Poſtea rurſus iterum igitur tibi,
Oportet me ſecundum cantum

Guttur-

Gutturnio diuinum
Sanctum inuocare:uocare autem
Beatos unum quendam ſolum,ſiquidem
Sufficiens habebitis obſonium.
Hæc enim præſentia ſacrificia,nihil aliud præter
Barbaq́; ſunt & cornua.

Pi. Sacrificantes ſupplicabimus alatis deis.

Poe. Nephelococcygiam hanc felicem
Lauda ô muſa,
Tuis in hymnorum cantibus.

Pi. Hanc rem cuias dic mihi quis es?

Poe. Ego dulcium lingua uerborum mittens cantum,
Muſarum ſeruus,
Velox ſecundum Homerum.

Pi. Poſtea igitur ſeruus exiſtens comam habes?

Poe. Non.ſed omnes ſumus præceptores
Muſarum ſerui
Veloces ſecundum Homerum.

Pi. Non uane uelocem & ueſtem habes.
At ô poëta ſecundum quid hic corruptus es?

Poe. Cantus feci in nephelococcygias
Illas ueſtras,cantusq́; multos & pulchros,
Et uirginalia,& ſecundum illa Simonidi.

CONSTITVTIO
uerſuũ quatuor.

Pi. Hæc tu aliquando feciſti,à quali tempore?

Poe. Diu diu.iam hanc ego laudo ciuitatem.

Pi. Non nunc ſacrifico decimam huius ego?
Et nomen tanquam puero nunc iam poſui.

CANTVS ET VERſio membrorum ſeptem.

Poe. *Sed aliqua uelox muſarum fama,*
Qualis equorum uelocitas.
Tu autem ô pater ædificator Aetnæ,
Diuinis ſacrificijs cognominis,
Da mihi quodcunq;
Tuo capiti uis,
Promptus dare mihi tibi.

CONSTITVTIO uerſuum quinq;.

Pi. *Hoc præbebit malum nobis negocia:*
Si non huic dantes fugerimus.
Hic tu quidem ueſtem & interulam habes,
Spoliare, & da poëtæ ſapienti,
Habe ueſtem, omnino autem mihi frigens uideris.

CANTVS ET VERſio altera membrorum quatuor.

Poe. *Hoc quidem non nolens dilecta,*
Muſa donum ſuſcipit.
Tu autem tua mente diſce
Pindarium uerbum.
Pi. *Homo nobis non diſcedet.*

CANTVS ET VERſio altera membrorum quinque.

Poe. *Paſtoribus enim in Scytijs*
Errat Straton,
Qui textum indumentum non poßidet.

Ingloria

Ingloria autem iuit ueſtis ſine interula.
Intellige quid dico.

CONSTITVTIO
uerſuum quinq;.

Pi. *Intelligo quòd uis interululam capere.*
Spoliare: oportet enim poëtam adiuuare,
Abi hanc capiens. POE. *Abeo,*
Et in ciuitatem iens, faciam iam hæc.

CANTVS ET VER-
ſio membrorum quatuor.

Lauda ô aureæ ſedis tremorem frigidum,
Niue percuſſos campos multum, ſeminabilesq; cãpos euge.

CONSTITVTIO
uerſuum quinq;.

Poe. *Per Iouem, ſed enim fugi hæc*
Frigida, hanc interululam capiens.
Pi. *Hoc per Iouem ego malum nunquam ſperaui,*
Sic cito hunc didiciſſe ciuitatem.
Rurſus tu circum i capiens gutturnium.
Sac. *Laudes canantur.* FAT. *Ne incipias hirco.*
Pi. *Tu autem es quis?* FAT. *Quis? Fatidicus.* PI. *Luge nunc.*
Fat. *O felix diuina ne egre feras,*
Quòd eſt Bacidis oraculum, manifeſte dicens
In nephelococcygias. PI. *Et poſtea quomodo*
Hæc non uaticinabaris, tu ante me ciuitatem
Hanc habitaſſe? FAT. *Diuinum impediuit me.*
Pi. *Sed nihil potens eſt audire uerba.*
Fat. *Sed quando habitabunt lupi albæq; cornices*
In eodem in medio Corinthi & Sicyonis?
Pi. *Quid igitur conuenit certe mihi Corinthiorum?*

Aenigmaticè

Fat. Aenigmaticè dixit Bacis hoc ad aërem,
Primum terræ ſacrificare albuntricas arietem:
Qui autem mearum uerborum uenerit primum propheta?
Huic dare ueſtem puram & noua calciamenta.
Pi. Inſunt & calciamenta. FAT. Accipe librum,
Et phialam dare, & uiſceribus manum implere.
Pi. Et uiſcera dare inſunt. FAT. Accipe librum.
Et ſiquidem diuine fili facis hæc ſicut iubeo,
Aquila in nebulis fies. ſi autem non dabis,
Non eris, non turtur, non aquila, non drycolaptes.
Pi. Et hæc inſunt hic. FAT. Accipe librum.
Pi. Nihil certè ſimile eſt uaticinio huic,
Quod ego apud Apollinem excripſi.
At poſtquàm homo ueniens inglorius, ſuperbus,
Triſtificet ſacrificantes, & capere uiſcera cupiat,
Iam tunc oportet uerberare ipſum laterum in medio.
Fat. Nihil dicere puto te. PI. Accipe librum,
Et parce nihil, neq; aquilæ in nebulis,
Neq; ſi Lampon eſſet, neq; ſi magnus Diopithes.
Fat. Et hæc inſunt hæc. PI. Accipe librum:
Non uadis foras ad coruos? FAT. Hei mihi miſer.
Pi. Non alibi uaticinaberis excurrens?
Geo. Venio ad uos. PI. Alterum rurſus hoc malum.
Quid autem tu faciens? quæ autem forma uoluntatis?
Quæ ſententia? qui cothurnus uiæ?
Geo. Menſurare uolo aërem,
Vobis diuidereq; uias. PI. Per deos
Tu autem es quis uirorum? GEO. Qui ſum ego? Meton,
Quem uidit Græcia & Colonus. PI. Dic mihi.
Hæc autem tibi quid ſunt? GEO. Canones aëris:

Statim

Statim enim aër eſt ſpecie totus
Secundum furnum maximè. apponens igitur ego
Canonem deſuper hunc curuum
Imponens circinum, intelligis? PI. Non intelligo.
Geo. Recto menſurabo canone, apponens ut
Circulus fiat quadrangulus, & in medio
Forum: ferentes autem ſint in ipſum uiæ
Rectæ ad ipſum medium, tanquam autem ſtellæ
Ipſius circularis exiſtentis, recti ubiq;
Radij reſplendeant. PI. Homo Thales,
Meton. GEO. Quid eſt? PI. Scis quòd diligo te ego,
Et mihi perſuaſus diſcede uia.
Geo. Quid eſt graue? PI. Quemadmodum in Lacedæmone
Hoſpitibus impelluntur & mouentur aliquæ
Plagæ denſæ in ciuitate. GEO. Nunquid ſeditionem agitis?
Pi. Per Iouem non certè. GEO. Sed quomodo? PI. Simul
Calcitrare omnes ſuperbos uidetur.
Geo. Diſcedam enim per Iouem. PI. Valde non ſcio ſi
Præuenies: incumbunt enim prope hæ.
Geo. Hei infelix. PI. Non dixi ego diu?
Non remenſurabis te ipſum abiens aliò.
Exp. Vbi hoſpites? PI. Quis Sardanapalus hic?
Exp. Explorator uenio huc, faba ſortitus
In nephelococcygias. PI. Explorator?
Miſit autem quis te huc? EXP. Malus liber
Tributi. PI. Quid uis igitur mercedem capiens
Non moleſtias habere, ſed abire? EXP. Per deos.
Concionari autem igitur indigebam domi manens:
Sunt enim quæ per me facta ſunt Pharnacæ.
Pi. Abi capiens, eſt autem merces hæc.

Hoc

Exp. Hoc quid ſit? PI. Concilium circa Pharnacem.
Exp. Teſtificor uerberatus exiſtens explorator.
Pi. Non expellens non auferes cados.
Non grauia? & mittunt iam exploratores
In ciuitatem ante & ſacrificare deis?
Leg. Si autem nephelococcygieus Athinæum iniuſtitia afficit.
Pi. Hoc quid eſt rurſus malus liber?
Leg. Pſephiſmatopola ſum, & leges nouas
Venio ad uos huc uenditurus. PI. Hoc quid?
Leg. Vti nephelococcygieos his
Metris & ſtateris & decretis,
Quemadmodum olophyxij.
Pi. Tu autem quibus ototyxij uteris cito.
Leg. Hic quid pateris? PI. Non auferes leges
Amaras? ego tibi hodie oſtendam leges.
Exp. Accuſo Piſthetærum iniuriæ
In ianuarium menſem.
Pi. Vere hic, adhuc enim hic es tu?
Leg. Si autem aliquis expellet principes,
Et non ſuſcipit ſecundum legem?
Pi. Hei infelix, & tu enim hic es adhuc?
Exp. Perdam te, & accuſo te mille drachmarum.
Pi. Ego autem tuos cados deſpergam.
Exp. Recordare quando legem euulſiſti ueſpere.
Pi. Papæ, capiat aliquis ipſum, hic non manebis?
Sac. Abeamus nos quàm citiſsime hinc,
Sacrificaturi intus deis tragum.

CANTVS ET VERSIO
membrorum quatuordecim.

Cho. Iam mihi omnia uidenti,

Et

Et omnibus imperanti, mortales omnes
Sacrificabunt optatis precibus:
Omnem quidem enim terram uideo.
Saluo autem pullulantes fructus,
Interficiens omnium tribuum generationem
Ferarum: quæ omnia in terra
Ex germine aucta gulis deuorantibus,
Arboribusq́; inſidentes fructum deuorant.
Interficio autem quæ hortos odoriferos
Corrumpunt nocumentis peßimis.
Serptiliaq́; & mordacia quæcunq;
Sunt à mea ala,
In cædis pereunt.

ADVERBIVM
uerſuũ ſexdecim.

Cho. *Hac quidem die maximè gaudet,*
Si interficiat aliquis ueſtrum Diagoram Melium,
Accipere talentum. ſi autem tyrannorum aliquis aliquem
Mortuorum interficiat, talentum accipere.
Volumus igitur nunc clamare hæc & nos hic.
Si interficiat aliquis ueſtrum Philocratem *paſſerinum,*
Accipiet talentum. ſi autem uiuum ducat, quatuor:
Quòd congrégans paſſeres, uendit per ſeptem obolo.
Poſtea inflans turdos oſtendunt & ledunt,
Hisq́; copſichis in nares infundit pennas:
Columbasq́; ſimiliter colligens impediens habet,
Et cogit aucupari ligatas in rete.
Hæc uolumus clamare, & ſi quis aues nutrit,
Impeditos ueſtrum in aula, dicimus dimittere.
Si autem non perſuademini concepti ab auibus,

Rurſus uos iterum à nobis ligati, aucupabimini.

RECANTATIO ET REuerſio membrorum quatuordecim.

Cho. Felix tribus uolatilium
Auium: quæ hyeme quidem
Chlænas non induuntur.
Neq; rurſus calor feruoris nos
Radius longe ſplendens calefacit,
Sed floridorum pratorum,
Foliorum in ſinibus ennæi,
Quando diuina acute canens cicadà,
Caloribus meridianis à ſole furens clamat.
Hyemo autem in concauis ſpeluncis,
Nymphis montanis colludens,
Vernáq; paſcimur uirginalia,
Alba nutrimento myrta, gra-
Tiarumq; fructus.

IN ADVERBIUM. uerſuum ſexdecim.

Cho. Iudicibus dicere aliquid uolumus uictoriam circa:
Quibus bona ſi iudicent, nos omnibus ipſis dabimus,
Ad meliora dona multo illis Alexandri capere.
Primũ quidẽ enim (quod maximè omnis iudex deſyderat)
Noctuæ uos nunquam relinquent laurioticæ.
Sed inhabitabunt intus, inq; arcis
Nidificabunt, & decorticabunt parua lucra,
Poſtea ad hæc, tanquam in ſacris habitabitis.
Has enim ueſtrum domos cooperiemus ad aquilam.

Et

Et ſi ſortiti dominatiunculam, poſtea rapere uultis aliquid,
Acutum accipiterculum in manus uobis dabimus.
Si autem cœnatis, guttura uobis mittemus.
Si autem non iudicatis, æramini coopercula ferre,
Tanquam ſtatuæ, ſic ueſtrum qui nõ cooperimentũ habeat.
Quãdo habetis chlænulã albam, tunc maximè ſic pœnam
Dabitis nobis omnibus auibus euulſi.

Pi. *Hæc quidem ſacra nobis ſunt ô aues bona:*
Sed tanquam à muro adeſt nuncius
Nullus quem interrogabimus illic res.
Sed hic currit aliquis Alpheum ſpirans.

Nũ. *Vbi ubi eſt? ubi ubi ubi eſt? ubi ubi ubi eſt? ubi*
Vbi Piſthetærus eſt princeps? PI. *Hic.*

Nũ. *Aedificatus eſt tibi murus.* PI. *Bene dicis.*

Nũ. *Optimum opus & honorandum:*
Vt deſuper quidem Proxenides ille ſuperbus
Et Theagenes è contrario duos currus
Equorũ ſubexiſtẽtibus magnitudine quãta equus Troianus
In latitudine agitauit. PI. *Hercules.*

Nũ. *Hæc autem longitudo eſt (etenim menſuraui ipſam ego)*
Centum paſſuum. PI. *Ò Neptune longitudine,*
Qui ædificauerunt ipſum tantum?

Nũ. *Aues, nullus alius, non Aegyptius*
Lateriger, non petrarum factor, non faber affuit,
Sed propriæ manus, ad admirari me.
Ex quidem Libya uenerunt fere ter mille,
Grues fundamentales deuorantes lapides:
Hos autem polierunt ibides roſtris.
Alij autem lapides ferebant pelargi mille,
Aquam autem ferebant inferi in aërem,

 Charadrij,

Charadrij, & alij fluuiales aues.

Pi. Lutum ferebant autem ipſis qui? NVN. Erodij
Peluibus. PI. Hoc autem lutum iniecerunt quomodo?

Nū. Hoc ô bone inuentum eſt & ſapientiſsime:
Anſeres ſubuolantes tanquam ſarculis,
In pelues iniecerunt ipſis pedibus.

Pi. Quid certè pedes non operabuntur?

Nū. Et per Iouem anates circuncinctæ
Lateres ferebant: ſupra autem raſtrum
Volabant, habentes à tergo tanquam pueros,
Lutum in oribus hirundines.

Pi. Quid certe mercenarios item conduxit quis?
Age, uideam. quid autem? lignea muri qui
Operati ſunt. NVN. Aues erant fabri
Sapientiſsimi, Pelecantes, qui roſtris
Dolauerunt ianuas. erat autem ſtrepitus
Ipſorum pelecantium tanquam in nauis factione.
Et nunc omnes illi facti ſunt ianuis,
Et clauſi ſunt, & cuſtodiuntur circumcirca,
Tranſeuntur, tintinabulo feritur undiq;:
Cuſtodiæ ſtatutæ ſunt, & lumina
In turris. ſed ego quidem currens
Abluar, tu autem ipſe iam alia fac.

Cho. Hic quid facis? nunquid admiraris quòd
Sic murus fabricatus eſt cito?

Pi. Per deos ego, etenim dignum.
Aequalia enim uere apparent mihi mendacijs;
Sed ſic. cuſtos enim illinc nuncius
Incurrit ad nos huc ſaltanter aſpiciens.

Nū. Heu, heu, heu, heu, heu, heu,

Quæ

Pi. Quæ res hæc. NVN. Grauiſsima paſsi ſumus.
Horum enim deorum aliquis nuper illorum apud Iouem
Per portas inuolauit in aërem,
Latens graculos cuſtodes diei ſpeculatores.
Pi. O graue opus & miſerabile operans.
Quis deorum? NVN. Non ſcimus. quòd aūt haberet pēnas,
Hoc ſcimus. CHO. Non igitur uagatores oportebat
Mittere in ipſum ſtatim. NVN. Sed miſimus
Ter mille accipitres arcigeros.
Ibat autem omnis ungues curuatus,
Cerchneus, triorches, uultur, cymindis, aquila,
Impetuq; & alis, & ſtrepitibus
Aether mouebatur, cum Deus quæreretur:
Et eſt non longe ab hinc, ſed hic
Iam eſt. CHO. Igitur fundas oportet capere,
Et arcus. NVN. Veni huc omnis ſerue:
Sagitta omnis aliquis, fundam aliquis mihi det.

VERSIO MEM-
brorum undecim.

Cho. Bellum erigitur,
Bellum indicibile,
Ad me & Deos.
Sed ſerua omnis
Aërem circumnebulatum
Quem erebus peperit,
Ne te lateat deorum
Aliquis has tranſiens.
Vide autem omnis in circuitu ſpeculans
Quòd prope iam dæmonis alti,
Reuolutionis uolatilis uox exauditur.

 Hæc

Pi. *Hæc tu,quò quò quò uolas? mane tacitus,*
Habe quiete, illic ſta, tene curſum.
Quæ es? cuias? dicere oportet unde unde es.
Ir. *A' deis ego cœleſtibus.*
Pi. *Nomen autem tibi quod eſt? nauigium, an galea?*
Ir. *Iris uelox.* PI. *Maritima, uel ſalaminia?*
Ir. *Quid autem hoc?* PI. *Hanc aliquis non comprehendet*
Reuolans triorchus. IR. *Me comprehendet?*
Quid unquam eſt hoc malum? PI. *Lugebis ualde.*
Ir. *Abſurda hæc res.* PI. *Per quas portas*
Intraſti in murum ô ſceleſtiſsima?
Ir. *Non ſcio per Iouem ego per quas portas.*
Pi. *Audiſti ipſam qualiter ironice loquitur?*
Ad graculos principes aduenisti? non dicis?
Signum habes à ciconijs? IR. *Quid malum?*
Pi. *Non accepiſti?* IR. *Sanus es quidem.* PI. *Neq; ſymbolum*
Iniecit auium rex nullus tibi præſens?
Ir. *Per Iouem non mihi iniecit nullus ô miſer.*
Pi. *Et poſtea certe ſic ſilentio peruolas*
Per ciuitatem alienam & chaos.
Ir. *Quali enim alia oportet uolare Deos?*
Pi. *Non ſcio per Iouem ego: hac quidem enim non.*
Iniuſtitia autem afficis & nunc. numquid ſcis hoc quòd
Iuſtiſsime capta omnium iridum.
Mortua ſis ſi dignam aſſecuta fueris?
Ir. *Sed immortalis ſum.* PI. *Sed tamen potuiſſes mori.*
Grauiſsima enim patiemur (mihi uidetur)
Siquidem alijs imperamus. uos autem Dei
Maleficitis, & nondum cognoſcitis quòd
Audiendum uobis in parte meliores.

Dic

Dic autem mihi alis quo nauigas?

Ir. Ego?ad homines uolo à patre,
Dicens ſacrificare cœleſtibus Deis,
Oues,iugulareq́; bobus ſacrificalibus in coquinis,
Sacrificareq́; uias. PI. Quid tu dicis?quibus deis?

Ir. Quibus?nobis in cœlo Deis.

Pi. Dei enim uos? IR. Quis enim eſt alius Deus?

Pi. Aues hominibus nunc ſunt Dei,
Quibus ſacrificandum ipſis,ſed per Iouem non Ioui.

Ir. O ſtolide ſtolide,ne deorum moue mentes
Graues,ut non tui genus totaliter pernitioſum,
Iouis ligo omne peruertat iure.
Comburens autem corpus & domuum per ordines,
Comburet tui licymnijs percußionibus.

Pi. Audi,hæc ceſſa æſtuationibus,
Habe quiete.age uideam utrum Lydum an Phrygem
Hæc dicens,terrere uideris.
Nũquid ſcis quòd Iupiter ſi me dolorificabit præter modũ,
Aedes quidem ipſius,& domos Amphionis
Comburam ignem ferentibus aquilis?
Mittam autem Porphyriones in cœlum,
Aues in ipſum pardi pelle indutas
Amplius ſexcentos numero:& iam
Vnus Porphyrion ipſi præbebit moleſtus.
Tu autem ſi me dolorificabis quid,miniſtræ
Primæ extendes crura,diuidam
Irin ipſam uſq; ad admirari quomodo
Sic ſenex exiſtens,quatio triembolum.
Diſrumparis ô miſer ipſis uerbis.
Non expelles?non cito late uerberando?

 Si non

Si non te ſedabit iniuria meus pater.
Hei mihi miſer. igitur aliò uolans
Combures iuuenem aliquem

VERSIO MEM-
brorum ſeptem.

Cho. *Clamauimus*
A' Ioue genitos Deos
Non amplius meam
Tranſire ciuitatem,
Neq; aliquem ſacer-
Dotem in pauimento adhuc
Hic hominem deis mittere fumum.
Pi. *Graue preconem ad homines*
Euntem, ſi nunquam redibit iterum.
Pre. *O' Piſthetæra, ô beate, ô ſapientiſsime,*
O' glorioſiſsime, ô ſapientiſsime, ô ſplendidiſsime,
O' ter beate, ô iube. PI. *Quid tu dicis?*
Pre. *Corona te aurea hac ſapientiæ gratia,*
Coronant & honorant omnes populi.
Pi. *Suſcipio. quid autem ſic populi honorant me?*
Pre. *O' glorioſiſsimam æthereã habitans ciuitatem,*
Non ſcis quantum honorem ab hominibus fers,
Quotq; amatores huius ciuitatis habes.
Ante quidem enim habitare te hanc ciuitatem,
Laconice furebant omnes homines. tunc
Habebant comas, eſuriebant, ſordebant, ſocratizabant,
Baculos ferebant: nunc autem ſubuertentes rurſus,
More auium furiunt. omnia autem à uoluptate
Faciunt quæ aues imitantes.
Primum quidem ſtatim omnes ex lecto ſimul

Volabant

Volabant mane ſicut nos in pabulum,
Et poſtea ſimul eleuabant in libros,
Poſtea paſcebantur hic calculos.
More auium furebantur ſic manifeſte,ut &
Multis auium nomina ſint ponentia.
Perdix quidem una capelus nominatus eſt,
Claudus,Menippo autem fuit hirundo nomen.
Opuntio autem oculum non habens,coruus.
Corydus Philocli,chenalopex Theageni,
Ibis Lycurgo,Cherephonti ueſpertilio,
Syracuſio autem citta.Medias autem illic
Corturnix uocabatur:etenim ſimilis erat coturnici
Aſtyphocompo capite percuſſo.
Canebant autem omnes ab amicitia auiū omnes cantilenas.
Vbi hirundo erat aliqua depicta,
Vel penelops,uel anſer aliquis,uel columba,
Vel alæ,uel pennæ quid & paruum adeſſet.
Talia quidem illinc.unum autem tibi dico.
Venient illinc huc plus quàm mille,
Alis indigentes,& moribus curuis ungues,
Vt alarum tibi inhabitantibus opus ſit alicunde.
Pi. *Non igitur per Iouem nobis amplius opus ſtare,*
Sed quamcitiſsime tu quidem iens,ciſtas
Et cophinos omnes imple pennis.
Manes autem portet mihi foras alas,
Ego autem illis accedentes ſuſcipiam.
Cho. *Cito autem multorum uirorum hanc ciuitatem*
Vocabit aliquis hominum.
Pi. *Fortuna ſolum adſit.*
Cho. *Detinent autem amores meæ ciuitatis*

Pi. Citò ferre iubeo?

Cho. Quid enim non ineſt huic,
(Bonum uiro tranſmigrare)
Sapientia, deſyderium, immortalitas, gratiæ
Hæcq́; ualde prudentis quietis
Manſueta perſona.

Pi. Valde ignaue miniſtras,
Non cito feſtinabis?

Cho. Ferat calathum cito aliquis alarum.
Tu autem rurſus iterum irrue
Verberans hunc ſic:
Valde enim tardus quidam eſt tanquam aſinus.

Pi. Manes enim eſt timidus.

VERSIO MEM-
brorum quinq;.

Cho. Tu autem alas primum
Diſpone has ornatu,
Hasq́; muſicas ſimul, hasq́; uaticinatorias, &
Marinas. poſtea autem quomodo ſapienter
Ad uirum aſpiciens alabis.

Pi. Non aliquid per cerchnedas amplius tolerabo,
Sic uidens te timidum exiſtentem & tardum.

Pa. Fiam aquila altiuolans,
Vt uolarem indomitæ
Albæ in undam paludis.

Pi. Apparet non mendax nunciator eſſe nuncius.
Canens hic aliquis aquilas aduenit.

Pa. Papæ, non eſt nihil uolare dulcius.
Amo autem ego has in auibus.
Auium more inſanio enim, & uolo, & uolo

Habitare

Habitare uobiſcum & cupio leges.

Pi. Quales leges? multæ enim auium leges.

Pa. Omnes, maximè quod bonum putatur,
Patrem auibus ſuffocare & mordere.

Pi. Et per Iouem uirilem ualde putamus,
Qui percuſsit patrem pullus exiſtens.

Pa. Propter hæc quidem huc habitans, ego
Suffocare cupio patrem, & omnia habere.

Pi. Sed eſt nobis auibus lex
Antiqua in ciconiarum tabellis.
Poſtquàm pater Pelargus euolabiles
Omnes faciet, Pelargides nutriens,
Oportet pullos patrem rurſus nutrire.

Pa. Accepi enim per Iouem ueniens huc,
Siquidem mihi & patrem paſcendum.

Pi. Nihil. quoniam enim ueniſti ô miſer
Beneuolus, alabo te tanquam auem orphanam.
Tibi autem ô adoleſcentule non male ſuggeram,
Sed qualia ipſe didici quando puer eram. tu enim
Patrem quidem ne uerbera. hanc autem capiens
Alam, & hoc plectrum altera,
Putans galli habere criſtam,
Cuſtodi, milita, mercedem ferens te ipſum nutri,
Hunc patrem ſine uiuere. ſed quoniam pugnator es,
In hæc in Thracia auola, & illic pugna.

Pa. Per Dionyſium, bene mihi uideris dicere,
Et parebo tibi. Pi. Mentem igitur habebis per Iouem.

CONSTITVTIO PER
circunciſionem aliter uerſa.

Cin. Supra uolo iam ad olympum

Alis

Alis leuibus: uolo autem uiam
Aliquando in aliam cantuum.

Pi. Hæc res pondere indiget alarum.

Cin. In trepida mente
Corpori generationem narrans

Pi. Saluto tilianum cineſiam.
Quid huc pedem tu claudum in circulo circundas

Cin. Auis fieri uolo
Stridula luſcinia.

Pi. Ceſſa cantans: ſed quodcunq; dicis, dic mihi.

Cin. A' te alatus, uolo altus
Supra uolans, ex nebulis nouas capere
Aëre motas, niue tactas ſcalas.

Pi. Ex nebulis enim aliquis ſcalas capiat.
Suſpenditur quidem igitur nobis ars.
Dithyramborum enim ſplendida fiunt
Aëria & tenebroſa, & nigre ſplendentia,
Et alis mota. tu autem audiens ſcies cito.

Pi. Non certe ego. CIN. Per Herculem tu.
Omnem enim narro tibi aërem,
Simulacra uolatilium æthere currentium,
Auium extenſarum collo.

Pi. Oop. CIN. Marinum curſum errans,
Cum uentorum flatibus irem.

Pi. Per Iouem ego tui ſedàbo flatus.

Cin. Aliquando auſtralem iens ad uiam,
Aliquando autem rurſus boreæ corpus appropinquans,
Marinum ætheris ſulcum ſcindens,
Gratioſa ô ſenex, ſapiuiſti & ſapientia.

Pi. Non enim tu gaudes ala mobilis factus.

Hæc

Cin. Hæc feciſti circulari præceptori,
Qui generationibus pugnator ſum ſemper.
Pi. Vis docere & apud nos igitur manens,
Leotrophide chorum uolantium auium
Cecropidam tribum? CIN. Derides me, manifeſtus es.
Sed igitur ego non ceſſabo. hoc ſcias quòd
Ante alatus diſcurri aërem.
Cal. Aues qui hi,
Nihil habentes alis uarij,
Extenſi alis uaria hirundines.
Pi. Hoc malum non malum euigilauit?
Hic autem rurſus lugens, huc aliquis aduenit.
Cal. Extenſe alis uaria ualde iterum.
Pi. In pallium malignum cantare mihi uidetur:
Indigere autem apparet non paucarum hirundinum.
Cal. Quis alans hic eſt aduenientes?
Pi. Hic adeſt, ſed quo opus eſt oportet debere.
Cal. Alis, alis opus eſt, ne interroga ſecundo.
Pi. Nunquid rectà Pellenem uolare cogitas?
Cal. Per Iouem, ſed uocator ſum inſularis
Et calumniator. PI. O beate arte.
Cal. Et moleſtiarum inquiſitor. poſtea indigeo alas capiens
Circulo circuire ciuitates uocans.
Pi. Ab alis quid aduocare ſapientius?
Cal. Per Iouem, ſed ut latrones non triſtificent me:
Cum gruibusq; illinc recedo iterum,
Pro lapide multas bibens pœnas.
Pi. Quod enim operaris tu opus dic mihi?
Iuuenis exiſtens calumniaris hoſpites?
Cal. Quid enim patiar? fodere non ſcio.

Sed

Pi. Sed ſunt alia per Iouem opera modeſta,
A` quibus degere uirum oportebat tantum,
Ex iuſto magis quàm pœnas ſuere.
Cal. O` felix ne admone me, ſed ala.
Pi. Nunc hæc dicens alo te. CAL. Et quomodo uerbis
Virum alabis tu? PI. Omnes uerbis
Alantur. SY. Omnes? PI. Non audiuiſti
Quando dicunt patres ſemper,
Adoleſcentulis in apothecis tonſorijs hæc,
Grauiterq́; mei adoleſcentulum Dijtrephes,
Dicens realauit ad equitare.
Hic autem aliquis hunc ipſius dicit in tragœdia
Realaret & uolare mentes?
Sy. Verbisq́; igitur & alantur? PI. Dico ego.
Ab enim uerbis mensq́; eleuatur,
Attolliturq́; homo: ſic & te ego
Realans, uolo bonis uerbis
Vertere ad opus legitimum. SY. Sed non uolo.
Pi. Quid autem facies? SY. Genus non deturpabo.
Auita uita calumniandi eſt mihi.
Sed ala me uelocibus & leuibus alis,
Accipitris uel cerchnedis, ut hoſpites
Vocans & poſtea uocans hic,
Et poſtea rurſus uolem rurſus illuc. PI. Intelligo.
Sic dicis ut debeat pœnam
Hic ante ire hoſpes. SY. Valde intelligis.
Pi. Et poſtea hic quidem nauigat huc, tu autem illuc rurſus uola
Rapiens res ipſius. SY. Omnia tenes,
Trocho nihil differre oportet. PI. Intelligo
Trochum, & quidem ſunt mihi per Iouem

Optime

Optimæ cercireæ tales alæ.

Sy. Hei mihi miſer, lorum habes. PI. Alas quidem igitur
Quibus te faciam hodie trochare.

Sy. Hei miſer non alabis hic?

Pi. Non diſcedes ô peßime periturus?
Amaram cito uidebis uerſionem pœnæ malitiæ.
Abeamus nos colligentes alas.

VERSIO MEMbrorum tredecim.

Cho. Multa iam & noua & admi-
Rabilia uolabamus,
Et graues res uidimus.
Eſt enim arbor nata
Magna quædam cardia
Longe Cleonymus:
Vtilis quidem nihil, a-
Liter autem timida & magna.
Hæc quidem uere ſemper
Pululat
Et calumniatur:
Hyeme autem iterum
Scuta folijs fluere facit.

CONVERSIO MEMbrorum duodecim.

Eſt autem rurſus regio ad ipſam
Tenebram, longe aliqua in
Lucernarum ſolitudine,
Vbi heroibus, homini-
Bus cum cænant, &
Simul ſunt præter ueſperam.

Tunc

Tunc autem non amplius erat
Tutum ſimul obuiare,
Si enim obuiaſſet aliquis heroi,
Hominum nocte Oreſti,
Nudus erat percuſſus ab i-
Pſo omnibus aptis.

Pro. *Hei mihi miſero Iupiter ut non me uideat,*
Vbi Piſthetærus eſt? PI. *Papæ, hoc quidem eſt?*
Quis coopertus? PRO. *Deorum uides aliquem*
Mei à tergo hic? PI. *Per Iouem ego quidem non.*
Quis autem es tu? PRO. *Quando eſt utiq; diei?*
Pi. *Quando? paruum quid poſt meridiem.*
Sed tu quis es? PRO. *Buletus, uel Perætero.*
Pi. *Hei mihi ualde odi te.* PRO. *Quid enim Iupiter facit?*
Serenat nebulas, an congregat nebulas?
Pi. *Luge ualde.* PRO. *Sic quidem diſcooperiar.*
Pi. *Dilecte Prometheu.* PRO. *Ceſſa ceſſa, ne clama.*
Pi. *Quid enim eſt?* PRO *Tace, ne uoca mei nomen:*
Valde enim peribis, ſi me hic Iupiter uidebit.
Sed ut dicam tibi omnes ſuperius res,
Hunc capiens me pileolum ſuper tene
Deſuper, ut non me uideant dei.
Pi. *Euge euge bene excogitaſti ipſum, & Promethice.*
Induere citò iam, & poſtea fidens dic.
Pro. *Audi iam nunc.* PI. *Valde audiente dic.*
Pro. *Perijt Iupiter?* PI. *Quando quæ perijt?*
Pro. *Ex quo uos habitaſtis aërem.*
Sacrificat enim nullus nihil hominum amplius
Deis, neq; nidor cruribus à
Aſcendit ad nos ab illo tempore,

Sed

Sed tanquam feſtis ieiunamus.
Sine ſacrificijs. hi autem barbari Dei
Eſurientes, tanquam Illyrij frementes,
Contra militare dicunt ſuperius Ioui,
Si non præbebit fora aperta,
Vt inducantur uiſcera inciſa.
Pi. *Sunt alteri barbari dei aliqui*
Supra uos? PRO. *Non enim ſunt barbari*
Vnde patrius eſt Apollo.
Pi. *Nomen autem deis barbaris*
Quod eſt? PRO. *Quod eſt? triballi.* PI. *Intelligo.*
Hinc igitur conteraris factum eſt.
Pro. *Maximè omnium. unum autem tibi dico aperte.*
Venient legati huc de pacibus,
A' Ioue & triballis ſuperius.
Vos autem ne ſacrificetis, ſi non tradiderit
Sceptrum Iupiter auibus iterum,
Et dominationem tibi fœminam habere dederit.
Pi. *Quæ eſt dominatio?* PRO. *Optima puella,*
Quæ format fulmen Iouis:
Et alia omnia, bonum conſilium,
Bonam legem, modeſtiam, naualia,
Obiurgationem, gubernatorem ciuilem triobola.
Pi. *Omnia igitur ipſi gubernat?* PRO. *Dico ego.*
Quam ſi tu ab illo ceperis omnia habes.
Horum gratia huc ueni ut dicerem tibi:
Semper quondam hominibus enim beneuolus ſum ego.
Pi. *Solum deorum enim propter te ſacrificamus.*
Pro. *Odi autem omnes deos ut ſcis tu.*
Pi. *Per Iouem ſemper certe deorum odioſus natus es.*

Pro. Timon,purus:ſed ualde reuertar retro,
Fer mihi pileolum,ut me ſi Iupiter uiderit
Deſuper,ſequi uidear caniſtra portantes.
Pi. Et ſedem fer hanc capiens.
Cho. Ad autem hæc,ſciapodibus pa-
Lus quædam eſt illauatiua,quo
Animas ducit Socrates,
Quo & Piſandrus uenit,
Rogans animam uidere,uel
Viuentem illum præreliquit.

INVERSIO
membrorũ ſex.

Victimas habens,camelum,
Agnam aliquam,cuius colla incidens
Sicut Vlyſſes abiuit,
Et poſtea aſcendit ipſi deorſum
Ad guttur cameli
Chærephon noctua.
Nep. Hæc quidem ciuitatula nephelococcygiæ,
Vides hæc adeſt,quo legati ſumus.
Hic quid facis in ſiniſtras ſic indueris?
Non mutas pallium tanquam in dexteras?
Quid ô infelix læſpodias es natura.
O popularis dominatio quò ire facis nos aliquando,
Si hunc ſic confirmarunt dei.
Tri. Habebis tacitè. PO. Luge multum enim,iam te ego
Vidi omnium barbariſsimum deorum.
Age iam quid facimus Hercules? HER. Audiſti
Me quòd hunc uirum ſuffocare uolo,
Quicunq; unquam eſt deos extra murans.

Sed

Po. Sed ô bone electi ſumus de pacibus
Legati. HER. Dupliciter magis ſuffocare mihi uideris.
Pi. Caſiteram aliquis det, fer ſilphium,
Caſeum ferat aliquis, uerte carbones.
Her. Virum gaudere dei iubemus
Tres exiſtentes nos. PI. Sed inijce ſilphium.
Her. Carnes autem cuius hæ ſunt? PI. Aues aliquæ
Inſurgentes ciuilibus auibus,
Apparuerunt iniuſta facere. HER. Poſtea certe ſilphium
Inijcis prius ipſis. PI. O gaude Hercules,
Quid eſt? HER. Legationem facientes, huc uenimus
A deis de belli pace.
Pi. Oleum non eſt in lucerna.
Her. Et quidem auiculas pingues eſſe decet.
Nep. Nosq; enim bellantes non lucramur,
Vosq; nobis deis exiſtentes amici
Hyemalem aquam habebitis in cœnis,
Tranquillosq; ducetis dies ſemper.
His de omnibus potentes uenimus.
Pi. Sed neq; prius unquam nos incepimus
Bellum ad nos, nuncq; uolumus (ſi uidetur
Si quid iuſtum aliud nunc uultis facere)
Inducias facere. hæc autem iuſta ſunt hæc.
Sceptrum nobis auibus iterum.
Iouem reddere, & inducias facimus,
In his legatos ad cœnam uoco.
Her. Mihi quidem ſufficiunt hæc, & confirmo.
Quid ô infelix ſtolidus, & guloſus es,
Priuas patrem tyrannide?
Pi. Verum. non enim maius uos dei

Poteritis, ſi aues dominabuntur inferius.
Nunc quidem à nebulis cooperti,
Inclinati peierant uos homines.
Si autem aues habebitis auxiliatores,
Quando iurabit aliquis coruum & Iouem,
Coruus adueniens peierante clam,
Aduolans eijciet oculum uerberans.

Nep. Per Neptunum hæc bene dicis,
Et mihi uidetur. PI. Quid aũt tu dicis? TRI. Nauæſatreu.
Vides? laudat hic. alterum nunc adhuc.
Audite quantum uobis bonum faciemus.
Siquis hominum ſacrum Deo ouem poſt
Vouens, poſtea ſophiſticas dicens,
Tardi dei, & non ſoluam peccatum.
Recompenſemus & hæc. NEP. Age, uideam quomodo.

Ignorabatur eſſe Neptunus.

Pi. Quando dinumerans argentulum contigerit,
Homo hic uel ſedet lotus,
Aduolans Ictinus rapiens clam,
Ouium duarum pretium referet Deo.

Her. Sceptrum reddere iterum confirmo
His ego. NEP. Tribalum nunc interroga.

Her. Tribulus lugere uidetnr tibi. TRI. Bene
Confirmo. HER. Dicit bene dicere ualde.

Nep. Si cui apparent ueſtrum hæc, & mihi ſimul apparent.

Her. Hic uidetur facere hæc ſcriptri gratia.

Pi. Et per Iouem alterum eſt, cuius memini ego.
Hanc quid enim Iunonem trado Ioui,
Illam autem reginam puellam mulierem mihi
Dandum eſt. NEP. Non paces amas.
Abeamus domum iterum. PI. Parum mihi curæ eſt.

Coque

Coque infuſionem oportet facere dulcem.

Her. O' felix hominum Neptune quò portaris,
Nos de muliere una pugnabimus?

Nep. Quid autem faciemus? HER. Quòd faciemus pacem.

Nep. Quod ô praue non ſcis deceptus diu?
Lædis autem tu te ipſum. ſi autem mortuus fuerit
Iupiter tradens his tyrannidem,
Pauper eris tu: tui enim omnes fiunt
Res quaſcunq; Iupiter moriens reliquerit.

Pi. Hei mihi miſer, qualiter te circumuenit.
Huc ad me accede ut aliquid tibi dicam.
Criminatur te patruus ô ignare tu.
Horum enim paternorum neq; paululum participatur tibi
Secundum leges: ſpurius enim es & non legitimus.

Her. Ego ſpurius? quid dicis? PI. Tu quidem per Iouem
Exiſtens aduenæ mulieris, an aliquo modo unquam
Hæredem eſſe Mineruam putas,
Exiſtentem filiam exiſtentibus fratribus legitimis?

Her. Quid autem ſi pater mihi dat res
Spurio moriens? PI. Lex ipſum non ſinit.
Hic Neptunus primus qui extollit te nunc
Vſurpabit tui paternas res,
Dicens frater ipſe eſſe legitimus.
Dico autem iam & Solonis tibi legem.
Spurio autem non eſſe affi-
Nitatem filijs exiſtentibus legi-
Timis. ſi autem filij
Non ſint legitimi, his
Propiſsime genere
Participationem eſſe rerum.

Her. *Mihi autem igitur nihil paternarum rerum*
Eſt in participatione. PI. *Nõ quidẽ per Iouem. dic aũt mihi*
Iam te pater induxit in cuſtodes?
Her. *Non certe me, & certe admirabar diu.*
Pi. *Cur certe ſupra oſcitaſti cauſam aſpiciens.*
Sed ſi nobis cum eris conſtituam te ego
Regem, auium præbebo tibi lac.
Her. *Iuſta mihi & diu uideris dicere*
Circa puellam, & ego trado tibi.
Pi. *Quid autem tu dicis?* NEP. *Contraria delibero.*
Pi. *In Tribalo omnis res. quid tu dicis?*
Pulchram puellam & ualde reginam
Aui trado. HER. *Tradere dicis?*
Nep. *Per Iouem non hic tradere dicit,*
Niſi ire quemadmodum hirundines.
Pi. *Igitur tradere hirundinibus dicit.*
Nep. *Vos nunc pacem facite & conuenite:*
Ego autem poſtquam uobis uidetur, tacebo.
Her. *Nobis quæ dicis tu omnia conuenire uidentur.*
Sed ueni nobiſcum ipſe in cœlum,
Vt reginam & omnia illic capias.
Pi. *In tempus igitur deciſæ ſunt hæ*
Ad nuptias. HER. *Vultis igitur ego interea*
Aſſem carnes has manens? uos autem ite.
Nep. *Aſſes tu carnes? multam guloſitatem dicis.*
Non es nobiſcum? HER. *Bene quidem ſum diſpoſitus,*
Nuptialem ueſtem det aliquis huc mihi.

VERSIO MEM-
brorum decem.

Cho. *Eſt autem in phænis ad*

Clepſydram

Clepſydram prauum gulo-
Sorum genus,
Qui metuntq́; & ſemi-
Nant, & uindemiant lin-
Guis, ſiccant ficosq́;.
Barbari autem ſunt genus,
Gorgiæq́; & Philippi.
Et à uentroſis illis Philippis
Vbiq; Atticæ lingua ſine mulcetur.

COMPOSITIO
per circunciſionem.

Nun. O omnia bona facientes, ô maiora ſermone,
O ter beatum uolabile auium genus,
Suſcipite regem beatis domibus.
Aduenit enim qualis neq; undiq; lucens
Stella uidere. ſplenduit aureaq́; ſplendida domo:
Neq; ſolis longe ſplendens radiorum ſplendor
Talis ſplenduit, qualem autem uenit
Habens mulieris pulchritudinem non dicibile dicere,
Mouens fulmen, alas ferens Iouis telum.
Odor autem innominabilis in profundum circuli
Procedit, pulcher aſpectus ſacrificiorum,
Auræ mouent uolutionem fumi.
Hic autem & ipſe eſt. ſed oportet deæ
Muſæ aperire ſacrum bene dicens os.

CANTVS ET VER-
ſio membrorũ duodecim.

Semicho. Reduc, diuide, diduc, adduc, præbe,
Circumuola beatum
Beata cum fortuna.

O` papæ` papæ` tempore
Pulchritudinis,
O` beatiſsimas tu nuptias
Hac ciuitate nubens.

Alter ſemicho. Magnæ detinent fortunæ
Genus auium
Propter hunc uirum:
Sed laudatiuis & ſponſalibus
Suſcipite cantibus ipſum, & reginam

VERSIO ALTERA membrorum quinque.

Cho. Iuno quondam cœleſtis,
Altarum ſedium
Dominantem deis magnum
Parcæ comportauerunt
In his nuptijs.

INVERSIO MEMbrorum quinq;.

Hic circumpullulans amor,
Auro alatus habenas
Dirige retro extenſas,
Iouis præbitor nuptiarum,
Huiusq; felicis Iunonis.

INCANTATIO membrorum ſex.

Pi. Hymen ô hymenæe, ô hymen,
Gaudebam laudibus, gaudebam cantibus,
Gaudeo autem ſermonibus. age nunc ipſius,
Et cœleſtia uocate tonitrua,
Hæcq; ignea Iouis fulgura,

Graueq;

Graueq; albumq; fulmen.

VERSIO ALTERA, ET
cantus membrorum decem
& octo.

Cho. *O' magnum aureum fulguris lumen,*
O' Iouis immortalis enſis ignifer,
Grauiſonantia hymbriferaq; ſimul
Tonitrua, quibus hic nunc terram concutit,
Propter te omnibus dominans, &
Conſeßilem reginam habere Iouis.
Se. *Hymenæe ô hymenæe, ô*
Sequimini nunc nuptias, ô
Ttribus omnes ſimul paſcentium
Alatæ in pauimentum Iouis,
Et lectum nuptialem.
Præbe ô beata tuam
Manum, & alas meas
Capiens, ſimul ſalta.
Eleuans autem leuem faciam te ego.
Sed euge euge pæon
Euge pulcher in uictoria ô
Felix ſupreme.

AVIUM FINIS.

ARISTOPHANIS PACIS ARGVMENTVM.

IAm Peloponeſiaco bello defeſſos Athenienſes, & uniuerſos Gręcos Ariſtophanes uidēs (ſufficiē ter enim equitibus tranſiuit bellātium tempus) cœmediam cōſcripſit hanc: admonens ciuitates, deponere quidem adinuicem contentionem, concordiam autem & pacem pro priore inimicitia accipere. Adducit igitur agricolam quendam Trygeum nomine, maximè pacem appropriantem: qui triſtans in bello, in cœlum aſcendere conſultatus eſt ad Iouem, interrogaturus ab ipſo propter quam cauſam ſic excurrunt Græcorum res, tantum facientem bellum ipſis. quem iam dubitantem quomodo in cœlū iter faciet, adducit nutrientem Cantharum tāquam euolaturum in cœlum per ipſum, Bellerophontis iure. Procœmiant autem duo ſerui ipſius (quibus & nutrire iuſſit Cantharū) egreferentes in ipſius cibis. Hæc autem ſcena huius comœdiæ, ex parte quidem in terra, ex parte autem in cœlo. Hic autem chorus conſtitutus eſt ex quibuſdam iuris Atticis agricolis.

ACTVS PERSONAE.

Seruus
Chorus agricolarū athmoncorū
Tubæ factor
Alter ſeruus
Seruus Trygæi
Galeæ uenditor
Trygæus
Cydœmus
Thoracis uenditor
Filij Trygei
Falcis operarius
Filius Lamachi
Mercurius
Galeæ factor
Filius Cleonymi
Bellum
Hierocles
Lanceæ politor.

ARISTO-

ARISTOPHANIS PAX.

SERVVS PRAELOQVENS.

Extolle extolle maſſam quàmcitiſsime Cantharo.

Al.ſer. Ecce. SER. Da ipſi peſsime perdito.

Al.ſer. Et nunquam ipſa maſſam dulciorem edat.

Ser. Da maſſam alteram ex ſtercoribus mulorum factam.

Al.ſer. Ecce ualde iterum. SER. Vbi enim quam nunc tuliſti?
Non deuorauit? AL.SER. Per Iouem, ſed rapiens
Totam reflexit circumuoluens pedibus.

Ser. Sed quàmcitiſsime tere multas & denſas.

Al.ſer. Viri ſtercorum lectores accipite per Deos,
Si non me uultis ſuffocatum inſpicere.

Ser. Alteram alteram da pueri ſcorti:
Tritam enim dicit cupere. AL.SER. Ecce.
Vno quidem ô uiri liberato eſſe mihi uideor:
Nullus enim dicet me pinſentem comedere.

Ser. Papæ, fer aliam & alteram mihi & alteram.
Et tere alteras. AL.SER. Per Apollinem quidem non.
Non enim amplius potens ſum ſupereſſe ſentinæ:
Ipſam certe portabo accipiens ſentinam.

Ser. Per Iouem ad coruos & te ipſum ad.

Al.ſer. Veſtrum autem ſiquis ſcit mihi dicat
Vnde emam naſum non tritum.
Nullum enim opus fuit miſerius,

Quàm

Quàm Canthàro pinſentem præbere comedere.
Sus quidem enim, quemadmodum cacat aliqua uel canis,
Male innititur. hoc autem ab elatione
Extolliturq́;, & comedere non dignum putat,
Si non apponam terens per diem totam,
Tanquam mulieri rapum piſtum.
Sed ſi ceſſauit comeſtione, uidebo,
Sic aperiens parum portam, ut non me uideat.
Innitere, non ceſſes nunquam comedens
Tandiu, quouſq; te ipſum lateas diſruptus.
Qualiter autem inclinatus maledictus comedit,
Tanquam luctator proijciens dentes molares,
Ex maximè caputq́; & manus aliquo modo:
Si circunducens quemadmodum illi funes
Craſſos conijcientes in naues:
Sordida res & mali odoris & edax,
Et cuius unquam eſt deorum hæc adiectio.
Ser. *Non ſcio. Veneris quidem enim non mihi uidetur,*
Non quidem gratiarum. huius enim eſt, non eſt ut
Hoc ſit monſtrum, non Iouis peruij.
Al. ſer. *Igitur iam ſpectatorum aliquis dicet,*
Adoleſcens apparet ſapiens. hæc autem res quæ?
Cantharus autem ad quid? & poſtea ipſi uir
Ionicus aliquis dicit aſsidens:
Puto quidem in Cleonem hoc obſcure dicit,
Quòd ille impudenter ſtercus humanum comedit.
Sed ingrediens Cantharo dabo bibere,
Ser. *Ego autem ſermonem puerulis,*
Et uirulis & uiris,
Et ſuper his uiris dicam,

Et

Et ſuper extollentibus ſe etiam his ualde.
Hic domino mei inſanit nouo modo.
Non quemadmodum uos, ſed altero nouo ualde.
Per diem enim in cœlum aſpiciens,
Sic oſcitans obiurgat Iouem,
Et dicit ô Iupiter, quid unquam conſultas facere?
Depone ſcopam, ne uerras Græciam.
Sine, ſine.
Tacete quòd uocem audire mihi uideo.

Try. *Ò Iupiter quid facere cupis unquam noſtrum populo?* Dominus duorum ſeruorum ſuperior.
Latebit te ipſum ciuitates deſolans?

Ser. *Hoc eſt certe malum ipſum quod ego dicebam.*
Hoc enim exemplum inſaniarum auditis,
Tanquam luctator quæ dixit primũ quãdo incepit cholera.
Audietis, dixit enim ad ſeipſum hic.
Quomodo unquam abibo rectà ad Iouem?
Poſtea ſcalulas faciens,
Ad has aſcenderet in cœlum,
Quouſq; triuit caput diſruptus.
Heri autem poſt hæc corruptus, non ſcio qua
Introduxit altum maximum Cantharum,
Et poſtea hunc curare me iuſsit.
Et ipſe palpitans ipſum tanquam pullulum
Ò pegaſula mihi dicit generoſa penna,
Quomodo uolabis me recta Ioui capiens?
Sed quod facit hic inclinans uidebo.
Hei mihi miſero, uenite huc huc ô uicini:
Dominus enim mei altus tollitur,
Equine in aërem ſuper Cantharo.

CONSTITVTIO PER
circuncifionẽ non ſimilis in partibus.

Try. *Tacitus tacitus quiete aſine,*
Non mihi arroganter uade ualde,
Statim à principio robore confidens,
Antequam uideas & diſſoluas
Articulorum neruos alarum impetu,
Et non ſpira mihi malum precor
Te. ſi autem facies hoc, in domibus
Hic mane noſtris.

Ser. *O' domine rex ualde.* TRY. *Tace tace.*

Ser. *Vbi certe aliter alte remigas.*

Try. *Pro Græcis omnibus uolo,*
Audaciam nouam faciens.

Ser. *Quid uolas, quid uane non ſanus es?*

Try. *Laudare oportet & non male,*
Nihil grunnire, ſed ululare:
His hominibus dic tacere.
Hasq; mandras & uias
Nouis lateribus ſupra ædificare,
Et podices claudere.

CONSTITVTIO ALTERA.

Ser. *Non eſt quomodo tacebo, ſi non mihi dices,*
Quò uolare putas. TRY. *Quid autem aliud quàm*
Ad Iouem in cœlum. SER. *Quam mentem habens?*

Try. *Interrogaturus illum Græcis de*
Omnibus quid facere uelit.

Ser. *Si autem non, accuſabis?* TRY. *Accuſabo*
Medis ipſum prodere Græciam.

Ser. *Per Dionyſium neq; unquam uiuente me.*

Non

Try. Non eſt præter hæc aliud. SER. Heu,heu,heu,heu.
O filiæ pater relinquens abit,
Vos deſertas in cœlum clam:
Sed precamini patrem ô infelices.

CONSTITVTIO ALtera non ſimilis partis.

Filij O' pater ô pater,uera an
Tryg. Domibus noſtris fama uenit,
Quòd tu cum auibus relinquens me
In coruos uadis uanus,
Eſt aliquid horum uere dic ô pater quòd diligis me.
Try. Putare eſt filiæ,hoc uerum doleo uobis,
Quando quæritis panem papam me uocantes.
Intus autem argenti neq; parum erat ualde omnino.
Si autem ego beneficiēs ueniam iterum, habebitis in tēpore
Spiram magnam & pugnum coctum in ipſa.
Fil. Et quis tranſitus tibi uiæ fiet?
Nauis quidem enim non ducet te hac uia.
Try. Volatilis ducet pullus,non ſoluam naulum.
Fil. Quæ autem opinio tui eſt ad Cantharum
Iungentem expellere in deos ô patercule.
Try. In Aeſopi ſermonibus inuentus eſt
Solus uolatilium in deos itus.
Fil. Incredibile dixiſti uerbum ô pater pater,
Quomodo fœtidum animal iuit in deos.
Try. Iuit propter odium aquilæ diu quondam,
Oua uoluens & puniens.
Fil. Igitur oportebat te Pegaſi iam iungere alam,
Vt appareres deis tragicotior.
Try. Sed ô miſer mihi panes duplices comedes;

Nunc

Nunc autem quoſcunq; ipſe deuoro panes,
His ipſis hunc ſatiabo.

Fil. Quid ſi in humidum pontium cadet profundum.
Quomodo elaberi uolatilis exiſtens poterit?

Try. Aptum habebam temonem quo utar,
Nauigium autem erit naxo operatus Cantharus.

Fil. Portus autem quis te ſuſcipiet portatum?

Tri. In Piræo iam eſt Canthari portus.

Fil. Illud obſerua, ne errans defluas
Hinc, poſtea claudus exiſtens Euripidi
Sermonem præbeas, & tragœdia fias.

Try. Mihi curæ erunt hæc: ſed gaudete.
Vos autem de quibus labore ego laboro,
Ne pedite neq; cacate diebus tribus:
Quia ſi altus hic exiſtens odorabit,
Deorſum capite iaciens me decipiet.
Sed age, Pegaſe procede gaudens,
Aureum habens ſonitum arcuum,
Mouens ſplendidis auribus.
Quid facis, quid facis? ubi declinas
Nares ad fœtidas uias,
Mitte te ipſum confidens à terra,
Et poſtea curſiuam alam extendens,
Recte procede Iouis in aulas:
A quidem fœtore naſum abſtrahens,
Atq; hodiernis cibis omnibus.
Homo quid facis hic cacans
In Piræo apud meretrices
Perdes, non defodies?
Et importabis terræ multam?

Et

Et implantabis ſerpyllum ſupra,
Et unguentum infundes: quia ſi quid cadens,
Hinc patiar mea morte,
Quinq; talenta ciuitas Chio
Propter tuum podicem debebit.
Hei mihi quantum timui, non amplius cauillans dico.
O ingenioſe adhibe mentem ad me,
Iam uertitur aliquis ſpiritus circa umbilicum:
Et niſi ſeruabis ſatiabo Cantharum.
At prope eſſe deos mihi uideor:
Et iam aſpicio domum Iouis.
Quis in Iouis ianuis? non aperietis?
Mer. *Vnde hominis me percuſsit ô rex Hercules?*
Hoc quid eſt malum? TRY. *Hippocantharus.*
Mer. *O ſceleſte & audax & impudens tu,*
Et ſceleſte & tote ſceleſte, & ſceleſtiſsime.
Quomodo huc aſcendiſti ô ſceleſtorum ſceleſtiſsime.
Quod tibi unquã eſt nomen non dices? TRY. *Sceleſtiſsimus.*
Mer. *Cuias genere es dic mihi.* TRY. *Sceleſtiſsimus.*
Mer. *Pater autem tibi quis eſt?* TRY. *Mihi? ſceleſtiſsimus.*
Mer. *Non per terram erit ut non moriaris,*
Si non dices mihi nomen quod unquam eſt tibi.
Try. *Trygæus Athmoneus uineator aptus:*
Non accuſator, neq; cupidus rerum.
Mer. *Venis autem ad quid?* TRY. *Carnes has ferens.*
Mer. *O miſer cũ carnibus quomodo ueniſti ô lubrice.* TRY. *Vides*
Quòd non adhuc eſſe tibi uideor ſceleſtiſsimus.
Age, nunc uoca mihi Iouem. MER. *Hui, hui, hui.*
Quòd non futurus es prope eſſe deos:
Vani enim ſunt heri exhabitati.

Try. *Vbi terræ?* MER. *Ecce terræ.* TRY. *Sed ubi?* MER.
Longe ualde.
Sub ipſum aperte cœli alueare.
Try. *Quomodo igitur tu certe hic relictus es ſolus?*
Mer. *Reliqua obſeruo uaſa deorum:*
Ollulas, tabellas, & amphorulas.
Try. *Exhabitarunt autem dei cuius gratia?*
Mer. *Græcis irati, poſtea hic quidem*
Vbi erant, ipſi bellum dehabitare fecerunt,
Vos tradentes facere aperte quodcunq; uult.
Ipſi autem ſuprahabitarunt aliquomodo ſupreme,
Vt non uideant pugnantes uos amplius,
Neq; precantes nihil ſentiant.
Try. *Cuius gratia nobis hæc fecerunt, dic mihi.*
Mer. *Quòd bellare eligitis illis ſæpe*
Paces facientibus: & ſiquidem Laconici
Superaſſent parum, dicebant hæc,
Per caſtorem & Pollucem nunc Atticus dabit pœnam.
Si autem rurſus aliquod feciſſent bonum Attici,
Et ueniſſent Lacones pace de,
Dicebatis uos ſtatim, decipimur,
Per Mineruam, per Iouem non perſuadendum.
Venient iterum ſi habemus Pylum:
Hoc enim ſignum noſtras uerborum,
Quorum gratia, non ſcio ſi unquam pacem amplius
In futurum uidebitis. TRY. *Sed quò enim iuit?*
Mer. *Bellum ipſam iniecit in antrum profundum.*
Try. *In quod?* MER. *In hoc deorſum, & poſtea uides*
Quot ſupra intulerunt lapidum,
Vt non capiatis unquam ipſam. TRY. *Dic mihi,*

Nos

Nos autem iam quid facere præparatis?
Mer. *Non ſcio præter unum, quod mortarium ueſpere*
Ingentem magnitudine intulit.
Try. *Quid igitur hoc mortario utetur?*
Mer. *Terere in ipſo ciuitates uult.*
Sed uado: etenim exire opinione mea
Debet. tumultuat igitur intus. TRY. *Hei mihi miſer,*
Age ipſum fugiam. etenim ſicut ſenſi,
Et ipſe mortarij ſonum bellicoſi.
Bel. *Heu homines homines, homines multa tolerantes,*
Quòd ſtatim ualde maxillas dolebitis.
Try. *O' Rex Apollo mortarij latitudinem,*
Quantum malum, & belli & uiſus,
An hic eſt ille quem & fugimus,
Grauis patiens in brachijs?
Bel. *Heu praſiæ ter miſeræ & quinquies,*
Et multum decies, quòd peribitis hodie.
Try. *Hæc quidem uiri nulla nobis res:*
Nam malum hoc eſt Laconicæ.
Bel. *Heu megara megara quòd teremini ſtatim,*
Omnia commiſta.
Try. *Papæ` papæ` quòd magnos & acutos*
Megarenſibus iniecit fletus.
Heu ſicelia, & tu autem ut perijſti.
Bel. *Qualis ciuitas miſera conſumetur,*
Age infundam & mel hoc atticum.
Try. *Hic admoneo melle uti altero:*
Magni precij hoc eſt, parceq́; attico.
Bel. *Famule famule Cydœnie.* CYD. *Quid me uocas?* BEL.
Plorabis ualde,

Stetiſti tardus: hoc enim mortarium
Valde acutum. CY. Heu heu miſer ô domine,
Nunquid allia inieciſti in mortarium?
Bel. Portabis piſtillum currens.. CY. Sed ô miſer
Non eſt nobis, heri inhabitauimus.
Bel. Igitur ad Athenienſes tranſcurre cito.
Cyd. Ego per Iouem: ſi autem non, flebo.
Try. Age, iam quid faciemus ô rudes homunculi?
Videte periculum nobis quòd magnum.
Siquidem enim ibit piſtillum ferens:
Hoc turbabit ciuitates ſedens.
Sed ô Bacche pereat, & non ueniat ferens.
Bel. Hic. CY. Quid eſt? BEL. Non fers. CY. Hoc enim
Perijt Athenienſibus piſtillum, uides
Byrſopoles qui miſcebat Græciam.
Try. Bene ô regina ueneranda Minerua, faciens
Perijt ille: & ſi decens quid ciuitati
Sit ante miſtionem nobis infundere.
Bel. Non igitur alterum ex Lacedæmone quæris
Feſtinans aliquid? CYD. Hæc ô domine. BEL. Venit
nunc cito.
Try. O uiri quid patiemur? nunc certamen magnum.
Sed ſiquis ueſtrum in Samothraca eſt
Sacerdos, nunc eſt precari bonum,
Auerti portantis pedes.
Cyd. Hei miſer, hei, & poſtea hei ualde.
Bel. Quid eſt? an non rurſus portas? CYD. Perijt enim
Et Lacedæmonijs malum piſtillum.
Bel. Quomodo ô praue? CYD. In Thracia loca
Vtentes alteris: hoc poſtea perdiderunt.

Euge

Try. Euge euge facientes ô Dioſcori
Forte bene fiet: confidite ô homines.
Bel. Euacua uaſa, capiens hæc iterum:
Ego autem cochleare ingrediens faciam.
Try. Nunc hic ille uenit datidis cantum,
Tangens pudenda quondam canebat meridie,
Valde lætor & delector & gaudeo.
Nunc eſt nobis ô uiri Græci bonum,
Saluari negocijsq; & pugnis,
Extrahere omnibus pacem dilectam,
Ante alterum rurſus cochleare prohibere aliquod.
Sed ô agricolæ, & mercatores, & fabri,
Et populares, & inquilini, & hoſpites,
Et inſulani huc uenite ô omnes populi,
Quàm citiſsime ſarcula capientes, & uectes & funes.
Nunc enim nobis rapere adeſt bona furtuna.
Cho. Huc omnis procede promptus rectà ſalutem,
O` omnes Græci, auxiliamur ſiquid unquam,
Ordinibus liberati & malis ſanguinolentis:
Dies enim reſplenduit hæc odio habens Lamachum.
Ad hæc nobis ſiquid opus eſt facere, dic & fac.
Non enim eſt quomodo negare uideor mihi hodie,
Ante uectibus & machinis ad lucem trahere
Dearum omnium maximam & amatricem uinearum.
Try. Non tacebitis ut non gaudentes re,
Bellum accendatis intus clamantes.
Cho. Sed audientes, hunc lætemur clamore:
Non enim eſt habentes ire panes trium dierum.
Try. Deprehendite illum Cerberum & timete,
Ne turbans & clamans, ſicut quando hic fuit,

Contrarius nobis fiat, deam non extrahere.

Cho. Non & nunc eſt ipſam qui auferet,
Si ſemel in manus ueniat meas, euge euge.

Try. Perdetis me ô uiri, ſi non percuſſiones dimittetis:
Currens enim, omnia hæc conturbabit pedibus.

Cho. Valde miſceat & premat omnia & turbet:
Non enim lætantes nos hodie ceſſabimus.

Try. Quid hoc malũ? quid patimini ô uiri? nullo modo per Deos
Rem optimam corrumpetis propter figuras.

Cho. Sed ego non figurare uolo, ſed à uoluptate,
Non me mouente ipſa crura tripudiant.

Try. Non aliquid & nunc amplius, ceſſa ceſſa ſaltans.

Cho. Fuit ecce, et iam ceſſauimus. TRY. Dicis ceſſas aũt nõdum.

Cho. Vnum quidem igitur hoc me ſine trahere, & non amplius.

Try. Hoc nunc & non amplius aliam nihil ſaltate amplius.

Cho. Non ſaltabimus, ſiquidem iuuabimus aliquid te.

Try. Sed uidete nondum ceſſatis. CHO. Hoc per Iouem
Crus iacentes iam ceſſamus dextrum.

Try. Concedimus hoc uobis ad non triſtificare amplius.

Cho. Sed & ſiniſtrum aliquid me eſt neceſſario habens.
Lætor enim & gauiſus ſum, & pepedi & rideo,
Magis quàm ſenectute exuens, effugiens ſcutum.

Try. Non amplius igitur nunc gaudete: non enim ſcitis adhuc
aperte,
Sed quando capiemus ipſam, tunc gaudete,
Et clamate & ridete.
Iam autem licebit hoc uobis,
Nauigare, manere, mouere, dormire,
Ad feſta aſpicere,
Comedere, deliciari,

Iocari,

Iocari, euge euge clamare.

Cho. Vtinam enim mihi fiat uidere hunc diem aliquando.
Multa enim toleraui,
Negociaq́; & faſces quas ſortitus eſt Phormion,
Et nõ amplius me inuenies iudicem aſperũ, neq; difficilem,
Neq; moribus durum, quemadmodum & antea,
Sed mollem me uidebis, & multo iuniorem, li-
Beratum negocijs. etenim multo tempore peri-
Mus, & triti ſumus errantes
In Lycium, & ex Lycio cum lancea cum ſcutoq́;.
Sed quod maximè gaudemus facientes, age,
Dic te enim domi-
Num elegit bona quædam nobis fortuna.

Try. Age iam inſpicio ubi lapides abtrahemus.

Mer. O ſceleſte & audax quid facere cogitas?

Try. Nihil prauum, ſed quod & Cillicon.

Mer. Perijſti ô infelix. TRY. Igitur ſi ſortitus fuero:
Mercurius enim exiſtens ſorte facies ſcio quòd.

Mer. Perijſti, deperijſti. TRY. In quem diem?

Mer. Inſtatim ualde. TRY. Sed nihil mercatus ſum,
Neq; farinam neq; caſeum tanquam perditus.

Mer. Et quidem contereris. TRY. Et poſtea quomodo
Non ſentiam bonum tantum capiens.

Mer. Nunquid ſcis mortem quòd prædixit Iupiter, quòd qui
Hanc ſupra fodiens inueniatur? TRY. Nunc igitur me
Omnis neceſsitas mori. MER. Bene ſcias quòd.

Try. Ad porcellum mihi nunc mutua tres drachmas:
Oportet enim initiari me, ante mori.

Mer. O Iupiter fulmina. TRY. Non, per Deos,
Nos contradices precor te domine.

Mer. *Non tacebo.* TRY. *Ita per carnes,*
Quas ego promptus tibi ferens ueni.
Mer. *Sed ô praue à Ioue conſumar,*
Niſi dicam hæc & peribo.
Try. *Non nunc peribis. precor te ô Mercuriole*
Dic mihi, quid patimini uiri, ſtatis terrefacti,
O' rudes? non tacetis: ſi autem non, conſumemini.
Cho. *Nullo modo ô domine Mercuri, nullo modo nullo modo.*
Siquid gratum,
Porcellum ſcis à me eſurus,
Hunc non prauum cogitans in hac re.
Try. *Non audis qualia adulantur tibi ô rex domine.*
Cho. *Non fias iterum iratus aliquis precantibus nobis,*
Ad hoc non accipere:
Sed gratificare ô huma-
Niſsime & munifi-
Centiſsime deorum,
Si piſandri odiſti criſtas & ſupercilia,
Et te ſacrificijs ſa-
Cris, acceſsibusq; ma-
Gnis omnino ô
Domine lætificamus ſemper.
Try. *Age, precor te miſerere ipſorum uocis,*
Quoniam te & honorant magis quàm antea.
Mer. *Fures enim ſunt nunc magis quàm antea.*
Try. *Et tibi dicam quandam rem grauem & magnam,*
Quæ deis omnibus inſidiatur.
Mer. *Age, iam aperte dic: fortè enim perſuadebis me.*
Try. *Hæc enim luna & malus ſol,*
Vobis inſidiantur multo iam tempore,

Barbaris tradunt Græciam.

Mer. Quare autem hoc faciunt? TRY. Quia per Iouem,
Nos quidem uobis ſacrificamus, his autem
Barbari ſacrificant: propter hoc decenter
Volunt uos omnes perdere,
Vt ſacrificia capiant ipſi deorum.

Mer. Hæc igitur diu dies furati ſunt,
Et circulo deuorarunt ab moderatione.

Try. Ita per Iouem. ad hæc ô dilecte Mercuri concipe,
Nobiſcum prompte hanc & contrahe,
Et tibi magna nos quinquatria ducemus:
Omniaq; alia feſta deorum:
Myſteria Mercurio, diipolia, adonia,
Aliæq; tibi ciuitates ceſſantes malis
Fugaci malorum ſacrificabunt Mercurio ubiq;:
Et alia adhuc multa habebis dona. primum autem tibi
Donum do hanc ut libans habeas.

Mer. Hei mihi ualde miſericors ſum, ſemper aurearum
Veſtrum hinc opus ô uiri: ſed ſarculis
Ingredientes, quàm citiſſime lapides abſtrahite.

Cho. Hæc fecienius. tu autem nobis, ô deorum ſapientiſſime,
Quæ oportet facere, ſuperſtans dic imperialiter:
Alia autem inuenies adminiſtrare exiſtentes non malos.

Try. Age, iam tu cito ſuppone phialam, ut
Opere operemur phiala ſupplicantes deis.

Mer. Sacrificium, ſacrificium:
Benedicite, benedicite.

Try. Sacrificantes ſupplicemus nunc diem
Græcis incipere omnibus multa & bona:
Et quicunq; prompte ſimul ceperit funes,

Hunc uirum non capere unquam ſcutum.

Cho. Per Iouem. ſed in pace degere me uitam
Habentem amicam, & effodientem carbones.

Try. Quicunq; autem bellum magis eſſe uult,
Nunquam quieſcere ipſum, ô Bacche rex,
Ex brachijs cuſpides extrahentem.

Cho. Et ſi quis cupiens imperatorem eſſe tibi inuidet,
In lucem uenire ô ueneranda in pugnis,
Patiatur talia, qualia Cleonymus.

Try. Et ſi quis lanceæ politor, uel caupo ſcutorum,
Vt uendat melius cupit pugnas,
Captus à latronibus comedat ordea ſola.

Cho. Et ſi quis ducere exercitum uolens non ſimul capiat,
Vel ſeruus per ſe ire præparatus,
In rota trahatur uerberatus.
Nobis autem bona fiant, euge, Pæon, euge.

Try. Aufer uerberare, ſed euge ſolum dic.

Cho. Euge igitur, euge ſolum dico.

Try. Mercurio, gratijs, horis, Veneri, deſyderio.

Cho. Marti autem? TRY. Non, non. CHO. Neq; Marti.
TRY. Ne.

Cho. Subſtende iam omnis & deduc his funes.

Mer. O' eia.

Cho. Eia ualde.

Mer. O' eia.

Cho. Eia item ualde.

Mer. O' eia ô eia.

Try. Sed non trahunt uiri ſimiliter.
Non ſimul accipietis? qualia innitimi-
Ni lugebitis mortales.

Eia

Mer. Eia nunc.
Try. Eia ô.
Cho. Ducite ſimul, trahite & uos.
Try. Ergo traho & ſuſpendo,
Et incumbo & feſtino.
Mer. Quomodo igitur non procedit opus?
Cho. O' Lamache, iniuſte facis impedimento ſedens.
Nil indigemus ô homo tua perſona.
Mer. Bene hi traxerunt, nil Argiui diu,
Sed deriſerunt laborantes,
Et maximè bifariam mercedem ferentes farinas.
Try. Sed Lacones ô bone trahunt uiriliter.
Mer. Nunquid ſcis quot ipſorum tenent lignum?
Soli prompti ſunt, ſed faber non ſinit.
Cho. Neq; megarenſes faciunt nil, trahunt tamen
Aſpere, ſubſannantes ſicut catelli,
A' fame per Iouem deperditi.
Try. Nil facimus uiri, ſed unanimiter
Omnibus nobis iterum reſumendum.
Mer. O' eia.
Try. Eia ualde.
Mer. O' eia.
Try. Eia per Iouem.
Mer. O' eia ô eia.
Cho. Parum mouemus. TRY. Non graue
Hos quidem extendere, illos autem euellere.
Cho. Percuſsiones capietis ô Argiui.
Mer. Eia nunc.
Try. Eia ô.
Cho. Valde malum ſi qui ſunt in uobis.

Vos

Vos quidem igitur cupientes,
Pacis euellite uiriliter:
Sed ſunt qui prohibent.

Try. Viri megarenſes non ad coruos irruetis?
Odit enim uos Dea recordans.
Primi enim ipſam allijs unxiſtis.
Et Athenienſibus ceſſare dico,
Hinc tenentibus unde nunc trahitis.
Nil enim aliud facitis niſi iudicatis:
Sed ſiquidem cupitis hanc extrahere:
Ad mare parum cedite.

Cho. Age ô uiri, ipſi iam ſoli capiamus agricolæ.

Mer. Procedit iam res multo magis ô uiris uobis.

Cho. Procedere rem dicit, ſed omnis uir ſis promptus.

Try. Agricolæ opus extrahunt: & alius nullus.

Cho. Age nunc, age omnis, & quidem ſimul eſt iam prope.
Non nunc remittamus, ſed inten-
Damus uirilius.
Iam eſt hoc illud.
Ò eia nunc, ô eia omnis.
Ò eia, ô eia, eia, eia.
Ò eia, ô eia omnis.

Try. Ò uenerãda racemorum datrix, quod alloquar te uerbum?
Vnde capiam uerbum magnum
Quo alloquar te: non enim habebam è domo.
Ò gaude fructus: & tu autem ô ſpecula,
Qualem autem habes uultum ô ſpecula,
Qualiter autem ſpiras? quàm ſuaue in corde?
Dulciſſime? tanquam quietem, & unguentum.
Nunquid igitur ſimile & gylio militario?

Mer. Expui inimici uiri odioſum uas.
Huius quidem enim olet ceparum & aceti eructationem,
Huius autem fractu ſuſceptiuum bacchorum,
Tibiarum, tragœdiarum, ſophoclei cantuum turdellarum,
Verbulorum Euripidis. TRY. Lugeto igitur tu
Hanc contramentiens. non enim lætatur
Hæc poëta uerbis perſuaſiuis,
Edera, trygœpo, ouiculis balantibus,
Sinu mulierum diſcurrentium in furnum,
Serua inebriata, uerſo in terram,
Alijsq́; multis & bonis. MER. Age, nunc uide
Qualiter inter ſe loquuntur ciuitates
Pacificatæ, & rident libentes,
Et maximè infœliciter percuſſæ
Omnes: & cyathis adiacentes.
Try. Et hos igitur ſpectatores conſydera,
Vultus ut cognoſcas artes. MER. Papæ miſer.
Illum enim galeam facientem non uides
Euellentem ſeipſum: hic autem dolabra faciens,
Pepedit nuper enſes facientem illum.
Try. Hic autem falces operans non uides quòd lætatur,
Et haſtas polientem qualiter ſpernit?
Mer. Age nunc denuncia agricolas abire.
Try. Audite populi agricolas abire,
Operaria uaſa capientes in agrum,
Quàm citiſsime ſine haſtula & enſe & ſude,
Quòd omnia iam ſunt plena hic pacis antiquæ.
Sed omnis eat ad opus in agrum canens.
Cho. O deſyderata iuſtis & agricolis dies,
Voluntarius uidens ſalutare uolo uineas:

Ficusq́;

Ficusq; quas ego plantaui exiſtens iunior:
Salutare animus nobis enim in multo tempore.

Try. Nunc quidem igitur ô uiri ſupplicemus primum deæ,
Quæ noſtrum galeas abſtulit & gorgonas,
Poſtea ut curramus domum in uillas,
Negociantes quid bonum in agrum ſalſamentuculum.

Mer. O' Neptune, ualde pulchra multitudo ipſorum apparet,
Et denſa & terribilis ſicut maſſa & conuiuium.

Try. Per Iouem: hic enim mallcus ſplendide erat ornatus,
Hæq; palæ perſplendent ad ſolem,
Certe bene ipſorum liberabunt inter ſulcum.
Quare ego iam deſydero & ipſe igitur in agrum,
Et fodere ligone per tempus terrulam.
Sed recordantes ô uiri
Conuiuij antiqui,
Quod præbuit ipſa quondam nobis,
Caricarumq; illarum
Ficuumq;, myrtorumq;.
Fecisq; dulcis,
Violetiq; ad puteum,
Oliuarumq; quas deſyderamus:
Pro his hanc nunc
Deam ſalutate.

Cho. Salue ſalue ô dilectiſsima,
Valde uolentibus nobis ueniſti.
Tuo enim domiti ſumus deſyderio,
Deam uolentes
In agrum inſerpere:
Eras enim maximum nobis
Lucrum ô deſyderata,

Omnibus

Omnibus quot agrico-
Lam uitam exercemus.
Sola enim nos iuuabas.
Multa enim paſſi ſumus
Antea quondam in te dulcia,
Et ſine ſumptu & dilecta.
Agricolis enim eras
Abundantia & ſalus:
Quare te uineas
Et nouas ficulas,
Et alias quæcunq; ſunt plantæ,
Arrident te capientem grata.
Sed ubi quondam erat à nobis multo iam tempore
Hæc, hoc nos doce ô deorum beneuolentiſſime.

Mer. O ſapientiſſimi agricolæ hæc mea iam audite
Verba, ſi uultis audire hanc quomodo perijt,
Primum quidem enim ipſam incepit Phidias faciens male,
Poſtea Pericles timens ne participaret pœnam,
Naturas ueſtrum timens & mordicus mores,
Antequã patiatur aliquid graue, ipſe inflãmauit ciuitatem,
Inijciens ſcintillam paruam Megarenſis ſententiæ.
Inflauit enim tantum bellum ad fumo
Omnes Græcos lachrymare, hosq; illic, hosq; hic.
Poſtquam ſemel primum audiui, ſtrepuit uinea,
Et urna percuſſa ab ira, contracalcitrauit urnæ,
Non amplius erat nullus quieſcens: hæc autem euanuerat.

Try. Hæc igitur per Apollinem ego audiui à nullo,
Hic autem ipſi propinquus eſſet Phidias audiueram.

Cho. Neq; ego præterquam nunc: hæc igitur pulchra erat
Exiſtens propinqua illi, multum nos latebat.

Et

Mer. Et poſtea poſtquam cognouerũt uos ciuitates, quæ incipitis
Rudes inter uos & contendentes,
Omnia machinauerunt contra uos tributa timentes,
Et contra perſuaſerunt Laconum optimates rebus.
Hi autem exiſtentes turpitur lucrantes, & cauillantes
Hanc abijcientes, turpiter bellum arripuerunt,
Et poſtea illorum lucra agricolis erant mala.
Hæ autem hinc rurſus triremes contrapunientes,
Nihil cauſa exiſtentibus uiris, ficus uorabant.

Cho. Iure quidem igitur, quoniam hanc ficum meam
Exciderunt, quam ego plantans nutriui.

Try. Per Iouem, ô miſer iure certe, quoniam & mei lapidem
Inijcientes ſex menſurarum alueare deſtruxerunt.

Mer. Et poſtea poſtquã ex agris ſimul uenit operarius populus:
Morem uerſatus, eundem non latuit,
Sed tanquã exiſtens ſine acinis uinaceis, & amans caricas,
Aſpexit ad dicentes. hi autem cognoſcentes bene
Pauperes impotentes & indigentes farinis,
Hanc quidem duplicibus expulerunt deam clamoribus,
Sæpe apparentem ipſam huius loci deſyderio.
Horum autem auxiliatorum quatiebat pingues & diuites,
Cauſas apponentes quòd ſapit illa Braſidæ,
Poſtea uos hunc tanquam catellos ſparſiſtis.
Hæc ciuitas enim pallens, & ſi in timore ſedens terebat,
Quæ criminabatur aliquis eam, hæc ſuauiſſime comedebat.
Hi autem percuſſiones uidentes quas uerberabant, hoſpites
Auro horum hæc facientium obturabat ora,
Ad illos quidem facere diuites. hæc autem Græcia
Deſoluta uos latuit: hæc autem erat faciens
Byrſopola. TRY. Quieſce, qeſce ô domine Mercuri, nõ dic,

Sed

Sed ſine uirum illum cui licet eſſe inferius:
Non enim noſter aliquis eſt ille uir ſed tuus.
Quæcunq; igitur dices illum,
Et ſi malus erat quando uiuebat,
Et loquax & criminator,
Et motus & quaſſatio,
Hæc omnia nunc
Tuos ſuijpſius uituperas.
Sed quicquid taces ô ueneranda dic mihi.

Mer. Sed non dicet ad ſpectatores:
Iram enim ipſis quæ paſſus eſt multam habet.

Try. Hæc ſed ad te parum dicat ſolum.

Mer. Dic quicquid intelligis ipſis ad me ô dilectiſsima.
Age ô mulierum odioſiſsima belli.
Eſto audio, hæc appellas? ſcio.
Audite uos quorum gratia accuſationem habet.
Veniens dicit caſualis poſt illa in Pylo,
Induciarum ferens ciuitati ciſtam plenam,
Expulſa eſſe ter in concilio.

Try. Peccauimus hæc, ſed ueniam da:
Mens enim noſtrum erat tunc in pellibus.

Mer. Eia nunc audi quale nuper me interrogauit,
Quis maleuolus ipſi maximè eſſet hic,
Et quis amicus, & ſtuduit eſſe non pugnas.

Try. Boneuolentiſsimus quidem fuit longe Cleonymus.

Mer. Qualis quis igitur eſſe uidetur bellicis
Hic Cleonymus. TRY. Anima optimus, præterquã quòd
Non erat quemadmodum dicit eſſe patris:
Si enim unquam exiuit miles, ſtatim
Expoliens arma fuit.

Mer. *Adhuc nunc audi quale nuper me interrogauit,*
Quis dominatur nunc lapidi illi in pnyce.
Try. *Hyperbolus nunc hunc habet locum.*
Hæc quid facis? caput tui circumagis.
Mer. *Auertitur populum odio habens, quòd*
Sibi ipſi malum præſidem præſcripſit.
Try. *Sed non amplius ipſo utemur nil: ſed nunc*
Indigens populus procuratore, & nudus exiſtens,
Hunc interea uirum circumcinxit.
Mer. *Quomodo igitur conferent hæc interrogat ciuitati.*
Try. *Conſultiores fiemus aliquomodo,*
Quòd contingit lucernas faciens. primum quidem igitur
Palpabamus in tenebra res,
Nunc autem omnia ad lucernam conſultabimus.
Mer. *O ô pax*
Qualia iußit interrogare te. TRY. *Quæ?*
Mer. *Multa & antiqua quæ reliquit tunc.*
Primum autem quid facit Sophocles interrogauit.
Try. *Felix, patitur autem admirabile.* MER. *Quid?*
Try. *Ex Sophocle fit Simonides.*
Mer. *Simonides? quomodo?* TRY. *Quod ſenex exiſtens et mar cidus,*
Lucri gratia & in ſtorea nauigat.
Mer. *Quid autem Cratinus ille ſapiens eſt?* TRY. *Mortuus eſt.*
Quòd Lacones contrauenerunt. MER. *Quid patiẽs?* TRY.
Pallens (non enim tolerauit) *(Quid?*
Videns urnam defractam uino plenam,
Et alia quot quædam putas facta eſſe in ciuitate:
Quare nunquam ô regina relinquemus te.
Mer. *Age, nunc in his fructum cape*

Vxorem

Vxorem tibi ipſi hanc, & poſtea in agris
Hac cum habitans fac tibi ipſi racemos.

Try. O' dilectiſſima huc ueni, & da mihi oſculari.
An læſum iri per tempus in aliquo tibi uidebor,
O' domine Mercuri fructum ſubagitans?

Mer. Non, ſi potionem imbibes blechoniam.
Sed quàm citiſſime hanc ſpeculationem
Deduc tu conſilio capiens, cuius aliquando erat.

Try. O' beatum tu conſilium ſpeculatione,
Quantum ſorbebis ius trium dierum?
Quanta autem deuorabis interiora, coctas & carnes?
Sed ô dilecte Mercuri gaude multum. MER. Et tu
O' homo, gaudens abi & recordare mei.

Try. O' Canthare domum domum abuolemus.

Mer. Non hic ô amice eſt. TRY. Quò enim it?

Mer. Sub currus iens Iouis fulgura fert.

Try. Vnde igitur miſer hic habebit cibos?

Mer. Ganimedis cibum comedet.

Try. Quomodo igitur ego deſcendam? MER. Aude bene
Sic apud ipſam deam. TRY. Age ô puellæ
Sequimini ſimul me citò, quòd multi ualde
Deſyderantes uos expectant triſtantes.

Cho. Sed ueni gaudens, uos autem interea hæc uaſa tradentes,
Sequentibus demus ſalutare, quòd conſueuerunt maximè
Circa ſcenas plurimi fures inclinari, & malefacere.
Sed ſerua tu hæc uiriliter. nos autem rurſus ſpectatoribus
Quam habemus uiam uerborum dicamus, & quæcunque
mens ipſa habet.

TRANSGRESSIO.

Oportebat quidē uerberare uirgiferos, ſiqs comœdiæ factor

Seipſum laudabat, ad ſpectatores tranſgrediens in anapæſtis.

Si aũt igitur decens aliquẽ honorare, filia Iouis qui optimus
Comœdiæ præceptor hominum & glorioſiſſimus ſit,
Dignus eſſe dicit laude magna præceptor noſtrum.
Primum quidem enim contrarios ſolus hominum ſedauit,
In ueſtulas cauillantes ſemper, & pedunculis pugnantes,
Hosq́; Hercules multa comedentes & fameſcentes illos,
Fugientes & decipientes: & uerberatus apte
Expuli inhonorans primus, & ſeruos diſſolui
Quos eduxi flentes ſemper, & hos gratia huius,
Vt conſeruus cauillans ipſius plagas interroget.
O infelix quid pelle paſſius es? an ſcutica ingreſſa eſt
In latera multo exercitu, & arbor incidit dorſa?
Talia auferens mala, & pondus & fures degeneres,
Fecit artem magnam nobis, & turrem fecit ædificans
Verbis magnis & ſententijs, & cauillationibus non concionalibus,
Non idiotas homunculos comœdia pones neq; mulieres,
Sed Herculis iram habens, maximis contra conatur
Tranſiens coriorum odores graues, et minas fœtidi animi.
Et primum quidem pugno omnium aſpero dentibus,
Cuius grauiſſimi quidẽ ab oculis cynnæ radij ſplendebant.
Centum autem circulo capita aſſentatorum lugentium lingebant
Circũ caput: uocẽ aũt habebat torrentis pernitiem parietis,
Phocæ autem odorẽ, lamiæ teſticulos immundos, podicem autem cameli.
Tale uidens monſtrum non timui, ſed pro uobis pugnans,
Reſiſtebam ſemper & alijs inſulis, quarum gratia nunc

Referre gratiam decens uos, & memores eſſe.
Etenim prius faciens ſecundum mentem, non paleſtræ
Pueros tentabã, ſed eleuãs præparationẽ ſtatim procedebã
Parum triſtificans, multum lætificans,
Omnia præbens decentia.
Ad hæc opus eſſe mecum
Et uiros & pueros,
Et caluis admonemus
Simul feſtinare de uictoria.
Omnis enim aliquis dicet uincente me
Et in menſa & conuiuijs,
Porta caluo, da caluo
Cicerum frixorum, & non aufer
Generoſißimo poëtarum
Viro frontem habente.
Cho. Muſa tu quidem bella
Expellens, mecum
Dilecto tripudia,
Laudans deorumq; nuptias,
Virorumq; conuiuia,
Et conuiuia beatorum.
Tibi enim à principio cura ſunt.
Si autem te Carcinus ueniens
Precatur cum fi-
Lijs tripudiare, neq; auſcultabis, neq; ue-
Nies mercenarius ipſis:
Sed puta omnes
Coturnices dominatas,
Longos colla ſaltatores,
Nanos natura, ſtercorum caprarum

Vellicationes,
Inuentionum inquiſitores.
Etenim dixit pater
Quem præter ſpes
Habebat actum, murilegam
Veſpere ſtrangulaſſe.
Tales oportet gratiarum
Publicos cantus pulchrarum crines
Sapientem poëtam
Laudare, quando uerna quidem
Voce hirundo
Sedens clamat.
Tripudium autem non habeat
Morſimus
Neq; Melanthius: cuius iam
Amariſsimam uocem cla-
Mantis audi-
Vi: quando tragœdiarum
Tripudium habebant fra-
Terq; & ipſe ambo.
Gorgones, crudifagi,
Batidoſcopi, harpyiæ,
Vetularum expulſores, fœdatæ
Hircibubalæ,
Piſcium ſordes.
Quos deſpuens
Valde & late,
Muſa dea mecum
Collude feſtum:

Try. Valde difficile fuit uenire rectà ad naues.

Ego

Ego defatigaui ualde crura,
Parui uiſu cœlitus uidebamini, mihi
À cœlo apparebatis male morati ualde,
Hinc autem multo peius morati.

Ser. Ò domine ueneras? TRY. Sicut ego audiui aliquem.

Ser. Quid paſſus es? TRY. Dolui crura longam uiam
Tranſiens. SER. Age nunc dic mihi. TRY. Quid?

Ser. Alium aliquem uidiſti uirum in aëre.
Errantem præter te ipſum? TRY. Non niſi
Animas duas uel tres dithyramborum præceptores.

Ser. Quid faciebant? TRY. Colligebant procemia uolantes
In aëre natantia quædam.

Ser. Non erant neq; quæ dicunt in aëre.
Quòd ſtellæ fimus quando aliquis moritur?

Try. Maximè. SER. Et quis eſt ſtella nunc illic?

Try. Ion ille Chius qui fecit diu
Hic aoëum quondam: quare ſtatim
Aoëum ipſum omnes uocarunt ſtellam.

Ser. Quæ enim ſunt diſcurrentes ſtellæ,
Quæ ardentes currunt? TRY. À cœna quædam
Diuitum hæ eunt ſtellarum
Baternas habentes, in autem laternis ignem.
Sed introduc quamcitiſsime hanc capiens,
Et catinum allue, & calefac aquam,
Sternite mihi & hic iuuenculum lectum,
Et hæc faciens ueni huc rurſus iterum:
Ego autem tradam hanc conſilio interea.

Ser. Vnde autem accepiſti hæc tu? TRY. Vnde? è cœlis.

Ser. Non amplius dabo deis trientem,
Si meretrices paſcunt ſicut nos homines.

Try. Non,ſed & illic uiuunt ab his aliquæ.

Ser. Age,nunc eamus.dic mihi,dabo comedere
Huic quid? TRY. Nihil.non enim uolet comedere,
Neq; panem neq; placentam,conſueta ſemper
Apud Deos ambroſiam lambere ſuperius.

Ser. Lambere?igitur ipſi & caniſtra præparandum.

Cho. Feliciter hic ſe-
Nex, quæcunque hic uidere, nunc hæc fac. unguento perunctus.

Try. Quid igitur poſtquam ſponſum me uidetis ſplendidum exiſtentem?

Cho. Aemulus eris ſenex
Rurſus iuuenis exiſtens,iterum.

Try. Puto quid certe quando ſimul exiſtens ubera tangam.
Felicior apparens Carcini ſaltationibus?
Igitur iuſte qui in currum Canthari iens
Saluaui Græcos ad in agris ipſos
Omnes exiſtentes,tutè mouereq; & dormire.

Ser. Hæc puella lota eſt,& quæ podicis pulchra
Placenta piſta eſt,ſeſamo conformata eſt,
Et alia omnia:teſticulo autem opus eſt.

Try. Age,nunc reddamus hanc ſpeculam
Feſtinantes conſilio. SER. Quæ eſt ipſa?quid dicis?

Try. Ipſa theoria eſt,quam nos aliquando
Verberabamus brauris ſubcadentes.
Manifeſte ſcias,& capta eſt uix. SER. O domine
Quantum habet podicem quinquenne.—

Try. Eſto.quis eſt ueſtrum iuſtus quis aliquando
Quis obſeruabit hanc concilio capiens?
Hic quid circunſcribis? SER. Hoc in Iſthmia

Scenam

Scœnam mei uirgæ deprehendo.

Try. Nondum dicitis uos quis obſeruans?ueni tu:
Deponam enim in medios ipſos ducens.

Ser. Ille annuit. TRY. Quis? SER. Quis? Ariphrades
Ducere ad ipſum precans. TRY. Sed ô miſer,
Ius ipſius accidens excipiet.
Age, iam tu depone primum uaſa humi,
Conſilium, Prytanes, uidetis ſpecula?
Conſyderate quanta uobis bona tradam ferens,
Ad ſtatim eleuantes uos, crura
Ipſius alta deducere redemptionem:
Hanc autem uidetis coquinam uobis ualde bonam.
Propter hæc & fumauit. hic enim
Ante bellum ollæ concilio quondam erant,
Poſtea certamen ſtatim licebit facere
Hanc habentibus cras bene ualde,
In terra luctari cum quatuor pedibus ſtare,
Et fortiter unctis iuueniliter,
Verberare, fodere, pugnis cum & teſticulo.
Tertia autem poſt hæc equitationem ducetis.
Quando autem equus equa equitabit
Currus autem inter ſe reuerſi,
Flantes & ſpirantes mouebuntur.
Alij autem mouebuntur membro nudati.
Circa curuaturas aurigæ cadentes.
Sed ô gubernatores ſuſcipite ſpeculam.
Age ualde prompte gubernator ſuſcepit:
Sed non ſi dotem adducere te decuiſſet,
Sed inueniſſem te ſubter habentem inducias.

Cho. Certe bonus uir ci-

Vis eſt omnibus, qui-
Cunq; eſt talis.

Try. Quando uindemiabitis ſcietis multo magis qualis ſum.

Cho. Et nunc tu manifeſtus es:
Saluator enim omnibus ho-
Minibus factus es.

Try. Dices quid certe poſtquam ebibes uini poculum?

Cho. Et præter deos ſemper te exiſtimabo primum.

Try. Multorum enim uobis dignus Athmoneus ego,
Grauis liberans laboribus ciuilem turbam.
Et operarium populum, hyperbolumq; ſedans.

Cho. Age, quid nobis hic faciendum?

Try. Quid aliud quàm hanc ollis firmandum.

Cho. Ollis? tanquàm accuſantem Mercuriolum.

Try. Quid autem uidetur? uultis pingui boue?

Cho. Boue? nullo modo, ut non auxiliari oporteat.

Try. Sed ſue pingui & magna. CHO. Non, non. TRY. Quid?

Cho. Vt non fiat Theagenis porcinus odor.

Try. Quid iam uidetur tibi igitur reliquorum? CHO. Oue.

Try. Oue? CHO. Ita per Iouem. TRY. Sed hoc eſt ionicum
Verbum. CHO. Apte, ut in conſilio
Quòd oportet bellare dicit aliquis ſedentes,
Præ timore dicam Ionice heu.

Try. Bene dicis. CHO. Et alijs ſunt ſtulti,
Quare erimus inter nos agni moribus,
Et auxiliarijs mitiores ualde.

Try. Age, nunc duc quàm citiſſime ouem capiens:
Ego autem præbebo altare in quo ſacrificabimus.

Cho. Valde omnia quæcunq; uult & fortuna dirigit,
Procedunt ſecundum mentem, alterum autem alteri

Horum ſecundum tempus obuiat.

Try. Valde hæc manifiſta ſunt. hoc enim altare portis & iam.

Cho. Feſtinate nunc inquantum
Venuſta ex Deo
Detinet bellum
Mobilis aura.
Nunc enim fortuna manifeſte
In bona tranſit.
Caniſtrum adeſt ordea habens, & coronam, & gladium,
Et ignem hunc, & nihil tenet prærterquàm ouis nos:

Cho. Igitur certabitis,
Vt ſi Chæris ad uos iam
Accedat cantaturus inuo-
Catus, & poſtea hoc bene ſcio quod inflanti & laboranti
Addetis utiq;.

Try. Age, iam caniſtrum capiens tu & cadum,
Circumeas aram cito dextre.

Ser. Ecce, dixeris aliud, circumiui,
Age, iam faculam hanc intingam capiens:
Quare tu cito, tu autem protende in ordeis,
Et ipſe ſacrifica dans hanc mihi,
Et ſpectatoribus proijce ordea.
Ecce.

Try. Dediſti iam. SER. Per Mercurium ut
Horum, quicunq; adſunt ſpectatorum,
Non eſt ullus qui non ordeum habeat.

Try. Non mulieres acceperunt. SER. Sed ueſperi
Dabunt ipſis homines: ſed uota faciamus,
Quis hic nam adeſt, multi & boni,
His age dem: multi enim ſunt & boni,

Hos

Try. Hos bonos putaſti. SER. Non enim qui
Nobis triſtantibus, aquam tantam
In hunc ipſum ſteterunt profecti locum:
Sed quàm celerrime precemur, precemur iam.

Try. O grauiſſima regina Dea
Venernnda Pax,
Domina chororum, regina nuptiarum,
Suſcipe ſacrificium noſtrum.

Ser. Suſcipe iam ô honoratiſſima
Per Iouem: & ne facias quæ
Adulterantes faciunt mulieres.
Nam illæ inclinatæ,
In atrio limis oculis aſpiciunt:
Et ſi quis adhibeat mentem ipſis
Retrocedunt:
Et poſtea ſi abierit, limis oculis aſpiciunt.
Horum tu fac nihil amplius erga nos.

Try. Per Iouem, ſed oſtende totam teipſam
Decenter amatoribus
Nobis, qui propter te uexamur iam
Tres & decem annos.
Solue autem pugnas, & uentris crepitus,
Vt Lyſimachen te uocemus.
Seda autem noſtras ſuſpiciones,
Commentitias, quibus multa loquimi-
Ni inter uos: Miſce autem nos
Græcos rurſus ab initio
Amicitiæ ſucco, & uenia
Quadam leuiore tempora mentem,
Et forum nobis bonorum

Imple

Imple magnorum aliorum,
Cucumerum patriorum, pomorum granatorum.
Seruis autem ueſtrum paruarum,
Et ex Bœotijs ferentes ad uidendum
Anſeres, anates, palumbes, trochilos,
Et anguillarum uenire globos,
Et circa has uos frequentes,
Obſonantes turbari,
Morycho, telea, glaucete, alijs
Voracibus multis, poſteaq; Melanthium
Venire poſterius in forum
Has uendere, hunc autem clamare.
Poſtea ſolicanere ex Medea
Perij, perij, ablata:
Has in betis ſtantes
Hos autem homines lætari.
Hæc ô multum prudens precantibus nobis da.
Cape gladium, poſtea ut coquinarie
Iugulabis ouem. TRY. Sed non fas. SER. Cur quid iam?
Try. Non lætatur certe Pax iugulationibus,
Neq; cruentatur altare, ſed intro ferens
Sacrificans, crura excipiens huc effer:
Et ſic ouis chorago ſaluatur.
Cho. Te iam ianuis oportet manentem igitur,
Ligna ſciſſa hic ponere cito,
Illaq; affer omnia in hæc.
Try. Non uideor mihi ſapienter ſarmentum ponere?
Cho. Quomodo autem non? quid enim te fugit quæcunq; oportet
Sapientem uirum? quid autem non tu ſapis quot
Sunt opus ſapientia probum,

Mente

Mente & datore audacia?

Try. Lignum ſciſſum igitur in cenſum Stilbidem dolorificat.
Et menſam portabimus, & puer non deficiet.
Quis non lauda-
Bit uirum talem, qui-
Cunq; multa tolerans ſalua-
Vit ſacram ciuitatem:
Quare non ceſſabit unquam
Amabilis omnibus.

Ser. Hæc autem facta ſunt, pone crura capiens:
Ego autem in uiſcera uado & ſacrificia.

Try. Mihi curæ erunt hæc, ſed ire oportet.

Ser. Ecce adſum, an tenere tibi uideor?

Try. Aſſa bene nunc hæc: etenim hic
Aduenit lauro quidam coronatus.
Quis igitur eſt? SER. Valde ſuperbus apparet,
Vates aliquis eſt. TRY. Non per Iouem, ſed Hierocleus.

Ser. Ipſe ubi eſt hic fatidicus ex Oreo.
Quid igitur dicet? TRY. Manifeſtus eſt hic quòd
Contrarius erit quid pacibus.

Ser. Non, ſed ad nidorem ingreſſus eſt.

Try. Ne nunc uidere uideamur ipſum. SER. Bene dicis.

Hie. Quod ſacrificium hoc? & cui deorum?

Try. Aſſa tu taciturnitate, & remoue à lumbo.

Hie. Cui autem ſacrificatis dicite? TRY. Cauda facit
Bene. SER. Bene certe ô ueneranda Pax dilecta.

Hie. Age, nunc incipe, & poſtea da principia.

Try. Aſſare melius primum. HIE. Sed hæc
Iam ſunt aſſata. TRY. Multa facis quicunq; es,
Incide, ubi menſa? libamen fer.

Lingua

Hie. *Lingua ſeparatim inciditur.* TRY. *Meminimus.*
Hie. *Sed ſcis quod faciendum.* SER. *Si dixeris.* TRY. *Ne diſputa*
Nobiſcum nil: paci enim ſacra ſacrificamus.
Hie. *O miſeri mortales & ſtulti.* (TRY. *In caput tibi.*)
Hie. *Qui bona ſcientia deorum mentem non audientes,*
Compoſitionem feciſtis uiri gratioſis ſimijs.
Ser. *Papæ papæ.* TRY. *Quid rides?* SER. *Lætatus ſum*
gratioſis ſimijs.
Hie. *Et cepphi, turtures uulpinis perſuaſi eſtis,*
Quorũ doloſæ animæ, doloſæ mentes. TRY. *Vtinã tui eſſe*
Deberent, ô ſuperbe ſic calide pulmo.
Hie. *Vtinam enim non nymphæ Deæ bacin decipiant,*
Neq; bacis mortales, neq; rurſus nymphæ bacin ipſum.
Try. *Exitio dignus, peribis niſi ceſſabis bacizans.*
Hie. *Nondum fatatum fuit pacis ligamentum ſoluere.*
Sed tunc primum. TRY. *Salibus aſpergenda hæc.*
Hie. *Non enim dum hoc eſt amicum beatis deis*
Pugna deſinere, antequam lupus ouem ducat uxorem.
Sicut Sphondye fugiens laborioſiſsime pedit,
Et tintinabulum Acalanthis feſtinans cæca parit,
Sic nondum oportet pacem fieri.
Try. *Sed quid oportet nos? non quieſcere pugnantes?*
An ſortiri utri lugebimus maiora?
Exiſtẽte licito ſacrificãtibus cõmuniter Græcia imperare?
Hie. *Nunquam facies cancrum rectà ire.*
Try. *Nunquam cœnabis amplius in futurum in prytaneo,*
Neq; in facto aliquid facies poſtea nihil.
Hie. *Neq; unquam feceris politum aſperum echinum.*
Try. *An decipiens aliquando Athenienſes adhuc quieſces?*
Hie. *Quale enim ſecundum uaticinium combuſsiſtis crura deis?*

Sicut

Try. Sicut optimum iam fecit Homerus.
Sic hi quidem nebulam odioſam expellentes belli,
Pacem acceperunt, & firmaruntq́; ſacrificio.
At poſtquam crura combuſta ſunt, & interiora ſparſa ſunt,
Libauerunt poculis, ego autem uia præibam:
Fatidico autem nullus dabat poculum ſplendidum.

Hie. Non ſum particeps horum. non enim hæc dixit Sibylla.

Try. Sed ſapiens per Iouem Homerus aptius dixit:
Sine propinquis, iniuſtus, ſine domo eſt ille
Qui bellum amat ciuile aſperum.

Hie. Conſydera iam, ne te dolo mentes decipiens
Miluius capiat TRY. Hoc quidem tu ſerua,
Quòd hoc terribile uiſceribus eſt uaticinium.
Infunde iam libamen, & uiſcerum fer huc.

Hie. Sed ſi hæc uidentur, & ego mihi ipſi ſeruiam.

Try. Libamen, libamen.

Hie. Infunde iam & mihi, & uiſcerum partem præbe.

Try. Sed nondum hoc eſt amicum beatis deis:
Sed hoc prius libare nos, te autem abire.
O` ueneranda Pax aßiſte in uita nobis.

Hie. Affer linguam. TRY. Tu autem illam tui ipſius exporta.

Hie. Libamen. TRY. Et hæc cum libamine accipe citius.

Hie. Nullus dabit mihi uiſcera? TRY. Non enim poßibile
Nobis ante dare, quàm & lupus ouem ducat uxorem.

Hie. Certe ad genua. TRY. Vane ô amice ſupplicas:
Non facies leuem aſperum echinum.
Age, iam ſpectatores hic ſimul comedite uiſcera
Nobiſcum. HIE. Quid ego? TRY. Sibyllam comede.

Hie. Non per terram hæc comedetis ſoli,
Sed rapiam ueſtrum: ipſa iacent autem in medio.

Verbera,

Try. Verbera, uerbera bacin. HIE. Teſtor.
Try. Et ego quòd guloſus es & ſuperbus uir,
Verbera ipſum expellens ligno ſuperbum.
Ser. Tu quidem igitur. ego autem hunc pellibus
Quas accepit ipſe decipiens auferam.
Non depones pelles ô ſacerdos?
Hie. Audiuiſti coruus qualis uenit ex oreo?
Ser. Non uolabit citò in clymnium.
Cho. Lætor lætor, galea liberatus,
Caſeoq; & cepis.
Non enim delector pugnis,
Sed ad ignem trahens,
Cum uiris alteris amicis,
Non ſinis lignorum quæ ſunt
Combuſtibiliſſima æſtate depreſſa,
Et incedensq; cicer,
Et phagum incendens,
Et ſimul thrattam mouens
Vxore lauante.
Cho. Non enim eſt ſuauius quàm aſſequi quidem ſeminata,
Deum autem pluere & aliquem dicere uicinum,
Dic mihi quid nunc facimus ô ebrie?
Bibere mihi placet deo faciente bene.
Sed ſicca phaſelorum ô mulier tria ſemodia:
Triticorumq; miſce ipſis & ficuum excipe,
Et Manem ſyra uocet loco.
Non enim poſſibile eſt omnino pampinos putare hodie,
Neq; luto ire quoniam humidus locus.
Et ex mei aſportet aliquis turdellam & paſſeres.
Eſt autem & lac aliquod inter & lepores quatuor,

Huic autem panes nõ empti ſunt: non enim ſciuerat exiens,
Poſtea aſtans ad ſtatuam illam pandionis,
Vidit ſeipſum, & dubitans conſuetudine malũ uidẽs ſuccũ.
Hæc autem nobis agricolis faciunt. illis autem ex ciuitate,
Minus hi deis hi & uiris iacientes ſcuta,
Quorum adhuc pœnas mihi dabunt, ſi deus uoluerit.
Multum enim iam me iniuria affecerunt.
Exiſtentes domi quidem leones,
In pugna autem uulpes.

Try. Heu, heu.
Quanta res in cœnam uenit ad nuptias.
Tene, terge menſas hac:
Omnino enim nulla utilitas eſt huius amplius,
Poſtea infer placentas & turdellas,
Et leporinarum carnium multas & panes.

Falcium factor. Vbi ubi Trygæus eſt? TRY. Ebullio turdellas.

Fal. fac. O` dilectiſſime, ô Trygæe qui nobis bona
Feciſti, pacem faciens: ut antea
Nullus emit falcem, neq; panes:
Nunc autem quinquaginta drachmis uendo,
Hic autem cum drachmarum cados in agros,
Sed ô Trygæe falciumq; accipe,
Et harum quod uis. dotem enim hæc ſuſcipe,
A` quibus uendidimus & lucrati ſumus,
Hæc dona hæc tibi ferimus ad nuptias.

Try. Age, nunc deponentes apud me hæc, intrate
Ad cœnam quamcitiſſime: etenim
Armorum uenditor dolens aduenit.

Gal. fac. Hei mihi radicitus me ô Trygæe perdidiſti.

Try. Quid autem eſt ô infelix? non facis criſtras?

Galearum factor. *Perdidiſti mei, artem & uictum,*
Et hunc, & haſtarij illius.
Try. *Quid igitur his deponam tibi criſtis?*
Galearum factor. *Ipſe tu quid dás?* TRY. *Quod do uerecundor.*
Tamen autem quòd ligamen habet laborem multum,
Darem ipſarum caricarum tres modios:
Vt purgem menſam hoc.
Galearum factor. *Effer igitur intrans caricas:*
Melius enim ô amice eſt quàm nil accipere.
Try. *Aufer aufer ad coruos ex domo.*
Capillis fluunt, nil ſunt criſtæ:
Non emerem neq; carica una.
Thoracũ uenditor. *Quid iam decem minarum hac thoracis pelle*
Induta optime utar miſer?
Try. *Hic quidem non tibi faciet damnum:*
Sed eleua mihi hunc æqualis precij,
In cacare enim eſt aptus ualde.
Tho.uen. *Ceſſa me iniuria afficiens meis rebus.*
Try. *Sic apponenti tres lapides non apte:*
Tho.uen. *Quali autem abſterſione aliquando ô rudiſsime?*
Try. *Sic immittens manum per foramen,*
Et hac ſimul. THO. VEND. *Ambabus igitur.* TRY.
Ego per Iouem.
Vt non peccem foramen furans nauis.
Tho.uen. *Poſtea in decem minarum cacabis ſedens?*
Try. *Ego per Iouem ô terende: putas enim*
Culum uendere me mille drachmis?
Thoracũ uenditor. *Age iam effer argentum.* TRY. *Sed ô bone*
Frangit os, aufer, non emam.
Tho.uen. *Quid igitur tuba hac utar,*

Quam

Quam emi drachmis ſexaginta ego?

Try. Plumbum in hoc concauum fundens,
Poſtea deſuper uirgam imponens longam,
Fiet tibi deductorum cyathorum.

Galearũ factor. Hei mihi derides. TRY. Aliud admonebo.
Hoc quidem plumbum ſicut dixi infunde,
Hinc autem funibus aptans,
Trutinam appone,& ipſi tibi erit
Ficus in agro ſeruis ponderare.

Galearũ uẽditor. O' impure dæmon ualde me perdidiſti,
Quòd reddidi pro his minam aliquando.
Et nunc quid faciam,quis enim hæc emet?

Try. Vende iens ipſa Aegyptijs:
Sunt enim apta Syrmeam menſurare.

Lã. pol. Hei mihi ô Cranopœe ualde miſere facti ſumus.

Try. Hic quidem non paſſus eſt nihil. GAL. VEND. Sed quid
Amplius eſt his galeis quòd quis utetur?

Lãceæ politor. Si hæc diſcat manubria facere,
Melius quàm nunc ipſa uendet multo.

Galearũ uẽditor. Abeamus ô doryxe. TRY. Nullo modo,quoniam
Huius ego lanceas hás emam.

Lãceæ politor. Quantum das igitur? TRY. Si ſectæ fuerint dupliciter
Accipere ipſas impetras centum drachma.

Lã.pol. Iniuria afficimur.eamus ô amice longe.

Try. Per Iouem ualde pueri iam exeunt
Micturi uocatorum huc,ut
Quædam cantent,præludij factores mihi uidentur.
Sed quid cantare cogitas ô puerule,
Hic apud me ſtans prius prælude hic.

Fil. Nunc rurſus bellicoſis uiris incipiamus. TRY Ceſſa,

Bellicoſos ſciui, & maximè ô ter infelix
Pace exiſtente: rude es, & male dictum.

Fil. Scio quando iam prope erant inter ſe euntes.
Coniecerunt pellesq; & ſcuta umbiculoſa.

Try. Scuta? non ceſſas recordans ſcuta nobis.

Fil. Hic ſimul luctusq; & ſupplicatio eſt uirorum.

Try. Virorum luctus. lugebis per Dionyſium
Luctus canens, & hæc umbiculoſa.

Fil. Sed quid certe canam? tu enim dic mihi quibus gaudes?

Try. Sic hi quidem conuiuati ſunt boum carnes, & has
Prandium adpoſuerunt quæ ſuauiſſime mandere.

Fil. Sic hic quidē conuiuati ſunt boū carnes, & ceruices equorū
Diſſoluerunt ſudantes, quoniam bello ſatiati ſunt.

Try. Eſto. ſatiati ſunt bello, deuorarunt
Has autem, has ſic comederunt ſatiati.

Fil. Armati ſunt poſtea quieti. TRY. Libentes.

Fil. Turribus è fuſi ſunt: uox autem inceſſabilis orta eſt.

Try. Peſſime pereas puerule ipſis pugnis:
Nil enim canis præter bella huius, & quando fuit.

Fil. Ego? TRY. Tu quidem per Iouem. FIL. Filius Lamachi.

Try. Papæ.
Certe enim ego admirabar audiens, ſi tu non eſſes
Viri bulomachi & clauſimachi alicuius filius,
Ex pelle & haſtas ferentibus cane filium.
Vbi mihi Cleonymi eſt puerulus?
Cane ante ingredi aliquid: tu enim bene ſcis quòd
Non moleſtum canes, ſapientis enim es patris.

Fil. Scuto quidem ſaiorum quis lætatur? quod ad uirgulium
Intra illæſum reliqui non uolens.

Try. Dic mihi ô poſthon in tui ipſius patrem canis?

Animam

Fil. *Animam autem ſaluaui.* TRY. *Detur paſti parentes.*
Sed introëamus.bene enim ſcio ego aperte
Quòd hæc quæ cum quòd cecinisti nuper de ſcuto,
Non latebunt aliquando illum tuum patrem.
Noſtrum reliquum opus iam hic manentium
Comedere hæc omnia,& ſacrificare,
Et non uacuas trahere.
Sed uiriliter inijcite,
Et abſterge ambabus maxillis:
Neq; enim ô agricolæ
Alborum dentium opus eſt
Si nil & mandunt:
Nobis curæ erunt hæc.bene facis autem & tu dicens.
Sed ô antea eſurientes inijcimini leporibus.
Quòd non omni die placentas eſt inuenire errantibus deſertis.
Ad hæc comedite:certe fortè uobis dico pœnitere.
Laudare oportet & nympham, extra aliquē huc portaret,
Tedasq; ferre, et omnem populum congratulari & iubere.
Et uaſa retro in agrum oportet omnia portare,
Saltantes & libantes & Hyperbolum expellentes,
Et poſtea ſupplicantes deis
Dare diuitias Græcis,
Ordeaq; facere nobis multa
Omnibus ſimiliter.uinumq; multum,
Ficusq; comedere,
Hasq; mulieres parere nobis,
Et bona omnia quæcunq; perdidimus,
Colligere iterum à principio,
Ceſſare autem ſplendidum ferrum.

Age ô mulier in agrum,
Et ut mecum bona
Bene habites.
Hymen hymenææ,ô hymen hymenææ,ô
O' ter beate ualde iuſte,
Bona nunc habes.
Hymen hymenææ,ô
Hymen hymenææ,ô
Quid faciemus ipſam?
Quid faciemus ipſam?
Vindemiabimus ipſam,
Vindemiabimus ipſam.
Sed eleuantes portemus,
Præordinantes,ſaltantes,recipientes
Sponſum ô uiri.
Hymen hymenææ,ô hymen hymenææ,ô
Habitabitis igitur bene,
Non moleſtias habentes.
Hymen hymenææ,ô hymen hymenææ,ô
Huius quidem magna & pinguis,
Huius autem ſuauis ficus.
Dices igitur quando comedes
Vinumq́; bibes multum
Hymen hymenææ hymen hymenææ.

DEFICIT.

Placentas comedite.

PACIS FINIS.

ARISTOPHANIS CONCIO NANTIVM ARGVMENTVM.

MVlieres pactæ ſunt omnia excogitare, ut uiderentur uiri eſſe: & concionantes perſuadere tradere ipſis ciuitatē cōcionāte una ex ipſis, Hæ aūt excogitationes opinandi ipſas uiros eſſe tales, uirilē recipiūt ueſtē exercitantes et prouidentes corpus ipſarum, tanquam maximè uirile eſſe opinari. Vna autem ex ipſis Praxagora lucernam tenēs præit ſecundum pacta, & dicit, O` ſplendide ocule.

ACTVS PERSONAE.

Mulier quædā Praxagora	*Alia anus*
Alius uir Phidolus	*Alia mulier*
Serua	*Preco*
Alius uir Blepyrus	*Chorus*
Iuuenis	*Alius uir ex concione Chremes.*
Anus	
Vir quidam	*Iuuencula.*

ARISTOPHANIS CONCIONANTES.

PRAXAGORA.

O Splendide ocule tornatilis lucernæ,
Optime in bene ſpeculatoribus expetite,
Generationesq; enim tuas & fortunas oſtendemus.
Trocho enim mota figulino impetu, ab

Naſis ſplendidos ſolis honores habes,
Moue flammæ ſigna coniacentia.
Te enim ſola oſtendimus decenter: quoniam
Et domunculis Veneris mores
Tentantibus prope aſtas,
Motorumq; corporum auxiliatorum
Oculum nullus tuum prohibet domibus.
Sola autem crurum in arcana conclauia
Splendes, illuminans pullulantem pilum:
Porticusq; fructus, bacchanalisq; uini
Plena ſub poplitibus ſimul aſtas.
Et hæc ſimul faciens non loqueris his prope:
Pro quibus conferent & nunc conſilia,
Quæcunq; Sciris apparuerunt meis amicis.
Sed nulla adeſt quas uenire oportebat:
Tamen ad diluculum eſt hoc concilium,
Statim ualde erit recipere nos ſedes,
Quas Sphyromachus quondam dixit, ſi meminiſtis adhuc.
Oportet meretrices & bonas latere.
Quid igitur erit? utrum non ſuta
Habent barbas quas dictum eſt habere?
Vel ueſtes uiriles furantibus, latere
Fuit difficile ipſis. ſed uideo hanc lucernam
Aduenientem, age nunc recedam iterum
Ne & aliquis exiſtens uir aduenіens, contingat.

Alia mulier. Hora eundi, quoniam preco nuper
Nobis procedentibus, ſecundò clamauit.

Pra. Ego autem uos expectans uigilo
Noctem omnem. ſed age uicinam
Hanc uocabo leniter pulſans ianuam,
Oportet enim uirum ipſius latere. MVL. Audiui

Calcians fricationem tui digitorum
Tanquam non dormiens. hic enim uir ô dilectiſſima
Salaminius enim eſt, quo cum uerſar ego,
Noctem totam commouit me in lectis
Ad nunc hanc ueſtem ipſius capere.
Et quidem uideo & Clinaretem & Soſtratem
Aduenientem, hanc & Philanctem.

Pra. Igitur feſtinate quòd Clyce iurauit
Vltimam uenientem, uini tres menſuras
Noſtrum ſoluere: & cicerum menſuram.
Hanc Smicythionis non uides Meliſticham
Feſtinantem in ſoleis? & mihi uidetur
Per otium à uiro exire ſola.

Alia mulier. Hanc Capeli autem non uides Geuſiſtratem
Habentem in dextera & lampadem:
Et hanc Phicodoripiq; & Charetadi?

Pra. Video accedentes & alteras multas ualde
Mulieres, quòd adeſt utilitas in ciuitate.

Mul. Et ualde miſere ego ô dilectiſſima
Fugiens adueni. hic enim uir noctem totam
Tuſſiuit piſcibus ueſpere plenus.

Pra. Sedete igitur ut interrogem hæc
Vos, poſtquam collectas uideo
Quæcunq; Sciris apparuerunt, ſi feciſtis.

Mul. Ego primum quidem habeo ſub alas
Virgultu denſiores, ſicut erat compoſitum.
Poſtea quando uir in concionem ibat mei:
Vncta corpus totum per diem,
Calefiebam ſtans ad ſolem.

Mul. Et ego nouaculam ex domo

Proieci

Proieci primum ut denſarer tota:
Et nihil eſſem amplius mulieri ſimilis.

Pra. Habetis autem barbas quas dictum eſt habere
Omnibus nobis quando congregaremur.

Mul. Per Lunam pulchram ego hoc.

Al. M. Et ego Epicrate non paulo pulchriorem.

Pra. Vos autem quid dicitis? MVL. Dicunt, annuunt igitur.

Pra. Et quidem alias uobis uideo res:
Laconicos enim habetis & baculos,
Et indumenta uirilia ſicut diximus.

Mul. Ego baculum exportaui
Illum Lamij hunc dormientis clam.

Pra. Hic eſt ille baculorum quibus peditur.
Per Iouem ſeruatorem aptus erat,
Panopti pelliceam indutus,
Siquis alius decipere carnificem.

Mul. Dicatis quomodo & in his faciemus,
Quouſq; adhuc ſunt aſtra per cœlum.
Concilium autem in quod apparamur
Nos ire, ex aurora fiet.

Pra. Per Iouem ergo oportet te accipere ſedes
Sub lapide Prytaneorum è regione.

Al. M. Hæc per Iouem portabam, ut
Perfecto diuidam concilio.

Pra. Perfecto miſera. MVL. Per Dianam
Ego. quid enim peius audire poſſum certe
Diuidens: nudi autem ſunt mei filij.

Pra. Ecce te diuidentem quam corpore
Nihil oſtendere ſeſſuris decebat.
Igitur bona patiemur ſi plenus contigerit

Populus

Populus exiſtens, & poſtea aſcendens aliqua
Reijciens oſtendet pudenda.
Si autem ſedemus priores, latebimus
Contrahentes ueſtes barbamq;,
Quando ſedebimus quod circumligabimus illic.
Quis non nos uiros putabit uidens?
Agyrrius igitur Promomi barbam habens
Latuit: tamen prius erat hic mulier.
Nunc autem uides facit maxima in ciuitate,
Huius per præſentem diem
Audaciam audemus tanti gratia,
Si quomodo accipere ciuitates res
Poterimus ad bonum aliquid facere ciuitati:
Nunc quidem enim neq; currimus, neq; impellimus.

Mul. *Et quomodo mulierum fœminilis poteſtas*
Concionabitur? PRA. *Multum quidem igitur optime.*
Dicunt & iuuenum quicunq;
Multum mouentur, grauiſsimos eſſe dicere:
Nobis autem ineſt hoc ſecundum fortunam quandam.

Mul. *Non ſcio, graue eſt mea experientia.*

Pra. *Igitur apte congregatæ ſumus hic,*
Vt præmeditemus quæ illic oportet dicere.
Non præuenies barbam circum ligans?
Aliæ quæcunq; loqui meditatæ ſunt.

Mul. *Quæ autem ô miſera noſtrum non loqui ſcit?*

Pra. *Age tu circum liga, & cito uir fias.*
Ego autem ponens coronas circum ligabo,
Et ipſa uobiſcum ſi mihi uidebitur dicere.

Mul. *Age, ô dulciſsima Praxagora, conſydera miſera*
Quòd & ridiculoſa res uidetur.

Quomodo

Pra. Quomodo ridiculoſa? MVL. Tanquam aliquis ſepijs
Barbam circum ligaret combuſtis.

Pra. Periſtiarchus circumferre oportet muſtelam,
Abite ante. Ariphrades ceſſa loquens,
Sede adueniens. quæ concionari uult?

Mul. Ego. PRA. Circumpone coronam fortuna bona.

Mul. Ecce. PRA. Dicas? MVL. Poſtea ante bibere dicam?

Pra. Ecce bibe. MVL. Quid enim miſera coronata ſum?

Pra. Abi longe, talia nobis feciſti
Illic. MVL. Quid autem non bibunt & in eccleſia.

Pra. Ecce tibi bibunt. MVL. Per Dianam
Et hæc merum. hæc igitur conſilia
Ipſorum quæcunq; faciunt reminiſcentibus,
Tanquam ebriorum ſunt ſtupefactiua.
Et per Iouem ſacrificant, an alicuius gratia
Tot ſupplicant, ſiquidem uinum non adeſſet:
Et cauillantur ualde bibentes,
Et ebrium efferunt ſagittarij.

Pra. Tu quidem uade & deſede, nihil enim es.

Mul. Per Iouem, certe mihi non barbam facere melius fuiſſet,
Siti, ut uidetur ſiccabor.

Pra. Eſt quæ altera uelit dicere. MVL. Ego.
Age, iam coronare: etenim res operatur,

Pra. Age nunc ut uiriliter & bene dicas,
Confirmata habitum baculo.

Mul. Volebam quidem alteram conſuetarum
Dicere optima, ut ſederem tacita:
Nunc autem non ſinam, ſecundum meam una
In cauponis lacus facere
Aquæ, mihi quidem non uidetur per deos.

Per

Pra. Per deos miſera, ubi mentem habes?

Mul. Quid autem eſt: non enim bibere petij te.

Pra. Per Iouem, ſed uir exiſtens per Deos iuraſti,
Tamen alia dicens aptiſsima.

Mul. O per Apollinem. PRA. Ceſſa igitur, quòd ego
Concionans non præmouebo pedem
Alterum, niſi hoc diligenter conſyderabitur.

Mul. Per coronam, ego enim rurſus dicam iterum:
Puto enim iam meditata eſſe bene.
Mihi enim ô mulieres ſedentes.

Pra. Mulieres iterum infelix uiros dicis?

Mul. Per Iouem. Epigonum illum, ſiquid aſpiciens enim
Illic, ad mulieres putabam dicere.

Pra. Pereas & tu, & ſedete illic.
Ipſa enim ueſtrum gratia mihi dicere uideor,
Hanc accipiens, deis quidem ſupplico
Accidere dirigens conſilia.
Mihi autem æquale quidem ciuitate cum
Quam uobis. doleo autem & fero
Has ciuitatis omnes grauiter moleſtias.
Video enim ipſam præſtantibus utentem
Semper malis: & ſi quis die una
Bonus ſit, decem autem malus ſit.
Commiſiſti alteri: plura adhuc faciet mala.
Difficile quidem uiros malos admonere:
Qui amare uolentes timetis,
Illos autem non uolentes orare ſemper,
Concilijs erat quando non utebamur
Nil omnino, ſed argentum
Malum putabamus. nunc autem utentium,

Hic

Hic quidem capiens argentum laudauit.
Non autem capiens eſſe morte dicit dignos,
Mercedem ferre quærentes in concilio.

Mul. Per Venerem bene hæc dicis.

Pra. Miſera Venerem nominaſti, gratioſa
Feciſti ſi hoc dixiſti in concilio.

Mul. Sed non dicam. PRA. Neq; conſueſce nunc dicere.
Auxiliatorium rurſus hoc quando conſyderabamus,
Si non fieret perire dicebant ciuitatem:
Quando autem factum fuit, dolebant. horũ autem rhetorũ
Hic quando hoc perſuadens, ſtatim fugiens iuit.
Naues iam detrahere pauperi quidem uidetur,
Diuitibus autem & agricolis non uidetur,
Corinthijs doletis, & illi tibi
Nunc ſunt boni, & tu nunc bonus fies
Argeus rudis, ſed Hieronymus ſapiens.
Salus declinata eſt: ſed terminat
Thraſybulus ipſe non aduocatus.

Mul. Valde intelligens uir. PRA. Nunc bene laudaſti.
Vos igitur eſtis ô populc horum cauſæ
Publicas mercedem ferentes res,
Propria conſyderatis unuſquisq; quid quis lucratur.
Hoc autem commune uelut Aeſimus uoluitur.
Si igitur mihi perſuademini ſaluabitis adhuc.
His enim mulieribus dico opus eſſe ciuitatem
Vos tradere: etenim in domibus
His commiſſarijs & gubernatoribus utimur.

Mul. Bene bene per Iouem, dic, dic ô bone.
Quod autem nobis moribus meliores
Ego docebo. primum quidem enim lanas

Tingunt

Tingunt calida, ſecundum antiquam legem
Omnes, non iterum tentantes
Videbas ipſas. hæc autem Athenienſium ciuitas,
Si hoc bene hábet, non ſaluabitur,
Si non quid nouum aliud operabitur.
Sedentes ſiccant ut & prius,
In capite ferunt ſicut & prius,
Theſmophona agunt ſicut & prius,
Viros fricant ſicut & prius,
Mechos habent intus ſicut & prius:
Ipſis obſoniant ſicut & prius,
Vinum merum amant ſicut & prius,
Subagitatæ gaudens ſicut & prius.
His igitur ô uiri tradentes ciuitatem
Non nugemur, neq; interrogemus
Quid aliquando facere uolunt, ſed ſimplici more
Sinamus imperare, conſyderantes hæc ſola,
Quòd exercitus primum exiſtentes, matres
Saluare cupiunt, poſtea cibos
Quis pariente magis immittat.
Res præbere facillimum mulier,
Imperans non decipietur unquam.
Ipſæ enim ſunt decipere conſuetæ.
Hæc autem alia ſinam. hæc ſi perſuadebimini mihi,
Bene fortunati uitam degetis.
Mul. *Bene ô dulciſſima Praxagora, & apte.*
Vnde ô miſera hæc didiciſti ſic bene?
Pra. *In phygis cum uiro habitaui in pycni.*
Poſtea audiens, exdidici rhetoribus.
Mul. *Non incaſſum ô miſera os eloquens & ſapiens,*

Et te ducem mulieres illinc
Eligimus, ſi hæc quæ cogitas facies.
Sed ſi Cephalus tibi nugatur corruptus,
Quomodo contradices ad ipſum in concione?

Pra. Dicam deſipiſcere ipſum. MVL. Sed hoc
Sciunt omnes. PRA. Sed & furere.

Mul. Et hoc ſciunt. PRA. Sed & ſcutellas
Male fingere, hanc autem ciuitatem bene & pulchre.

Mul. Quid ſi Neoclides Glamon te mordet?

Pra. Huic quidem dixi in canis culum uidere.

Mul. Quid autem ſi uerberabunt te? PRA. Admouebor,
Tamen non inexperta exiſtens multorum uerberum.

Mul. Illud ſolum inconſyderatum, ſi tibi ſagittarij
Trahent quicquid facies aliquando. PRA. Explicabo
Sic, media enim nunquam capiar.

Mul. Nos autem ſi eleuant, ſinere iubebimus.

Pra. Hæc quidem nobis memorata ſunt bene.

Mul. Illud autem non conſyderauimus quomodo
Manus eleuare meminerimus tunc:
Conſuetæ enim ſumus extollere crura.

Pra. Difficilis res: tamen autem conſentiendum
Extollentibusq; alterum brachium.
Age nunc trahite ſupra ueſtes,
Subligate quamcitiſsime laconicas,
Quemadmodum uirum uidetis quando in concilium
Vultire, uel foras ſemper.
Poſtea poſtquam hæc omnia habeas bene
Induimini barba: quando
Hæc feceritis circumaptatæ,
Et ueſtes uiriles quas furati eſtis

Supra

Supra iacite, & poſtea baculis
Firmatæ, ite canentes cantum,
Senilem aliquem morem imitantes
Illum agreſtium. MVL. *Bene dicis. nos autem*
Præcamus ipſis: etenim alias puto
Ex agris in pnycum uenire aperte
Mulieres. ſed feſtinate quòd conſuetum eſt illic
Non præſentibus diluculo in pnycum,
Reuerti habentibus neq; palum.
Cho. *Hora procedere ô uiri nobis eſt: hoc enim oportet.*
Memores ſemper dicere ut non aliquando labefaciat:
Nos periculum enim non paruum ſi capti erimus:
Indutæ in tenebra audaciam talem.
Eamus in concilium ô uiri: minatus eſt enim
Præco, ut non mane ualde tenebra
Venerit pulueratis, aſpiciens torue
Amans pultem non dare triobolum
Sed ô Chariti una, uel & Smicythe & Drace
Sequere urgens te ipſam, attendens ut
Nil diſcor quæ oportet te oſtendere.
Vt autem ſymbolum capientes poſtea pro-
Pinqui ſedeamus, ut feramus ſententias,
Omnia quæ cum oportet noſtras amicas.
Tamen quid dico: amicos enim oportebat me nominare.
Vide autem ut expellamus hos ex ciuitate,
Venientes quicũq; antea quidẽ: quando uenientẽ oportebat
Capere obolum ſolum, ſedebant loquentes.
Nunc autem turbant ualde. ſed non Myronides
Quando imperabat ille generoſus, nullus audebat
Hæc ciuitatis gubernare argentum ferens,

Sed ueniebat ſingulus in utriculo ferens
Bibere,ſimulq; panem rurſus,& duas cepas,
Et tres oliuas.nunc autem triobolum
Quærunt accipere,quando faciũt aliquid cõmune tanquam
Lutum ferentes.

Ble. Quæ res?ubi ubi mulier inanis eſt mihi,
Quoniam ad aurora nunc eſt,hæc non apparet.
Ego autem iaceo diu cacaturiens,
Calciamenta quærens capere in obſcuritate,
Et pallium.quando autem & illud palpans
Non potui inuenire,hoc iam portam
Tenebat pulſans inteſtinum,capio.
Hanc mulieris ſemiueſtem,
Et illius perſicas traho.
Sed in puro ubi ubi aliquis cacans contiget?
Certe ubiq; nocte eſt in bono.
Non enim me nunc cacantem nullus uidebit.
Hei mihi infelici,quòd ſenex exiſtens duxi
Vxorem,quot ſum dignus plagas capere.
Non enim unquam ſanum nil exiuit
Faciens,tamen autem eſt cacandum.

Vir. Quis eſt?non Blepyrus ille prope habitans?

Ble. Per Iouem ipſe certe ille. VIR. Dic mihi
Quid hoc tibi rubrum eſt?non
Cineſias te in cacauit molliter. BLE. Vnde?
Non.ſed muliere exiui,
Veſtulam indutus quam induebatur.

Vir. Illa autem ueſtis tui ubi eſt? BLE. Non poſſum dicere:
Quærens enim ipſam non inueni in lectis.

Vir. Poſtea neq; uxorem iuſsi te ducere

Ble. *Per Iouem non enim intus exiſtens contingit:*
Sed per foramen exiuit latens me intus,
Quid & timui ne quid faciat nouius.

Vir. *Per Neptunum. eadem igitur aperte*
Mihi paſſus es. & enim qua cum habitabam ego,
Vana eſt habens pallium quod ego ferebam.
Et non hoc triſtificat me, ſed & calciamenta
Non capere ipſa potui nullo modo.

Ble. *Per Dionyſium: neq; ego enim mea*
Laconica, ſed ut euenit cacaturiens
In cothurnum pedes imponens mitto,
Vt non cacarem in ueſtem: ſplendida enim erat.

Vir. *Quid igitur fuerit, nunquid ad cœnam mulier*
Vocauit ipſam amicorum? BLE. *Sententiam meam.*

Vir. *Non mala ſunt quantum & me ſcire.*
Sed tu quidem chordam unam cacas. mihi
Autem hora ire eſt in concilium:
Si capiam pallium quod erat mihi ſolum.

Ble. *Et ego poſtquam cacauero. nunc autem mei*
Pyrum ſylueſtre quoddam ſerans tenet cibos.

Vir. *Nunquid quod Thraſibulus dixit laconicis?*

Ble. *Per Bacchum, ineſt igitur mihi uehementer.*
Sed quid faciam? etenim neq; hoc me
Solum triſtificans eſt, ſed quando comedo,
Quò it mihi deinceps ſtercus?
Nunc quidem enim hic ſeruauit portam,
Quicunq; unquam eſt homo pyrificus.
Quis igitur medicum mihi aduocabit? & quem?
Quid dilatantium culum peritus eſt arte?
Certe ſcio Amynon. ſed forte negabit,

Antiſthenem aliquis uocato omni induſtria.
Hic enim uir gratia ſuſpirationum,
Scit quid culus uult cacaturiens.
O' ueneranda Lucina, ne me ſpernas
Diſruptum neq; incluſum,
Vt non fiam catinus ebrialis.
Chr. Hic quid facis? non cacas? BLE. Ego
Non certe adhuc per Iouem, ſed reſurgo.
Chr. Mulieris autem indutus es tribonium.
Ble. In tenebra enim hoc contigit intus capiens.
Sed unde uenis uere? CHR. Ex concilio.
Ble. Iam ſolutũ eſt enim? CHR. Per Iouem diluculo quidẽ igitur
Et certe multum terram rubram ô Iupiter dilectiſsime,
Riſum præbuit quam diſperſit circulo.
Ble. Triobolum igitur accepiſti? CHR. Vtinam enim debuiſſem,
Sed ultimus nunc iui, quare erubeſco.
Per Iouem nil aliud quàm utrem.
Ble. Hæc cauſa quæ? CHR. Plurima hominum turba
Quantam nunquam uenit denſe in pnyca.
Et certe omnes coriarij aſsimilamus
Videntes ipſos. non enim, ſed eximie
Valde albam multitudinem erat uidere concilium:
Quare non accepi, neq; ipſe, neq; alij denſi.
Ble. Neq; ego capiam nunc iens. CHR. Vnde?
Neq; ſi per Iouem tunc ueniſſes quando ſecundo
Gallus cantaſſet. BLE. Hei miſer,
Antiloche luge triobolo
Viuentem magis: mea enim præterierunt.
Sed quæ res fuit quòd tanta res multitudinis
Sic in hora congregata eſt? CHR. Quid aliud quàm

Viſum

Viſum eſt gubernatoribus circa ſalutem
Sententias deponere ciuitatis? & poſtea ſtatim
Primus Neoclides luſcus ſerpſit,
Et poſtea populus reclamat (quantum putas?)
Non eloquentia audire hunc concionari.
Et maximè circa ſalutem præiacente,
Quòd ipſe ſibi ipſi palpebras non ſaluauit.
Hic autem reclamans & circumſpiciens dixit
Quid aũt me oportet facere? BL. *Allia ſimul terẽtẽ lacte fi-*
Lactariam inijcientem loconici, *(cus*
Tibi ipſi ungere palpebras ueſpere,
Ego dixiſſem ſi præſens contigiſſem.
Chr. *Poſt hunc Euæon aptiſsimus*
Aduenit nudus, ut apparebat pluribus:
Ipſe quidem non dicebat ueſtem habere,
Et poſtea dixit ciuiliſsimos ſermones.
Videte quidem me indigentem ſalutis
Quatuor librarum & ipſe. ſed tamen dicam
Quòd ciuitatem & ciues ſaluabitis.
Si enim præbeant indigentibus fullones
Veſtes poſtquam primum ſol uerſus eſt,
Dolor laterum noſtrum nullum caperet unquam.
Quibuſcunq; autem lectica non eſt, neq; lecti,
Ire dormituros lotos
In claudorum tinctorum. ſi autem abeſt lectus ianuæ,
Hyeme exiſtente, tres ueſtes debitum ſit.
Ble. *Per Dionyſium bona. ſi autem illa*
Appoſuiſſet, nullus loco illius diceret
Farinarum uenditores egenis tres menſuras
Cœnam tradere omnibus, uel lugere longe,

Vbi hoc acceperunt Nauſicydis bonum.

Chr. Poſt hoc igitur pulcher adoleſcens,
Albus quidam inſiluit ſimilis Niciæ
Concionans, & incepit dicere,
Quòd oportet tradere mulieribus ciuitatem.
Poſtea turbati ſunt, & clamauerunt quòd bene dicat
Sutorica multitudine: hi autem ex agris
Clamauerunt. BLE. Mentem enim habebant per Iouem.

Chr. Sed erant minores. hic autem detinebat uoce,
Has quidem mulieres multa bona dicent, tibi autem
Multa mala. BLE. Et quid dixit? CHR. Primum quidem te dixit
Eſſe malum. BLE. Et te? CHR. Ne hoc interroga
Et poſtea furem. BLE. Me ſolum? CHR. Et per Iouem
Et criminatorem. BLE. Me ſolum? CHR. Et per Iouem
Horum multitudinem. BLE. Quis autem hoc aliter dicit?

Chr. Mulierem autem dixit rem eſſe ſapientem,
Et rem facientem, & non ſecreta dixit
Ex iudicibus ſemper ipſas efferre.
Te autem & me ſeruientes hoc facere ſemper.

Ble. Et per Mercurium hoc non mentitus eſt.

Chr. Poſtea commodare inter ſe dixit
Veſtes, aurea, argentum, pocula
Solas ſolis non martyribus contra,
Et has auferre omnes & non priuare.
Noſtrum autem multos dixit hoc facere.

Ble. Per Neptunum martyribus contra.

Chr. Non criminari, non accuſare, non autem
Populum deſtruere, ſed multaq́; & bona,
Aliaq́; multa mulieribus bene dicit.

Ble. *Quid igitur uiſum eſt?* CHR. *Committere ciuitatem*
His: uiſum eſt enim hoc ſolum in ciuitate
Nunquam factum eſſe. BLE. *Et uiſum eſt?* CHR. *Dico ego.*
Ble. *Omnia ipſis ſunt præordinata,*
Quæ ciuibus curæ erant. CHR. *Sic hæc habent.*
Ble. *Nullus iudicium igitur uado ſed mulier?*
Chr. *Neq; nutries quos habes, ſed mulier.*
Ble. *Neq; ſuſpirare diluculo amplius res mihi.*
Chr. *Per Iouem. ſed mulieribus hæc iam curæ ſunt.*
Tu autem ſuſpiranter pedens domi manebis.
Ble. *Illud graue coætaneis nobis,*
Ne accipientes ciuitatis habenas
Poſtea cogant ad uim. CHR. *Quid facere?*
Ble. *Mouere ſeipſas.* CH. *Si aũt nõ poterimus, prãdiũ nõ dabũt.*
Ble. *Tu uerò per Iouem fac hæc ut prandeatis, & moues ſimul*
Ad uim grauiſsimum. CHR. *Sed ſi ciuitati*
Hoc conferet, hæc oportet omnia uirum facere,
Sermoq; aliquis eſt ſeniorum,
Quæcunq; inſcita & ſtulta conſultamus,
Omnia in melius nobis conferre.
Et conferant ô ueneranda Minerua & Dei.
Sed diſcedo, tu autem uale. BLE. *Et tu ô Chremes.*
Cho. *Ini, procede.*
Nunquid eſt uirorum aliquis nos qui ſequatur,
Vertere conſydera,
Serua teipſam tute: multi enim mali,
Ne quis à tergo exiſtens habitum obſeruet.
Sed quàm maximè pedibus ſonans uade:
Nobis autem pudorem ferat
Omnibus apud uiros res hæc dicta.

Ad hæc contrahe te ipſam,
Et circum aſpiciens & illinc,& quæ in dextera
Ne ærumna fiat res.
Sed feſtinemus:locum enim prope ſumus iam,
Vnde ad concilium ruimus quando ibamus.
Hanc domum licitum eſt uidere unde hæc dux
Eſt,rem inueniens quæ nunc apparuit ciuibus:
Quare decens nos non tardare expectantes,
Barbas aptatas,ne aliquis uideat nos,
Et nobis forte inuehat.ſed eia huc in umbra
Veniens ad murum perſpiciens altero,
Rurſus reordinate ipſam iterum ubi eras,
Et non tarda,quòd hanc & iam ducem noſtrum
Procedentem ex concilio uidemus.ſed feſtina
Omnis,& odio habe barbam ad maxillas habens:
Et hæ enim ueniunt diu habitum hunc habentes.

Pra. Hæ quidem nobis ô mulieres,fortunatè
Res euenerunt quæ conſultabamus,
Sed quamcitiſſime ante aliquem hominum uidere
Iacite ueſtes: calciamentum longe eat.
Deponite colligata ligamenta laconica,
Baculos dimittite.& tamen tu quidem
Has ordina,ego autem uolo
Intro ſerpens ante uirum me
Videre,deponere pallium illic iterum
Vnde accepi,aliaq; quæ comportauimus.

Cho. Parata ſunt iam omnia quæ dixiſti. tuum autem opus omnia docere,
Quod tibi facere conferens nobis apparauit recte audire.
Nulla enim grauiora mixta ſcio mulieri.

Expectate

Pra. Expectate nunc,ut imperij quòd nuper comprobaui
Conſultatricibus omnibus uobis utar:etenim illic mihi
In turba & grauibus uiriliſſimæ factæ eſtis.
Vir. Hæc unde uenis Praxagora. PRA. Quid ô miſer
Tibi hoc? VIR. Quòd mihi hoc eſt? PRA. Valde fatue,
Non de mœcho dices? VIR. Non forte
Vno. PRA. Et quidem experiri hoc tibi
Licet. VIR. Quomodo? PRA. Si capite oleo unguẽto.
Vir. Quid autem,non ſubagitatur mulier & ſine unguento?
Pra. Non miſera ego. VIR. Quomodo igitur diluculo
Iuiſti ſilentio pallium accipiens mihi?
Pra. Mulier me quædam nocte ſocia & amica
Aduocauit parturiens. VIR. Et poſtea non erat mihi
Dicentem ire. PRA. Parturientis autem non habes curam
Sic habentis ô uir? VIR. Dicentem mihi.
Sed eſt hic aliquid malum? PRA. Per Deos.
Sed ſicut fui iui.precata eſt autem
Quæ dimiſit me exire omni arte.
Vir. Poſtea non tui ipſius ueſtem oportebat te habere:
Sed me exuens capiens ueſtem
Iuiſti,relinquens tanquam mortuum,
Non coronans neq; imponens lecythum.
Pra. Frigus enim erat. ego autem tenuis & impotens
Poſtea ut caleſierem hanc induta ſum.
Te autem in calore iacentem & lectis
Reliqui ô uir. VIR. Hæc autem calciamenta
Iuerunt tecum & detinuit baculum?
Pra. Vt ueſtem ſaluarem ligaui,
Imitans te ſonans pedibus,
Et lapides uerberans baculo.

Scis

Vir. *Scis igitur perdens triticorum menſuram,*
Quam decebat me ex concilio capere?
Pra. Non curabis: maſculum enim peperit puerum
Concilium. per Iouem ſed dixi ego, iui
Et factus eſt. VIR. Ita per Iouem non ſcis me
Dicentem tibi heri? nunc reminiſcor.
Non igitur apparentia ſcis? PRA. Per Iouem ego quidē non.
Vir. Sede igitur ſepias mandens.
Vobis autem dicunt traditam eſſe ciuitatem.
Pra. Quid facere? texere? VIR. Non per Iouem, ſed dominari. PRA. Qua in re?
Vir. In omnibus circa ciuitatem rebus.
Pra. Per Venerem, beata enim ciuitas
Erit poſthac. VIR. Circa quid? PRA. Multorum gratia.
Non enim amplius audentibus ipſi turpia facere
Erit poſthac, nullo modo teſtificari,
Non criminari BLE. Nequaquem per Deos
Hoc facies: neq; auferes mei uitam.
Vir. O miſere uirorum mulierem ſine dicere.
Pra. Non ueſtes furari, non inuidere his prope,
Non nudum eſſe, non pauperem nullum,
Non conuitiari, non pignoratum ferre.
Vir. Per Neptunum magna ſi non mentietur.
Pra. Sed oſtendam hoc ad mihi teſtificari,
Et hunc ipſum nil contradicere mihi.
Cho. Nunc iam oportet te prudentem mentem, &
Sapientem ſuſcitare, curam ſcientem
Amicis auxiliari. communiter enim in bonis fortunis
Venit linguæ prudentia, ciuilem
Populum illuſtrans multis bonis fortunis uitæ,

Declarare

Declarare quod poteſt tempus.
Indiget enim ſapientis alicuius inuentionis ciuitas noſtrũ.
Sed perfice ſolum,neq; facta ne-
Que dicta prius.
Oderunt enim ſi antiqua ſæpe uident.
Sed non tardare,ſed tangere,& iam oportet ſententijs
Quòd feſtinare gratiarum,participat plurimum apud ſpe-
ctatores.

Pra. Et quidem quòd quidem bona docebo credo.hos autem ſpe-
ctatores
Si noua facere uolunt,& non conſuetis ualde,
His antiquis indemorari,hoc eſt quod maximè timeo.

Ble. Circa igitur noua facere non timebis:hoc enim nobis
Facere pro alia dominatione eſt,hæc aũt antiqua negligere.

Pra. Non nunc prius nullus ueſtrũ contradicat neq; interrũpat,
Ante ſcire opinionem & dicente audire.
Communicare enim omnes dicam oportere omnium parti-
cipantes,
Et ex ipſo uiuere: & non hunc quidem diteſcere,illum au-
tem miſerum eſſe:
Neq; agricolare hũc qdẽ multã, huic aũt eſſe neq; ſepeliri.
Neq; mancipijs hunc quidem uti multis,illũ autẽ ſequente;
Sed unam faciã communẽ omnibus uitam,& hanc æquam.

Ble. Quomodo igitur erit communis omnibus? PRA. Come-
des ſtercus prior mihi.

Ble. Hæc ſtercora communicabimus? PRA. Per Iouem, ſed
præueniſti me interrumpens:
Hoc enim uolebam ego dicere.terram primum faciam
Communem omnium,& argentum,& alia quæcunq; ſunt
unicuiq;,

Poſtea

Poſtea ab his communibus exiſtentibus,nos paſcemus uos
Gubernantes,& parcentes,& opinionem attendentes.

Ble. Quomodo igitur qui nõ poßidet terrã noſtrũ,argentũ autẽ
Et daricos latentes diuitias? PRA. Hoc in medium deponet,
Et non deponens mentietur. BLE. Et poßedit enim propter hoc?

Pra. Sed nil utile erit omnino ipſi. BLE. Secundum quid?

Pra. Nullus neq; in pauptate faciet: omnia enim habebũt omnes,
Panes, partes,placentas,ueſtes,uinum,coronas,cicera.
Quare quod lucrũ nõ deponere? tu enim excogitans oſtẽde.

Ble. Non & nunc hi magis furantur quibus hæc adſunt?

Pra. Prius ô amice quando his legibus utebamur prioribus.
Nunc autem erit enim uita ex communi, quod lucrum non deponere?

Ble. Si adoleſcentulum uidens cupiet, & uolet hunc ſubagitare,
Habebit horum facilium dare? eorum ex communi participabit
Simul dormiens? PRA. Sed licebit dotẽ ipſi ſimul dormire.
Et has enim communes faciam uiris condormire.
Et filios facere uolenti. BLE. Quomodo igitur ſi omnes iuerint
In pulcherrimam ipſarum,& quærunt contendere?

Pra. Turpiores & curuiores apud pulchriores ſedebunt,
Et poſtea ſi hanc deſyderabit,turpem primum ſubagitabit.

Ble. Et quomodo nos ſenes,ſi turpibus coniungemur,
Non relinquet teſticulum prius ante illuc ubi dicis abire?

Pra. Non pugnabunt circa hoc non ſimul dormire.

Ble. Et tibi tale erit.
Hoc quidem noſtrum ſententiam aliquam habet.præconſultatum eſt enim quomodo

Nullius

Nullius ſit foramē uacuum. illud autem uirorū quid faciet:
Fugient enim turpes, in autem pulchros ibunt.

Pra. Sed ſeruabunt turpiores pulchriores abeuntes
À cœna & ſeruabunt in publicis
Turpiores, & non licebit apud hos pulchros dormire
Mulieribus, antequam turpibus & paruis gratificabuntur.

Ble. Lyſicratis igitur nunc naſus, æqualia pulchris ſapiet.

Pra. Per Apollinem, & publica ſententia & ridiculum,
Pulchriorum erit multum ſigillum habentium,
Quando calciamento dicet prior da locum, et poſtea ſerua,
Quando iam ego operatus tradam tibi ſecundare.

Ble. Quomodo igitur ſic uiuētiū noſtrū ipſius filios unuſquiſq;
Erit potens dignoſcere? PRA. Quid opus eſt? patres omnes
Seniores ipſorum eſſe temporibus putabunt.

Ble. Non ſtrangulabunt bene & utiliter ordinatim omnē ſenem
Per ignorantiā: quoniā et nūc cognoſcentes patrē exiſtentē,
Strangulant. quid certe quando ignorans ſit quomodo non
tunc & cacabunt.

Pra. Sed aſtans non committet. tunc autem ipſis non me nil
Alienorum qui uerberabit. nunc autem ſi percuſſum audiet
Nō ipſum illū uerberabit, timens facientibus hoc pugnabit.

Ble. Hæc quidem alia dicis nil rude. ſi autem aduenìens Epicure
Vel Leucolophas auum me uocabit, hoc iam graue audire.

Pra. Multo quidem grauius hac re eſt. BLE. Qua?

Pra. Si te oſculabitur Ariſtyllus, dicens ipſius patrem eſſe.

Ble. Lugebo & flebo. PRA. Tu autem oles calaminthɑm.
Sed hic quidem prius natus eſt ante ſententias factas eſſe,
Quare nō timor ne te oſculetur. BLE. Graue paſſus ſum,
Terram autem quis eſt culturus? PRA. Serui. tibi autem
curæ erit

Quando

Quando fuerit decem cubitorum elementum, pinguè ire ad cœnam.

Ble. Circa autem ueſtes quæ inuentio erit? et enim hoc eſt interrogare.

Pra. Hæ quidem exiſtentes uobis, primum erunt: has autem reliquas nos texemus.

Ble. Vnum adhuc quæro, quomodo ſiqui debet apud dominos pœnam alicui,
Vnde poßidebit hanc? non enim communium eſt iuſtum.

Pra. Sed neq; pœnæ primum erunt. BLE. Hoc quod conſumet?
Et ego hanc opinionem poſui. PRA. Cuius enim miſer gratia erunt?

Ble. Multorũ gratia per Apollinem. primũ autem unius gratia
Siquis debens negat. PRA. Vnde igitur mutuauit mutuans,
In communi omnibus exiſtẽtibus. BLE. Fur eſt manifeſtus.

Pra. Per Cererem bene doces. BLE. Hoc igitur dicatur mihi,
Verberationes fures unde poßidebunt? poſtquàm
Conuiuantes iniuria afficiunt: hoc enim puto te dubitare.

Pra. A' placenta quam comedit. hanc enim quando quis aufert,
Non iniuria afficitur male ſic uentre punitus.

Ble. Neq; rurſus fur nullus erit. PRA. Quomodo enim furabor meum ipſius?

Ble. Neq; ſpoliabũt igitur noctibus? PRA. Nõ ſi domi dormires.
Neq; ſi foras ſicut prius: uictus enim omnibus erit
Si autem ſpoliabit ipſe dabit, quæ enim ipſi res pugnare?
Alterum enim iens ex communi melius portabit illo.

Ble. Neq; talis ludent igitur homines. PRA. Circa quid enim hoc faciet?

Ble. Modum autem uiuendi quem facies? PRA. Communem omnibus. nam ciuitatem.

Vnam

Vnam habitationẽ dico facere ſimul, rũpens in unũ omnia
Vt coëant inter ſe. BLE. Cœnam autem ubi parabis?
Pra. Fora iudicilia & porticus diuerſorio omnia faciam.
Ble. Sedes aũt quæ tibi utilis erit? PRA Crateras deponam,
Et hydrias, & cantare erit pueris
Fortes in bello: & ſiquis timidus fuerit,
Vt non cœnant uerecundia ducti. BLE. Per Apollinem, generoſum.
Sorte autem iudicia ubi uertes? PRA. In forum deponam.
Et poſtea apud congruum ſorte eligam omnes, quouſq;
Sciens ſortitus abeat gaudens in qua litera cœnet:
Et præco illos ex beta in porticum ſequi
Regalem cœnantes. hæc theta in apud ipſam:
Hos autem ex cappa, in porticum ire farinam uendentem
Vt inclinent. BLE. Per Iouem. ſed ut illic cœnent cui litera
Non extracta ſit ſecundũ quã cœnet, hos minãtur omnes.
Pra. Sed non eſt hoc apud nos:
Omnibus enim opulenta omnia præbebimus,
Vt ebriatus ipſa corona
Omnis abit tedam capiens.
Hæ autem mulieres per biuia.
Cadentes, his à cœna
Hæc dicent: ueni ad nos
Huc, puella eſt pulchra.
Apud me autem altera dicet aliqua deſu-
Per ex tabulato & pulcherrima,
Et albiſſima. prius tamen
Oportet te dormire hac apud me:
Hos autem per decentes ſequentes,
Et adoleſcentulis turpiores

Talia dicent: quò curris hic,
Omnino neq; facies ueniens?
His enim ſimis & turpibus
Decretum eſt prioribus ſubagitare.
Vos autem interim folia capientes bis fructiferæ ficus,
In ueſtibulis tingi.
Age nunc, dic mihi hæc placent uobis? BLE. Valde.

Pra. Eundum igitur eſt in forum mihi,
Vt ſuſcipiam aduenientes opes,
Capiens lyram nouam bene ſonantem aliquam.
Me autem neceßitas hæc facere electam
Dominari, conſtituereq; obſonia
Vt comedatis primum hodie.

Ble. Iam enim conuiuabimur. PRA. Dico ego.
Poſtea meretrices ſedare uolo
Omnes. BLE. Propter quid. PRA. Manifeſtum hoc.
Vt iuuenum habeant ipſæ flores.
Et ſeruas non oportet ornatas
Liberarum ſubripere Venerem,
Sed apud ſeruos dormire ſolum.
Pelle porcum euellens.

Pra. Age nunc ego te ſequor prope.
Vt aſpiciar, & dicant mihi hæc,
Ducis hunc non admiramini.

Ble. Ego autem ut in forum uaſa feram,
Ordinor & exquiram ſubſtantiam.

Vir. Veni tu huc Cinachyra bona bene,
Rerum foras prima mearum,
Vt conſueta caniſtrum portes,
Multa inferius iam uaſa uertens mea.

Vbi.

Vbi eſt Diphrophorus, olla huc exi,
Per Iouem nigra: neq; in medicinam
Coquere contigiſti qua Lyſicrates nigratur.
Sta apud ipſam, huc ueni commotria.
Fer huc iſtam hydriam hydriaphore
Huc, tu autem huc citharœda exi,
Sæpe ſuſcitans me ad concilium
Importunæ noctibus per dilucularem legem.
Scapham capiens affer ceras,
Porta ramos, & ſede prope:
Et duas ollulas autem effer & lecythum,
Cito ollulas iam & multitudinem dimittite.
Phi. uir parcus. *Ego deponam mea: infelix igitur*
Ero, & mentem paucam poßidens,
Per Neptunum nunquam, ſed experiar
Primum ipſa ſæpe, & conſyderabo.
Non enim meum ſudorem & parcitatem
Neq; ad uerbum inſcienter eijciam,
Antequam diſcam omnem rem quomodo habet.
Hic quid uaſa hæc uolunt?
Nunquid mutans domum exportaſti
Ipſa? an portas pignora poſiturus? VIR. *Nequaquam.*
Phi. *Quid certe in ordine eſt hic? nónne non*
Hieroni preconi pompa mittitur.
Vir. *Per Iouem ſed auferre ipſa uolo ciuitati,*
In forum ſecundum apparentes leges.
Phi. *Vis auferre?* VIR. *Valde.* PHI. *Infelix es,*
Per Iouem ſeruatorem. VIR. *Quomodo?* PHI *Quomodo? facile.*
Vir, *Quid autem non obedire legibus oportet?*

Phi. Quibus ô infelix? VIR. Apparentibus.
Phi. Apparentibus? ualde rudis es igitur.
Vir. Rudis? PHI. Non ſtolidiſſimus quidem igitur
Omnium. VIR. Quod ordinatum facio.
Ordinatum enim oportet facere prudentem
Maximè omnium. PHI. Hunc quidem igitur peiorem.
Vir. Tu autem non deponere cogitas? PHI. Seruabo,
Antequam uideam multitudinem quid uult.
Vir. Quid enim aliud quàm ferre parati
Res ſunt. PHI. Sed uidens credam.
Vir. Dicunt igitur in uijs. PHI. Dicent enim.
Vir. Et dicunt portare eleuantes. PHI. Dicent enim.
Vir. Peribis non credens omnia. PHI. Non credent enim.
Vir. Iupiter te conterat. PHI. Conterent enim.
Portare putas aliquem. VIR. Qui ipſorum mentem habet.
Phi. Non enim patrium hoc eſt. VIR. Sed ſumere
Nos ſolum decet. PHI. Per Iouem etenim dei.
Cognoſces autem à manibusq́; & ſtatuis.
Quando enim ſupplicamus dare bona,
Stant extendentes manum ſupinam,
Non tanquam aliquid dantes, ſed ut aliquid capiant.
Vir. O' infelix uirorum, ſine me excellentem aliquid facere.
Hæc enim ſunt danda, ubi mei eſt ligamen?
Phi. Certe enim portabis. VIR. Ita per Iouẽ, & iam quidẽ igitur
Hos ſimul ligabo tripodes. PHI.. Stultitiæ
Hoc, neq; expectantem alios quid
Facient, poſtea tunc iam. VIR. Quid facis?
Phi. Expectare, poſtea demorari adhuc.
Vir. Vt iam quid? PHI. Terræmotus ſi fieret crebrò,
Vel ignis euitabilis, uel tranſiret catta,

Ceſſarent

Ceſſarent inferentes ô tonitruate tu.

Vir. Gratioſa igitur patiar, ſi non habebo ubi
Hæc deponam. PHI. Non enim non capies ubi
Fide: ſi depones & ſi primus ueneris. VIR. Cur?

Phi. Ego ſcio hos ſententiam ferentes quidem ueloces,
Quæ autem apparuerunt hæc iterum negantes,
Portabunt ô amice. PHI. Si autem non portabunt, quid?

Vir. Ne cures. portabunt. PHI. Si autem non portabunt, quid?

Vir. Pugnabimus his. PHI. Si autem meliores fuerint, quid?

Vir. Abibo ſinens. PHI. Si autem uendant ipſa, quid?

Vir. Rumparis. PHI. Si diſrumpar autem, quid?

Vir. Bene facies. PHI. Tu autem cupies portare?

Vir. Ego quidem. etenim hos mei ipſius uicinos
Video portantes. PHI. Valde igitur Antiſthenes
Ipſa inferet. multo enim aptius
Prius cacare plus quàm triginta dies.

Vir. Luge. PHI. Callimachus tripudij præceptor
Ipſis inferet quid plura Callia.
Homo hic abijciet ſubſtantiam.

Vir. Grauia dicis. PHI. Quid graue tanquam non uidens
Semper tales factas ſententias?
Non ſcis illud quod apparuit de ſalibus?

Vir. Ego quidem. PHI. Aereos autem illos quando
Sententia confirmauimus non ſcis. VIR. Et malum mihi
Sectio fuit illa: multorum enim racemos
Plenam eleuaui peram æreorum habens,
Et poſtea iui in forum ad farinas.
Poſtea tenente nuper me uas,
Clamauit præco non ſuſcipere nullum
Aes in futurum: argento enim utimur.

Phi. Hoc autem nuper non omnes iuramus
Talenta fore quingenta ciuitati
Quadragenariæ quam inuenit Euripides:
Et ſtatim deaurabat omnis uir Euripidem.
Quando autem hæc reconſyderantibus apparuit
Iouis Corinthus, & res non placuit,
Iterum pice linibat omnis uir Euripidem.
Vir. Non idem ô amice. tunc quidem nos dominabamur,
Nunc autem mulieres. PHI. Quas ego obſeruabo
Per Neptunum ne demingant me.
Vir. Non ſcio quod nugaris, age tibiq; ſupra pondus ô puer.
Pre. O omnes ciues, nunc enim ſic hæc habent.
Ite feſtinate recta ductrice,
Vt nobis fortuna ſorte electis,
Dicat ad unumquemq; uirum ubi cœnabitis,
Quòd menſæ ſunt abundantes,
Bonis omnibus & præparatæ,
Lectiq; ueſtibus & tapetibus pleni.
Crateram miſcent unguentariæ,
Stant ordinatim, parteſq; aſſantur,
Lepores figuntur, placentulæ pinſuntur,
Coronæ plicantur, ſiccantur bellaria,
Ollas fabæ lixatæ coquunt iuueniſſimæ.
Smœus in ipſis equeſtre ornamentum habens,
Mulierum purgat catinos.
Senex autem procedit ueſtem & calciamentum
Habens, cachinnans cum altero adoleſcentulo:
Iens autem iacet, & terens proiectus.
Ad hæc ite quòd maſſam ferens
Stetit, ſed maxillas aperite.

Igitur

Vir. Igitur ibo certe.quid enim ſteti habens
Hic,poſtquam hæc ciuitati apparent.
Pre. Et quò uades,tu non deponens ſubſtantiam?
Vir non depon. Ad cœnam. PRE. Non certe ſi illis mens ineſt
Antequam auferas? VIR NON DEP. Sed auferam.
PRE. Quando.
Vir non depon. Non meum heus tu impedimento erit. PRE. Quid nam?
Vri ñ d. Alios aſportare dico adhuc poſteriores me
Pre. Ibis autem cœnaturus quomodo. VIR NON DEP. Quid
enim paſſus ſum?
Grauia enim oportet ciuitati comportare
Sapientes. PRE. Si autem prohibebunt, quid?
Vir non depon. Simul ibo inclinans. PRE. Si autem uerberabunt, quid?
Vir ñ d. Vocabo ipſas. PRE. Si autem deridebunt, quid?
Vir non depon. In ianuis ſtans. PRE. Quid facies dic mihi?
Vir ñ d. Inferentium rapiam cibos.
Vir deponens. Vade igitur poſterior.tu autem ô Sicon
Et Parmeno auferte omnem ſubſtantiam.
Vir non depon. Age nunc tibi confero. VIR DEP. Nequaquam.
Timui enim ne & apud ductricem
Quando deponam,appropries res.
Vir non depon. Per Iouem.igitur inuentione aliqua
Vt quidem exiſtentes res habeam.has autem
Piſtarum communiter participem ego,
Recte mihi uidetur eundum.
Simul eſt cœnaturum,& non tardandum.
Anus. Quid uiri non uenient?hora iam erat diu.
Ego autem fucata fuco
Steti,& rubra induta,
Ocioſa canes ad me ipſam cantum,

Ludens ut acciperem ipſorum aliquem
Aduenientem. muſæ huc uenite ad meum os,
Cantilenulam inuenientes aliquam ionicarum.
Alia anus. Nunc quidem me inclinans præueniſti ô marcida:
Putaſti autem ſolitarijs non præſente hic
Me uindemiare, & adducere aliquem
Canens. ego autem qua hoc facienti canam:
Illic enim per turbam hoc eſt ſpectatoribus,
Tamen habet delectabile quid & ridiculoſum.
Anus. Huic diſputa & obedi. tu autem
Amicabilem tibicen tibias capiens,
Dignum me & te accine cantum.
Alia anus. Si quis bonum uult
Pati quid, apud me oportet dormire.
Non enim in iuuenibus ſapientia in-
Eſt, ſed in expertis.
Neq; amare uelit
Magis quàm ego amicum
Cui coniungar, ſed in alterum uolet.
Iuuen. Ne inuide iuuenculis,
Delicatum enim natum eſt
Teneris cruribus,
Et in ouibus floret. tu autem ô
Anus collige, & frica
Morti curam.
Anus. Excidat tui ornatus,
Et ornatum abijcias,
Volens ſubagitari,
Et in lecto ſerpentem inuenias,
Et attraharis uolens oſculari.

Heu

Iuuenc. Heu heu quid patiar? non uenit mei urina.
Sola autem hic relinquor, hæc
Enim mihi mater aliò iuit:
Et alia nil me hæc oportet dicere.
Sed ô nutrix precor,
Voca Orthagoram, ut
Tui ipſius iuues precor te.
Anus. Iam ab Ionia
Morem miſera pruris,
Videris autem mihi & labda ſecundum Lesbios.
Sed non rapies
Meos ludos. hanc autem meam
Horam non perdes, neq; auferes.
Iuuenc. Canta quæcunq; uis, & inclina ut catta:
Nullus enim ad te prius ingredictur loco mei.
Anus. Non in elatione? IVVENC. Nouum ô marcida?
Anus. Non certe. IVVENC. Quid enim Anus miſera quæ dicit?
Anus. Non mea dolebit te ſenectus. IVVENC. Sed quid?
Anus. Fucus magis magis & tua ceruſa.
Iuuenc. Quid mihi diſputas? ANVS. Tu autem quid inclinas?
IVVENC. Ego?
Anus. Canto ad me ipſam Epigenem meum amicum.
Iuuenc. Tibi enim amicus aliquis eſt alius quàm Geres.
Anus. Oſtendet & tibi: cito enim ibit ad me.
Hic enim ipſe eſt, non tui ô pernitioſe
Indigens nihil. IVVENC. Per Iouem ô corrupta tu,
Oſtendet cito ipſe quòd ego diſcedo.
Anus. Et ego ut cognaſcas quòd multo te maius ſapio.
Iuuenis. Vtinam liceret apud iuuenculam dormire,
Et nil prius ſubagitare

Informem uel ſenem:non enim intolerabile
Hoc libero.
Anus. Lugens igitur per Iouem ſubagitabis.
Non enim in Charixene hæc ſunt,
Secundum legem hæc facere
Eſt iuſtum,ſi publice dominamur.
Sed uado obſeruans quod & facies aliquando.
Vir. Vtinam ô Dei capiam pulchram ſolam,
In quam potus uenio diu deſyderans.
Iuue. Decepi maledictam uetulam:
Inanis enim eſt,putans me intus manere.
Iuuenc. Sed hic enim ipſe cuius meminimus.
Eia iam,eia iam,amicum meum age mihi
Adueni,& coniunx mihi
Voluptate ut ſis.ualde enim aliquis amor me agitat?
Iſtorum tuorum capillorum.
Abſurdam enim iniacet mihi aliquod deſyderium,
Quod me triſtificans habet.
Sine peruenio tibi amor,& fac hunc in lectum
Meum uenire. IVVENIS. Eia iam,eia iam & tu mihi
Currens ianuam aperi
Hanc:ſi autem non,decidens iacebo
Amicum,ſed in tuo uolo ſinu
Verberari cum tuo culo.
Venus cur me infurias in hoc?
Sine precor te amor,& fac hunc in lectum
Meum uenire:& hæc quidem mihi modice
Ad meam neceßitatem dicta ſunt.tu autem mihi
Dilectißimum ô ſupplico
Aperi oſculare me,propter te labores habeo.

O aurum

O aurum uarium mea cura.

Veneris ramus,apes muſæ, gratiarum nutrimentum,delitiarum uultus.

Aperi oſculareq́;,propter te labores habeo.

Anus. Hic quid pulſas?nunquid me quæris? IVVE. Vnde.

Anus. Et ianuam pulſas? IVVE. Moriar igitur.

Anus. Quo indigens tedam habens ueniſti?

Iuue. Teſticulos tractantem quærens hominem. ANVS. Quem?

Iuue. Ipſum te ſubagitantem quem tu expectas ſorte.

Anus. Per Venerem ſiue uelis,ſiue non.

Iuue. Sed non nunc ſupra quinquaginta annos
Inducimus,ſed iterum non uolumus,
Intra uiginti enim eligimus.

Anus. In priori dominatione hæc erant ô Glycon.
Nunc autem primum inducere nos uidetur.

Iuue. Volenti ſecundum in pætis legem.

Anus. Sed neq; cœnabis ſecundum in pætis legem.

Iuue. Non ſcio quod dicis,hanc autem mihi pulſandum.

Anus. Quando pulſaueris meam prius ianuam.

Iuue. Sed non nunc indumentum cophinorum petimus.

Anus. Scio quòd oſculabor.nunc autem admiraris quòd
Ianuis ne inueniſti,ſed ad os.

Iuue. Sed ô miſera timeo amatorem tui. ANVS. Quem?

Iuue. Pictorum optimum. ANVS. Hic autem eſt quis?

Iuue. Qui mortuis depingit lecythos.
Sed abi ut non te in ianuis uideat.

Anus. Scio ſcio quis uis. IVVENIS. Etenim ego te per Iouem.

Anus. Per Venerem quæ me ſortita eſt ſorte eligens,
Non ego te dimittam. IVVE. Deſipis ô uetula.

Anus. Nugaris.ego autem ducam te in meos lectos.

Quid

Iuue. Quid certe forcipes cadis emimus?
Exiſtente deponentes uetulam hanc,
Ex puteis cados accipere.
Anus. Non cauillare me ô miſer, ſed ſequere huc ad me.
Iuue. Sed non neceſsitas mei eſt, ſi non meorum
Quinquagenarium depoſuiſti ciuitati.
Anus. Per Venerem oportet te tamen, quòd ego
Talibus condormiens lætar.
Iuue. Ego autem talibus doleo,
Et non perſuadebor unquam. ANVS. Sed per Iouem
Coget hoc te. IVVE. Hoc autem eſt quid?
Anus. Sententia in quantum te oportet uenire ad me.
Iuue. Dic ipſum quid eſt? ANVS. Et iam tibi dico.
Apparuit mulieribus, ſi uir Iuuenis,
Iuuenem capiat, non ſubagitare ipſam, antequam
Vetulam pulſet primum. ſi autem non uelit,
Prius pulſare, ſed cupiat iuuenem.
Vetulis mulieribus ſit iuuenem
Trahere in aliquid capientes claui.
Iuue. Hei mihi uerberator hodie fiam.
Anus. His enim legibus noſtris obediendum.
Iuue. Quid autem ſi auferet me uir ciuium
Vel amicorum uenientes. ANVS. Sed non dominus,
Super menſuram eſt uir nullus amplius.
Iuue. Periurium aũt nõ eſt. ANVS. Non enim opus eſt uerſione.
Iuue. Sed mercator eſſe cauſabor. ANVS. Fleas tu.
Iuue. Quid certe oportet facere? ANVS. Huc ſequi ad me.
Iuue. Et hæc neceſsitas mei eſt. ANVS. Diomedia.
Iuue. Sterne nunc primum origano,
Et uites ſuppone frangens quatuor,

Et

Et corona, & appone lecythos,
Aquæq; puræ lagenam ante ianuam.

Anus. Certe quidem emes tu & coronam mihi.

Iuue. Per Iouem ſi circa cerea:
Puto enim intus cadere te ſtatim.

Iuuenc. Quo hunc trahis tu? ANVS. Hunc mei ipſius induco.

Iuuencula. Non ſapiens. non enim ætatem habet
Apud te dormire talis exiſtens, quoniam
Mater ipſi magis eſſes quàm uxor.
Quare ſi conſtituiſti hanc legem,
Terram omnem œdipodis implebitis.

Anus. O tota odioſa inuidens hanc legem,
Inueniſti, ſed ego te puniam.

Iuuenis. Per Iouem ſeruatorem, gratificare mihi
O dulciſſimum anum à pellens me:
Quare pro his bonis ad ueſperam
Magnam reddam & pinguem tibi gratiam.

Anus. Hæc tu, quo tranſgrediens hanc legem
Trahis apud me ſcripturis dicentibus,
Priorem dormire ipſum? IVVENIS. Heu mihi miſero,
Vnde declinaſti ô peſſime perdita?
Hoc enim illo malum exitioſius.

Anus. Veni huc. IVVE. Nullo modo me deſpicias
Tractum ab hac precor te. ANVS. Sed non ego.
Sed lex trahit. IVVENIS. Non me. ſed Empuſa quædam
Ex ſanguine bullam indutam...

Anus. Sequere molliens huc feſtinans, & non loquere.

Iuue. Age, nunc ſine in latrinam primum me
Euntem confidere ad me ipſum: ſi autem non
Illic quid facientem, rubrum uidebis me ſtatim

Præ timore. ANVS. Confide, ueni intus, cacabis.

Iuue. Timeo & ego ne plus quàm uolo.
Sed fideiuſſores tibi conſtituam duos
Dignos. ANVS. Non mihi conſtitue. ALIA ANVS. Quò tu quò
Vadis cum ipſa? IVVE. Non ego, ſed trahor.
At ſi qua es multa bona fient tibi,
Quòd me non deſpexiſti conſumptum. ô Hercules,
O' Panes, ô Corybantes, ô Dioſcori,
Hoc multo hoc malum pernitioſius.
At quæ res eſt precor hæc?
Nunquid ſimia repleta fucatione,
An anus reſurgens à mortuis?

Anus. Ne cauillare me, ſed huc ſequere. ALIA ANVS. Huc quidem igitur.

Anus. Quòd non dimittam te nunquam. ALIA ANVS. Neq; quidem ego.

Iuue. Laceraſtis me ô male perditæ.

Anus. Me enim ſequi te oportet ſecundum legem.

Al. Anus. Non ſi altera anus adhuc turpior apparuerit.

Iuue. Si igitur à uobis primum perdar mala:
Age quomodo in illam pulchram adibo?

Anus. Ipſe conſydera tu. hæc autem tibi faciendum.

Iuue. Vtras utras igitur expellens liberabor?

Anus. Non ſcis, ueni huc. IVVENIS. Dimittat nunc me ipſa.

Alia Anus. Huc quidẽ igitur ueni ad me. IVVENIS. Per Iouẽ dimiſerit.

Anus. Sed nõ dimittã per Iouem te. ALIA ANVS. Neq; quidẽ ego.

Iuue. Difficiles eſtis factæ portitores. ANVS. Cur?

Iuue. Trahentes nauigatores corrumpitis.

Anus. Silentio ueni huc, ALIA ANVS, Per Iouem ſed ad me.

Hæc

Iuue. *Hæc res ſecundum canonis manifeſte*
Sententiam ſubagitare oportet me in medio captum,
Quomodo igitur bis remigare ambas potero?
Anus. *Bene, poſtquam deuoraueris bulborum ollam.*
Iuue. *Hei infelix prope iam ianuam*
Tractus ſum. ALIA ANVS. *Sed non erit plus.*
Cadam enim tecum. IVVENIS. *Non per deos.*
Vnum enim haberi melius certe duobus malis.
Anus. *Per lunam ſiue uis, ſiue non.*
Iuue. *O ter infelix, ſi mulierem oportet marcidam*
Subagitare totam noctem & diem,
Et deinde poſtquam hac liberatus fuero, rurſus
Phrydem habentem lecythum ad maxillas.
An non infelix ſum? grauifelix quidem igitur
Per Iouem ſeruatorem, uir & infortunatus
Qui talibus feris cedam.
Tamen autem ſi quid ſæpe paſſus fuero,
Sub his meretricibus huc innauigans,
Sepeliam in ipſo ore ingreßionis.
Anus. *Et horum deſuper in ſuperficie ſepulchri*
Viuentem pixe linientes, poſtea pedes
Plumbo fundentes circumcirca talos,
Supra imponere excuſationem pro lecytho.
Serua. *O beate quidem popule, fortunata autem & ego:*
Hæcq; mihi domina beatißima.
Vos autem quæcunq; adeſtis in ianuis.
Vicini omnes hi ciuium,
Ego præterea ſerua,
Quæ uncta ſum capite unguentis
Bonis, ô Iupiter, multum autem ſuprabundant

His

His omnibus thaſiæ amphorulæ
In capite enim manent multo tempore:
Hæ autem aliæ deflorentes uolauerunt.
Quare ſunt quàm iam optimæ. multo certe ô Dei.
Miſce merum, lætificabit noctem totam
Electas, quòd maximè odorem habet.
Sed ô mulieres, dicite mihi dominum
Virum ubi eſt meæ dominæ.

Cho. *Illic manens, nobis enim inuenire appares.*

Serua. *Maximè hic enim ad cœnam uenit.*
O' domine ô beate & ter beate.

Dominus. *Ego?* SER. *Tu quidem per Iouem ut nullus uir.*
Quis enim factus eſt magis beatior,
Qui ciuibus plus quàm tribus milibus
Exiſtentibus multitudine non cœnaſti ſolus?

Cho. *Fortunatum hominem dixiſti aperte.*

Serua. *Quò quò uadis?* DO. *Ad cœnam uenio.*

Serua. *Per Venerem multo omnium ultimus.*
Tamen autem iuſsit comprehendens me mulier
Ducere te, & has tecum adoleſcentes.
Vinum autem Chium eſt relictum,
Et alia bona ad hæc, ne tardate:
Et ſpectatorum ſiquis beneuolus eſt,
Et iudicum ſi non quis aliò reſpiciat,
Veniat mecum: omnia enim præbebimus.
Igitur omnibus certe generoſe dices,
Et non relinques nullum, ſed libere
Vocare ſenem adoleſcentulam puellam ad
Cœnam. ipſis eſt præparatum
Omnibus, ſi abibunt domum.

Ego

Ego autem ad cœnam iam feſtinabo,
Habens & tedam hanc bene.
Quid igitur moraris habens? ſed non ducis
Has capiens? interim dum autem deſcendis, ego
Cantabo cantum aliquem cœnatiuum.
Parum autem conſultare iudicibus uolo.
Sapientibus quidem ſapientum recordantes iudicare me,
Ridentibus autem dulciter per riſum iudicare me.
Manifeſte omnes igitur iubeo uidelicet iudicare me,
Non autem ſortem fieri nil nobis cauſam
Quòd ſortita ſum. ſed omnia hæc oportet recordantes
Non peierare, ſed iudicare choros recte ſemper:
Neq; malis meretricibus more aßimilari,
Quæ ſolum memoriam habent ultimorum ſemper.
O ô hora dilectæ
Mulieres, ſi uolumus rem facere,
Ad cœnam mouete, cretiæ igitur pedes
Et tu moue. SEMICH. *Hoc facio.*
Et has nunc leues
Cruribus numero. cito enim ueniunt
Ollæ, ſuccidiæ, cartilaginea, muſtelli,
Caluariarum reliquiæ acri cum intrito,
Laſer melle interfuſo,
Motacillæ, merulæ, columbæ,
Gallorum toſta capitula, motacillarum,
Columbarum, leporum intinctu inſperſa unà cum alis.
Tu autem hæc audiens cito & cito
Cape ſcutellam, poſt capiens ordina
Ouum ut cœnes.
Semicho. *Sed deuorant,*

Eleuamini,euge,euge,euge.
Cœnemus,euge,euge,euge,euge.
Ruenter in uictoria,euge,euge,euge,euge,euge,euge,euge, euge,euge.

CONCIONANTIVM
FINIS.

ARGVMENTVM FABVLAE CEREALIA CELEBRAN.

EVripides in feſtis Cerealibus à mulieribus capitis accuſatus, in eum locum adducitur, ut opem atq; auxilium petat ab Agathone peſſimo ac effœminatiſſimo omnium Poëta. Nam cum nonnullum in ueteribus amicis multis, tum ſummũ in eo (quòd erat effœminatiſſimus) præſidium ſuis calamitatibus conſtitutum eſſe arbitrabatur. Ad hũc igitur cum Mneſilocho propinquo accedens, rogat et orat ut ſuarum fortunarum omnium cauſam, defenſionem'q; ſuſcipiat, eum ſæpe eſſe pollicitum, ſæpe oſtẽdiſſe dicit, ſi quod tempus accidiſſet, quo tempore aliquid ab eo requireret, commodis eius non defuturum. Ad eius igitur fidem quam habebat ſpectatam iam & diu cognitam, confugiſſe, eum defenſorem fortunarum ſuarum, actorem cauſę ſuę ex omnibus delegiſſe. Cum uerò Agathon exorari minime potuiſſet, Mneſilochus optimus atque adeò fidelissimus propinquus tempore atq; officio coactus ultro ſe offert Euripidi, ac ueſte muliebri indutus, ad Feſta Cerealia accedit, ibiq; in maximo mulierũ conuentu

uentu Euripidem præſenti animo defendit: ſed tamen efficere nõ poteſt quominus in carcerem conijciatur, qui tamen non multò poſt dolis & fallacijs quibuſdam è carcere aufugit.

FABVLAE PERSONAE.

Mneſilochus ſocer Euripidis
Euripides
Agathon
Præco
Altera mulier
Cliſthenes
Echo
Miniſter
Chorus
Mulier quædam
Altera mulier
Semichorus mulierum
Prytanis
Scytha.

ARISTOPHANIS SACRA CERERIS celebrantes.

PROLOQVITVR MNESILOCHVS SOCER EVRIPIDIS.

O Iuppiter, hirũdo igitur quãdo apparebit?
Perdet me errare faciens homo ex matutino.
Fieri ne poteſt priuſquã lienem ualde ego eijciam,
A' te audire quò me ducis ô Euripides?

Eu. *Sed non audire oportet te omnia, qui ſtatim*
Videbis præſens. MN. *Quomodo dicis? rurſus dicito,*
Non oportet me audire? EVR. *Non quæ quidem utique futurus es uidere.*
Mn. *Neq; quidem uidere oportet me.* EV. *Non quæ quidem utiq; audire oportuerit.*
Mn. *Quomodo me admones? dextere tamen dicis.*
Non inquis tu oportere me neq; audire, neq; uidere:
Separatim enim ipſorum utriuſq; eſt natura,
Neq; audiendi neq; uidendi. EV. *Bene ſcias quòd.*
Mn. *Quomodo ſeparatim?* EV. *Ita hæc diſtincta ſunt tunc.*
Aether enim cum primum diuiſus eſt,
Et animalia in ipſo congenerabat mota:
Quo quidem cernere oportet, primum machinata eſt
Oculum ſimilem ſolis rotæ:
Auditum autem infuſorij aures perforauit.
Mn. *Propter infuſorium igitur neq; audio, neq; uideo.*
Per Iouem lætor quidem hoc cum inſuper didicerim,
Quale quidem eſt ſapientes congreſſus.
Eu. *Multa utiq; diſceres talia à me.* MN. *Quomodo utiq; igitur.*
Eu. *Ad bona hæc inuenirem, quomodo*
Adhuc addiſceres non claudus eſſe crure:
Vade huc, & adhibe mentem. MN. *Ecce.*
Eu. *Vides oſtiolum hoc.* MN. *Per Herculem*
Puto quidem. EV. *Tace nunc.* MN. *Taceo oſtiolum.*
Eu. *Audi.* MN. *Audiam, & taceo oſtium.*
Eu. *Hic Agatho inclytus habitans eſt*
Tragœdiarum poëta. MN. *Qualis hic Agatho*
Eſt, quiſnam Agatho? nunquid niger, fortis?
Eu. *Non, ſed alter quidam, non uidiſti unquam?*

Mn. *Nunquid barbatus.* EV. *Non uidiſti unquam?*
Mn. *Non per Iouem. non quidem ut & ego ſciam.*
Verum ſubagitaſti tu quidem, ſed neſcis fortaſſe.
Sed è pedibus fugiamus, quoniam egreditur
Seruus quidam ipſius, ignem habens & uirgas myrteas,
Præſacrificaturus uidetur poëſi.
Ser. *Bene ominans totus ſit populus*
Os claudens, inualeſcit enim
Tripudium muſarum intra atria
Herilia muſica.
Habeat autem flatus tranquillus æther,
Vnda autem maris ne reſonet
Cærulea.
Mn. *Bombax.*
Eu. *Tace quid dicis?*
Ser. *Volatiliumq́; genera conſopiantur,*
Ferarumq́; ſylueſtrium pedes per ſyluas currentium
Ne ſoluantur.
Mn. *Bombalobombax.*
Ser. *Futurus enim eſt pulchriloquus Agatho*
Primus noſter.
Mn. *Nunquid ſubagitari?*
Eu. *Quis locutus.*
Ser. *Quietus æther,*
Clauos ponere fabulæ principia,
Flectit autem noua ſcuta uerborum,
Alia uerò tornat,
Alia uerò conglutinat membratim,
Et ſententias format, & antonomaſijs utitur,
Et ceram infundit, & rotundat in modum rapi,

Et infundit.
Mn. Et fucat.
Ser. Quis agreſtis accedit ad atria?
Mn. Qui promptus tibi & poëtæ
Pulchriloquo atrij
Rotundans in modum rapi, & contorquens
Hoc ueretrum infundere.
Ser. Nunquid nouum certamen fuiſti contumeliator ô ſenex?
Eu. O' bone, hunc quidem ſine ualere, tu uerò
Agathonem mihi huc euoca omni arte.
Ser. Nihil precare, ipſe enim egredictur cito:
Etenim modulari incipit, hyeme enim
Exiſtente flectere conuerſiones non facile,
Niſi proceſſerit foras ad ſolem.
Mn. Quid igitur ego faciam? EV. Expecta quoniam egreditur.
Mn. O' Iuppiter, quo afficere cogitas me hodie?
Eu. Per Deos ego audire uolo
Quidnam res hæc, quid gemis, quid ægre fers?
Non'ne oportebat te cœlare exiſtentem ſocerum meum.
Mn. Eſt malum mihi magnum quoddam præparatum.
Eu. Qualenam? MN. Hac die iudicabitur,
Siue eſt adhuc uiuens, ſiue perijt Euripides.
Eu. Et quomodo? quoniam nunc quidem neq; iudicia
Iudicatura ſunt, neq; ſenatus erit ſedes,
Quoniam tertia eſt dies cerealium media.
Mn. Hoc ipſum enim,
Et perire me expecto.
Mulieres enim inſidiatæ ſunt mihi,
Et in ſacris Cereris futuræ ſunt hodie
Concionari de cæde mea. EV. Qua de cauſa uerò?
Quoniam

Mn. Quoniam Tragœdias facio, & male ipſis dico.
Eu. Per Neptunum uel iuſta patereris.
Sed quamnam ex hac die tu machinationem habes?
Mn. Agathonem perſuadere Tragicum poëtam
Ad ſacra Cereris ire. EV. Quid facturum? dic mihi.
Mn. Concionaturum inter mulieres: & ſi opus fuerit,
Dicturum pro me. EV. Vtrum manifeſto, an clam?
Mn. Clam ueſte mulieris indutum:
Res uenuſta & ualde ex tuis moribus.
Machinandi enim noſtra eſt placenta.
Eu. Tace. MN. Quid uerò eſt? EV. Agatho egreditur.
Mn. Et quiſnam eſt iſte? EV. Ille euolutus.
Mn. Sed profecto cæcus quidem ſum: ego enim non uideo
Virum nullum hic exiſtentem, Cyrenem autem uideo.
Eu. Tace, modulari utiq; paratur.
Mn. Formicæ uias uel aliquid cantillat.
Ag. Sacram infernis deabus Cereri & Proſerpinæ, accipientes
Facem puellæ cum libera,
Patria tripudiate cum clamore.
Cho. Cuinam Deorum comeſſatio, & tripudium, dic nunc fiat?
Fideliter autem quoad meum officium,
Deos potes colere.
Ag. Age nunc arma muſa
Aureorum præſidem arcuum
Phœbum, qui extruxit regionis
Colles Phrygiæ terræ.
Cho. Salue pulcherrimis cantilenis
Phœbe in canoris honoribus
Munus ſacrum præferens.
Ag. Et laudate eam, quæ in montibus nemo-

Roſis uerſatur uirginem, canentes Di-
Anam agreſtem.

Cho. *Sequor celebrans uenerandam*
Prolem beatam prædicans Latonæ
Dianam expertem lecti & uirginem.

Ag. *Latonamq́; laudate, ſaltationesq́; Aſiaticæ terræ*
Pede exercete diſcordes, concordes, & numeroſas
Nutus & rotationes gratiarum.

Cho. *Colo Latonamq́; reginam,*
Citharam matrem hymnorum,
Maſculo clamore approbato,
Qua lux excitata eſt diuinis oculis
Noſtram per ſubitam uocem,
Quorum hymnorum regem unuſquiſq; Phœbum honorat
Salue beate fili Latonæ. iubil as ô ſenex.

Mn. *Quàm ſuauis cantilena, ô uenerandæ genitabiles,*
Et effœminata & laſciua
Et molle, ut mei quidem audientis
Sub ſedem ipſam ſubierit titillatio.
Et te ô adoleſcens, quiſnam es ſecundum Aeſchylum,
Ex Lycurgia Tragœdia interrogare uolo,
Cuias ſemiuir? quænam patria? quis amictus?
Quænam confuſio uitæ? quid barbitos,
Loquitur cum crocotula? quid uerò lyra cum uita?
Quid lecythus uel olearia ampulla & ſtrophiũ? quoniam non congruum eſt.
Quænam uerò ſpeculi ac enſis ſocietas?
Quiſnam uerò ipſe ô adoleſcens, utrum tanquã uir aleris,
Et ubinam eſt penis? ubi læna, ubi laconicæ?
Sed tanquam mulier profecto aleris, deinde ubi papillæ?

Quid

Quid dicis? quid taces? ſed profectò ex cantu
Quæro & excutio te, quoniam quidem ipſe nõ uis dicere.

Ag. O ſenex ſenex, inuidiæ quidem uituperium
Audiui, dolorem autem & moleſtiam tibi non præbui:
Ego uerò ueſtem ſimul cum ſententia geſto.
Oportet poëtam uirum ad fabulas
Quas oportet facere et repræſentare, ad has mores habere.
Statim muliebres ſi fecerit aliquis fabulas,
Participationem oportet morum corpus habere.

Mn. Igitur equo ueheris, & eum agitas, cum Phædram feceris.

Ag. Viriles autem fabulas ſi fecerit aliquis, in corpore
Ineſt exiſtens hoc: quæ uerò non poßidemus,
Imitatio iam hæc conquirit.

Mn. Cum ſatyros igitur repræſentaris uoca me,
Vt adiuuem te à tergo erectus in Venerem ego.

Ag. Præterea inſcita res eſt poëtam uidere
Agreſtem exiſtentem, & uilloſum, conſidera uerò quòd
Ibicus ille, & Anacreon Teius,
Et Alcæus, qui circa muſicam & concentum uerſati ſunt,
Muliebres mitras geſtabantq;, & mouebant ſe ionica,
Et Phrynichus: hunc enim quidem audiſti,
Ipſeq; pulcher erat, & pulchre inducebatur.
Ob id igitur ipſius & pulchra erant poëmata,
Similia enim facere neceſſe eſt naturæ.

Mn. Propterea igitur Philocles turpis exiſtens turpiter facit,
Et rurſus Zenocles exiſtens malus male facit,
Et rurſus Theognis frigidus exiſtens frigide facit.

Ag. Omnis neceßitas eſt ita facere. hæc igitur cognoſcens ego,
Meipſum curaui. MN. Quomodo obſecro?

Ag. Deſine baubare: etenim ego talis eram,

Exiſtens tam grandis natu concepi fabulas agere.

Mn. Non per Iouem non æmulor et admiror te ob eruditionem:
Sed quibus de cauſis ueni ſine me dicere. AG. Dic.

Mn. Agatho Sapientis eſt uiri officium, quicunq; in breui
Multas bene poteſt comprehendere orationes.
Ego autem communi calamitate percuſſus,
Supplex perueni ad te. AG. Cuiuſnam rei opus habens?

Mn. Mulieres me perdituræ ſunt hodie,
In Cerealibus feſtis, quoniam male ipſis dico.

Ag. Quodnam igitur à nobis eſſe poteſt auxilium tibi?

Mn. Omne, ſi enim ſedens clam
Inter mulieres quaſi uiſus eſſe mulier,
Reſponderis pro me, planè ſeruabis me.
Solus enim diceres digne pro me.

Ag. Deinde quomodo non ipſe defendiſſet & cauſam tuam dicis præſens?

Mn. Ego dicam tibi. primum quidem agnoſcor,
Deinde canus ſum, & barbam habeo:
Tu uerò formoſus, candidus, deraſus,
Muliebri uoce præditus, mollis, ſpecioſus ad uidendum.

Ag. Euripides. EV. Quid eſt? AG. Scripſiſti ne aliquando,
Lætaris uidere lucem, Patrem autem non lætari putas?

Eu. Equidem hoc ſcripſi in quadam Tragœdia. AG. Ne nunc ſperes tuum malum
Nos ſubituros eſſe, etenim inſaniremus.
Sed ipſe quod tuum eſt familiariter feras,
Calamitates enim non gemitibus
Ferre iuſtum eſt, ſed paßionibus.

Mn. Verum tu quidem ô impudice laxipodex es, & Cinædus,
Non uerbis, ſed paßionibus.

Quid

Eu. Quid uerò eſt quod times ire illuc?
Ag. Peius perirem quàm tu. EV. Quomodo? AG. Quomodo
Viſus mulierum opera nocturna
Furari, ſurripereq; fœminam Venerem.
Eu. Hui furari? per Iouem ſubagitari immo dicere debebas,
Sed prætextus profectò rectè ſe habet.
Quid igitur facies hæc? AG. Ne exiſtima quidem tu.
Eu. O` infeliciſsimum me quàm perij Euripides.
Mn. O` chariſsime ô ſocer ne teipſum prodas.
Eu. Quomodo igitur faciã profectò? MN. Hũc quidem longum
Flere iube, me uerò quomodocunq; uis utere accipiens.
Eu. Age uerò quando teipſum offer mihi
Exuere hoc pallio. MN. Et profectò humi adijcio,
Sed quid facturus es mihi? EV. Abradere has partes,
Inferiores autem exurere. MN. Sed fac ſi tibi uidetur,
Vel niſi uolebã pati hæc non dare meipſum debebã unquã.
Eu. Agatho, tu quidem nouaculam geſtas frequenter,
Bonam aliquam nunc nobis nouaculam da. AG. Ipſe ſume
Hinc ex theca nouacularia. EV. Egregius es,
Sede, infla buccam dexteram.
Mn. Heu mihi. EV. Quid clamaſti? inijciam tibi paxillum
Niſi taceas. MN. At at papæ.
Eu. Heus tu, quoniam curris? MN. In templũ ſeuerarũ Dearum.
Non enim non per Cererem hic manebo
Cæſus. EV. Non'ne igitur ridiculus profectò eris
Malam alteram leuem habens?
Mn. Parum curæ eſt mihi. EV. Nequaquam obſecro
Prodas me. ueni huc. MN. Infelix ego.
Eu. Habe quiete teipſum, & ſuſpice qua auerteris facie.
Mn. My, My. EV. Quid muſsitas? MN. Omnia facta ſunt bene.

Heu

Heu me miſerum, leuis armaturæ miles rurſus militabo.

Eu. Ne ſollicitus ſis quoniam ſpecioſius uideberis ualde.
Vis ſpectare teipſum ad ſpeculum? MN. Si uidetur age.

Eu. Vides teipſum? MN. Non per Iouem, ſed Cliſthenem.

Eu. Surge ut aduram te, & ſurſum aſpiciens te habe.

Mn. Heu me miſerum porcellus uel pudendum muliebre fiam.

Eu. Afferat aliquis ab interiori parte facem, uel lucernam.
Inclina & deſpice, caudam cuſtodi nunc ſummam.

Mn. Mihi curæ erit profecto, niſi hoc curæ mihi eſſe non debet quòd uror.
Heu me miſerum, aquam aquam ô uicini,
Priuſquam appræhendat podex flammam.

Eu. Confide. MN. Quid confidam igni conſumptus.

Eu. Sed non amplius ulla res & moleſtia tibi ſupereſt, plurima enim
Axantlaſti. MN. Heu ob fuliginem,
Exuſtus factus ſum omnes partes eas quæ ſunt circa anum.

Eu. Ne labores: alter enim ipſas ſpongia abſterget.

Mn. Flebitis igitur ſi meum podicem lauabit alter.

Eu. Agatho quando teipſum tradere recuſas,
Saltem pallium accommoda nobis huic,
Et pectoris ornamentum: non enim hæc quidem quòd non ſunt dices.

Ag. Sumite & utimini, non recuſo. EV. Quid igitur ſumam?

Ag. Quidnam? Crocotulam primum induere accipiens.

Eu. Per Venerem ſuaue quidem olet membrum uirile.

Ag. Succinge expediens, tolle nũc pectoris ornamẽtũ. EV. Ecce.

Mn. Age nunc compone me, & indue in his partibus, quæ ſunt circa crura.

Eu. Reticulo opus eſt & mitra. AG. Hæc quidem eſt

Capiti

Capiti quæ circumponitur, quam ego noctu geſto.

Eu. Per Iouem, ſed & conueniens ualde.

Mn. Nunquid cōueniet mihi? AG. Profecto, ſed optime ſe habet.

Eu. Age ueſtem rotundam. AG. Hanc ſume è lectulo.

Eu. Calceis opus eſt. AG. Meos hos accipe.

Mn. Nunquid congruent mihi. AG. Laxos quidem calceos non gaudes geſtare,

Tu hoc cognoſce, ueruntamen habes quibus opus eſt tibi.

Mn. Intro aliquis quamcitiſsime me inuoluat.

Eu. Vir quidem nobis hic & iam fœmina eſt

Hac ſpecie. ſi autem locutus fueris, uide ut locutione

Mulierem agas bene & ueriſimiliter. MN. Conabor.

Eu. Vade igitur. MN. Non per Apollinem, non ſiquidem non

Iuraueris mihi. EV. Quamnam rem? MN. Conſeruaturum te eſſe me

Omnibus modis, ſi mihi aliquod acciderit malum.

Eu. Iuro igitur Aetherem habitationem Iouis,

Quid magis quàm Hippocratis conturbernium?

Iuro igitur omnes funditus Deos.

Mn. Memento igitur hæc quòd mens iurauit,

Lingua autē non iurauit, neq; iureiurando obſtrinxi te ego.

Iubilant & clamant mulieres, & ſacra pompa præparatur & agitur.

Eu. Feſtina citò, quoniam concionis,

Signum in templo cereali apparet:

Ego uerò abibo. MN. Huc ueni nunc ô Threicia ancilla ſequere.

O ancilla ſpecta ardentium facum

Quanta copia aſcendit è fuligine,

Sed ô perpulchræ Ceres & Proſerpina, ſuſcipite me

Bona

Bona fortuna,& huc rurſus domum concedite redire.
O ancilla ciſtam detrahe,& depone,& deinde extrahe
Placentam,ut accipiens ſacrificem deabus.
Domina ueneranda Ceres chara.
Et Proſerpina,concede multa ſæpenumero me tibi
Sacrificare habentem:ſin minus,ſaltem nunc latere,
Et fac filiam meam puellam nubilem uirum mihi conſequi
Diuitem,alioqui ſtolidum & ſtultum,
Et ad rem ueneream animum habere mihi & mentem.
Vbi ubinam ſedeam in opportuno loco,Rhetores
Vt exaudiam? Tu uerò abi ô ancilla è medio:
Seruis enim non licet audire uerba.

Præ. *Bona ominatio eſto,*
Bona ominatio eſto,
Preces fundite legiferis
Cereri & Proſerpinæ,
Et Pluto deo diuitiarum & nobilitati,
Et altrici puerorum terræ,
Et Mercurio & Gratijs
Concionem hanc & conuentum hunc præſentem
Pulcherrime & optime facere:
Ad multam utilitatem quidem ciuitati Athenienſium,
Fortunatè autem nobiſipſis,
Et precamini ex his mulieribus facientem,dicentem
Optima circa populum Ahtenienſium,
Et circa populum mulierum
Hanc uincere,
Hæc precamini & uobiſipſis bona.
Io Pæan,io Pæan,io Pæan gaudeamus.

Cho. *Admittimus & Deorum genus,*

Precamur has ob preces
Apparentes lætari.
Iuppiter magni nominis, aureaq́; lyra utens,
Delum qui habes ſacram,
Et tu omnipotens puella
Diana cæſia oculos, aurea lancea utens,
Vrbẽ habitans celeberrimã, & de qua omnes certant, ueni
Et celebris Pythonis feræ interfector fili, (huc,
Latonæ aureos oculos habentis germen,
Tuq́; marine uenerande Neptune
Mari imperans, relinquens
Seceſſum piſcoſum, tempeſtuoſum:
Nerei mariniq́; filiæ,
Nymphæq́; montiuagæ,
Aureaq́; lyra polleat in precibus
Noſtris, perfecteq́;
Concionemur Athenienſium
Nobiles mulieres.

Præ. Preces fundite Dijs cœleſtibus,
Et Deabus Olympijs & Pythijs,
Et Pythijs Deabus, & Delijs,
Et Delijs Deabus, & reliquis Dijs:
Si quis per inſidias ſtruit aliquod populo malum,
Populo inquam mulierum, uel inducias & amicitias facit,
Cum Euripide & Medis ob damnum aliquod
Mulierum, uel tyrannidem occupare cogitat,
Vel tyrannum reſtituere, uel infantem
Supponentem indicauit aliqua, uel ſerua alicuius
Læna inuulgauit domino:
Vel miſſa aliqua nuncios falſos affert,

Vel

Vel adulter, ſi quis decipit falſa dicens,
Et non dederit quæ pollicitus fuerit unquam:
Vel dona aliqua dederit adultero anus mulier,
Vel etiam accipit prodens meretrix amicum:
Et ſi quis caupo uel cauponis uxor menſura,
Vel heminarum inſtitutum & morem lædit,
Male perire hunc ipſum & domum
Precamini. reliquis uerò uobis Deos
Precamini omnibus multa dare bona.

Cho. *Simul precamur ratas quidem*
Vrbi, perfectasq; populo
Has preces fieri,
Et fieri quoq; ratas optima quibuſcunq; conuenit,
Vincere dicentibus & conſulentibus, & fieri ratas his quæcunque
Decipiunt, uiolantq; fœdera & iuramenta
Sancita ac conſtituta legibus
Lucrorum cauſa in damnum,
Vel decreta & legem
Quærunt immutare,
Arcanaq;
Hoſtibus noſtris dicunt,
Vel Perſas inducunt
In regionem noſtram, quoniam in detrimentum,
Impie ſe gerunt, iniuriaq; afficiunt
Ciuitatem. ſed ô omnipotens
Iupiter hæc confirmes, ut
Nobis Dij aßiſtant,
Quamuis mulieribus exiſtentibus.

Præ. *Audi unuſquiſq;: uiſa ſunt ſenatui hæc,*

Mulierum

Mulierum inquam ſenatui. Timocles præerat
Lyſilla ſcribæ officium exercebat. dixit Soſtrata,
Concionem facere mane media die
Cerealium Feſtorum, qua erat ſatis nobis ocium:
Et agere primum de Euripide,
Quidnam oporteat pati illũ: iniuriam facere enim uidetur
Nobis omnibus. quis concionari uult?

MVLIER QVAEDAM.

Ego. PRAE. Circumpone nunc hoc indumentum primum, priuſquam dicas.

Mul. Tace, ſile, adhibe mentem, excreat enim iam:
Quod qdẽ faciũt oratores. longã orationẽ uidetur dictura.

Mul. Ambitione quidẽ nulla nõ per Deas Cererẽ & Proſerpinã,
Dictura ſurrexi ô mulieres. uerum
Grauiter fer ô miſera multum iam tempus,
Contumelijs affectas uidens uos ab
Euripide filio olerum uenditricis,
Et multa & uaria maledicta.
Quò enim iſte nos non inſpergit conuitiorum?
Vbi uerò non uituperauit? ubi quidem in breui & paruo
Sunt ſpectatores & Tragœdi & chori,
Doloſas & mores occultantes, meretrices appellans
Vinolentas, proditrices, loquaces,
Nihil ſanum uel bonum, magnum uiris malum.
Quare ſtatim ingredientes à tabulatis theatri
Torue aſpiciunt nos, explorantq; portinus,
Num mœchus intus ſit aliquis occultatus:
Facere autem amplius nobis nihil quemadmodũ et antehac
Licet. Talia iſte docuit mala
Viros noſtrum, ut ſi aliqua texat

H Mulier

Mulier coronam, amare uideatur: & ſi eiecerit
Vaſculum aliquod per domum errans,
Maritus interrogat, cui nam fracta eſt olla?
Non eſt quomodo non Corynthio hoſpiti,
Laborat morbo uirgo aliqua, ſtatim frater dicit.
Color hic mihi non placet puellæ.
Eſto mulier aliqua ſupponere uult,
Carens filijs, ne hoc quidem licet occultum eſſe.
Viri enim iam aßident prope,
Ad ſenesq́;, qui antehac puellas
Ducebant, uituperauit, ut nullus ſenex
Ducere uelit uxorem propter carmen hoc.
Domina enim ſeni ſponſo uxor,
Deinde ob id muliebribus cubiculis
Signacula inijciunt & obſignant: iam & peſſulos
Obſeruantes nos, & inſuper moloſſos.
Alunt laruas ac terricula adulteris canes.
Et hæc quidem cognoſcite affatim nobis antehac,
Ipſis cellã prõpturiã cuſtodiri proponẽtibus et uolentibus,
Farinam, oleũ, uinũ, ne hæc quidem amplius (accipere
Licet, uiri enim iam clauiculas
Ipſi geſtant occultas, callidißimas, ac maximè malignas,
Laconicas quaſdam treis habentes clauiculos.
Sed prius quidem certè licebat aperire fores,
Facientibus annulum triobolo & uili precio:
Nunc uerò iſte ipſos uerna Euripides
Docuit minuta, & quaſi à tineis corroſa habere ſigilla
Appenſa habentes. nunc igitur mihi hoc uidetur
Perniciem aliquam nos miſcere ac moliri quomodocunq;,
Vel uenenis, uel una quidem arte.

Vt pereat. hæc ego aperte dico:
Reliqua uerò cum ſcriba ſimul ſcribam.

Cho. Nunquam hac
Audiui callidiorem
Muliere, neq; facundius dicentem:
Omnia enim dicit iuſta, omnesq́; ſpecies eloquentiæ
Examinauit, omniaq́; geſtauit mente,
Denſeq́; & prudenter uarias orationes
Inuenit bene exquiſitas:
Vt ſi diceret ad cõparationẽ ipſius Xenocles filius Carcini
Videretur ipſe.
Vt ego puto, omnibus uobis planè nihil dicere.

Altera mul. Paucorum cauſa ipſa prodij uerborum.
Alia enim hæc accuſauit bene.
Quæ uerò paſſa ſum, hæc dicere uolo.
Mihi enim uir mortuus eſt quidem in Cypro,
Puerulos quinq; qui reliquit, quos ego uix
Coronas texens paſcebam in Myrtis.
Tunc quidem igitur, ſed ſemimale alebar,
Nunc uerò iſte in Tragœdijs faciens,
Viros perſuaſit non eſſe Deos:
Vnde nõ amplius uendimus ne dimidiũ quidẽ coronarum.
Nunc igitur omnes admoneo, & dico
Hunc punire uirum multis de cauſis.
Agreſtibus enim nos ô mulieres afficit malis,
Vtpote in agreſtibus oleribus ipſe nutritus.
Sed in forum abibo: oportet enim uiris
Texere coronas conſacrificatorias uiginti.

Cho. Altera rurſus quædam audacia hæc
Facundior adhuc quàm prior apparuit.

Qualia facunde dixit,
Non importuna, mentem habens,
Et uarium multiplicemq; ſenſum, neq; imprudentia, ſed
Probabilia omnia: oportet autem huius
Iniuriæ nobis uirum manifeſtò dare pœnas.

Socer Euripidis. Quod quidem ô mulieres acriter iraſcamini admodum
Euripidi talia audientes conuitia,
Non mirum eſt, neq; quòd infferueſcat bilis.
Etenim ipſa ego ita adiuuer filiorum cauſa & ipſis fruar.
Odi uirum illum niſi inſanio?
Verũtamẽ inter nos inuicẽ oportet dare et reddere rationẽ:
Ipſæ enim ſumus, & nulla enuntiatrix orationis noſtræ.
Quid hæc uitia habentes, illum accuſamus?
Grauiterq; ferimus, ſi duo noſtrum uel tria
Mala cognoſcens, dixit cum fecerit infinitas fabulas.
Ego enim ipſa primum, ut ne aliam dicam,
Conſcia ſum mihiipſi multorum malorum. illud uerò certe
Indigniſsimum eſt, cum ſponſa quidem fui tres dies,
Et maritus apud me erat dormiens, erat mihi amicus,
Qui quidem me uitiauit ſeptem annorum exiſtentem.
Hic deſiderio & amore mei leuiter pultabat cũ ueniſſet fo-
Et deinde protinus agnoui, deinde deſcendo clam, (res,
Vir autem rogat quonam tu deſcendis? quò?
Tormina me habent circa uentrem ô marite & dolor,
Ad latrinam igitur eo, uade nunc.
Et deinde hic quidẽ terebat fructus cedri anethũ et ſphacũ.
Ego uerò cum infudiſſem ſupra cardinem aquam,
Egreſſa ſum ad Mœchum, deinde innixa ſum
Iuxta uiam fortiter adhærens lauro.
Hæc nunquam depræhendit Euripides,

Neq;

Neq; quòd à ſeruisq; & mulionibus
Subagitamur, ſi non habuerimus alterum non dicit.
Neq; quòd cum maximè ab aliquo ſubagitatæ fuerimus
Nocte, mane allia mandimus,
Vt olfaciens uir à muro urbis ingreſſæ domum,
Nihil mali facere ſuſpicetur, hæc uidens
Nunquam dixit. ſi uero Phædræ maledicit
Nobis quid hoc eſt? neq; illud dixit unquam
Quòd uxor oſtendens uiro circularem tunicam.
Ad radios ſolis qualis eſt, occultatum
Adulterum emiſit, non dixit unquam.
Alteram uerò noui quæ dicebat dolores partus habere mu-
Per decem dies, donec emit infantem. (lier
Maritus aūt obibat urbē medicamenta celerē partū facien-
Intulit autem anus in olla infantem, (tia emens,
Vt ne clamaret cerula obturatum:
Deinde ut annuit capite anus quæ ferebat, uxor ſtatim cla-
Abi abi, iam enim ô uir mihi uideor (mat,
Paritura eſſe, imum uentrē enim infans calcibus percuſsit.
Et hic quidem lætatus cucurrit, hæc uerò extraxit
Ex ore infantis cerulam, ille uerò clamauit:
Deinde ſceleſta anus quæ ferebat infantem,
Currit ridens ad maritum & dicit,
Leo Leo tibi natus eſt ipſa effigies tua,
Et in reliqua omnia, & membrum uirile
Tuo perſimile tortū et cōpactū, quemadmodū nucamentū.
Hæc ſi facimus mala per Dianam,
Nos quidem contra Euripidem iraſcimur,
Nihil paſſæ plus quàm fecimus.

Cho. *Hoc tamen mirum eſt*

Vnde inuenta ſit res hæc,
Et quænam educarit regio
Hanc arrogantem ita.
Hæc enim dicturam fuiſſe uerſutam
Aperte ita impudenter,
Non exiſtimaſſem inter nos, neq; auſuram fuiſſe unquam:
Sed omne fieri & euenire poſſet iam.
Prouerbium autem laudo
Vetus, ſub lapide enim
Omni alicubi oportet ne mordeat orator ſpectare.
Veruntamen eſt impudentibus natura mulieribus
Nihil peius ad omnia, præterquam ſcilicet mulieres.

Mul. *Nõ per agreſtẽ et uenatricẽ Dianã ô mulieres bene ſapitis.*
Sed uel uenenatæ eſtis, uel malũ aliquod maius paſſæ eſtis
Hanc permittẽtes perniciẽ talibus iniurijs afficere (aliud,
Nos omnes. ſi igitur aliqua eſt, ſin minus nos:
Ipſæ quidem & ancillulæ cinerem alicunde accipientes,
Huius expilabimus uuluam ut doceatur
Mulier mulieres exiſtens non uituperare poſthac.

Soc. *Ne profectò genitale muliebre ô mulieres. ſi enim exiſtẽte*
Dicẽdi libertate, & cũ liceat dicere omnibus quæcũq; adſu
Deinde dixi quæ ſentiebã pro Euripide iuſta, (mus ipſæ,
Propter hoc uulſam me oportet dare pœnas à uobis?

Mul. *Non enim te oportet dare pœnas, quippe quæ ſola auſa es*
Pro uiro contradicere, qui nos multis malis affecit,
Dedita opera excogitans uerba, ubi mulier improba
Fuit, Menalipas repræſentans Phædras q;, Penelopen q;
Nunquam egit, quod mulier temperans uiſa eſt eſſe.

Soc. *Ego enim ſcio cauſam. unam enim non ſcilicet diceres*
Huius ætatis mulierum Penelopem, Phœdras

Simul

Simul omnes.

Mul. Audite ô mulieres qualia dixit ſceleſta
Nobis omnibus rurſus. SOC. Et profectò nondum quidem
Dixi quæcunq; cognoſco: nam uultis plus dicam?
Mul. Sed nõ amplius poſſes, q̃cũq; enim ſciebas effudiſti omnia.
Soc. Non per Iouẽ, ne milleſimã quidẽ partẽ eorũ quæ facimus.
Deinde quidem non dixi uides quòd ſtrigiles accipientes,
Poſtea quaſi per ſiphonem & fiſtulam attrahimus cibum.
MVL. Perdaris.
Soc. Quodq́; ipſas carnes apaturijs feſtis lenis dantes,
Deinde felem dicimus abſtuliſſe. MVL. Miſerã me nugaris.
Soc. Neq; quòd maritum ſecuri uxor percußit
Nõ dixi, neq; quòd potionibus altera maritũ inſanire fecit,
Neq; quòd ſub ſolio defodit olim. MVL. Pereas.
Soc. Acharnica patrem. MVL. Hæc uerò tolerabilia ſunt ne
ad audiendum?
Soc. Neq; quòd tu ancilla pariente marem, deinde tibijpſi
Hunc ſuppoſuiſti, tuam uerò filiolam dimiſiſti ipſi.
Mul. Non per Deas tu impune feres dicens hæc,
Sed euellam tui pilos.
Soc. Neq; per Iouem tu quidem attinges me.
Mul. Verũ ecce, uerũ ecce te tangã, ſume palliũ Philiſta ancilla.
Soc. Accede modo, & ego te per Dianam. MVL. Quid facies?
Soc. Seſaminam placentam quã deuoraſti, hanc cacare faciam.
Cho. Deſinite conuitiantes: etenim mulier quædam ad nos
Feſtinans accurrit. priuſquam igitur ſimul fiamus,
Tacete, ut ipſam modeſte audiamus quænam dicet.

CLISTHENES.

Charæ mulieres cognatæ meorum morum:
Quòd quidem amicus ſum uobis, manifeſtus ſum malis,

Ob imitationem enim mulierum inſanio, interpresq; ueſtrum ſum ſemper:
Et nunc cum audierim rem de uobis magnam, paulò quid prius in foro prædicatam,
Venio dicturus hoc, nunciaturusq; uobis, ut
Videatis & obſeruetis, & ne accidat
Nobis imparatis & immunitis res grauis & magna.

Cho. Quid uerò eſt ô puer? puerũ enim te conueniẽs eſt appellare,
Quouſq; ita genas depiles habueris.

Cli. Euripidem dixit quidam uirum ſocerum quendam
Ipſius ſenem huc miſiſſe hodie.

Cho. Ad quamnam rem, uel cuiuſnam conſilij cauſa?

Cli. Vt quænam conſuleretis & facturæ eſſetis,
Ille eſſet uerborum & conſiliorum explorator.

Cho. Et quomodo latuit inter mulieres exiſtens uir?

Cli. Aduſſit ipſum & euellit pilos Euripides,
Et in alijs omnibus quaſi mulierem induit & ornauit.

Soc. Creditis ne iſti hæc? quis uerò ita uir
Stultus, qui ſibi pilos euelli pateretur?
Nõ arbitror equidẽ quẽquã eſſe ita ſtultũ ô uenerãdæ deæ.

Cli. Nugaris: ego enim non ueniſſem nunciaturus,
Niſi audiuiſſem hæc ab his qui certò ſciunt.

Cho. Res hæc grauis & indigna annunciatur.
Sed ô mulieres non morari oportet.
Sed explorare uirum, & quærere ubi
Latuit uos occultus ſedens:
Et tu ſimul inueni ipſum, ut gratiam
Hancq; & illam habeas ô amice.

Cli. Age uideã quænam es prima tu. SOC. quo aliquis uertet ſe?

Cli. Excutiendæ enim eſtis & inueſtigandæ. SOC. Miſer ego.

Me

Mul. Me quænam es rogaſti? Cleonymi uxor ſum.
Cli. Cognoſcitis uos quænam eſt hæc mulier?
Cho. Cognoſcimus profectò, ſed alias inſpice.
Cli. Iſta uerò quænam eſt infantem
Habens? MVL. Nutrix iſta eſt mea. SOC. Pereo.
Cli. Heus tu quò uerteris & fugis? mane hic, quid malum?
Soc. Sinito mingere me. CLI. Impudens es.
Tu igitur fac hoc, expecto enim hic.
Cho. Expecta uerò & inueſtiga ipſam uehementer,
Solam enim ipſam ô uir non cognoſcimus.
Cli. Multum quidem tempus mingis tu. SOC. Profectò ô miſer,
Vrinæ enim ſtillicidium patior, heri comedi naſturtia.
Cli. Quid naſturtias? non' ne uenies huc ad me?
Soc. Quid uerò me trahis ægrotantem dic mihi.
Cli. Quiſnam eſt maritus tibi? SOC. Meum maritum rogas?
Ipſum illum noſti ex cothocidis?
Cli. Ipſum illum quem? eſt ne ipſe ille, qui & olim.
Soc. Certũ quendã filiũ certi cuiuſdã. CLI. Nugari mihi uideris
Aſcendiſti ne iam huc ad hoc myſterium prius? SOC. Per
Iouem aſcendi.
Cli. Quot anni quidem ſunt? & quænam tui eſt contubernalis?
Soc. Certa quædã mihi quidem. CLI. Heu me miſerũ nihil dicis.
Mul. Abi, ego enim torquebo & examinabo hanc adductam ad
quæſtionem bene,
Ex ſacris ſuperioris anni, tu uerò diſcede mihi,
Vt ne audias exiſtens uir. Tu uerò dic mihi,
Quodnam primum nobis ſacrorum oſtendebatur,
Age uideam quidnam primum erat? SOC. Bibebamus.
Mul. Quid uerò poſt hoc ſecundum? SOC. Propinabamus.
Mul. Hæc quidem audiſti de quo? quid uerò tertium?

Soc. Vaſculũ ꝑegrina mulier à me petijt, non enim erat matella.
Mul. Nihil dicis? huc ueni huc ô Cliſthenes,
Hic eſt uir quem dicis. CLI. Quid igitur faciam?
Mul. Exue ipſum, ſanum enim & uerum nihil dicit.
Soc. Et deinde exuetis nouem filiorum matrem?
Mul. Relaxa cito ſtrophium ô impudens tu
Quam & robuſta quædam uidetur & fortis,
Et profecto mammas quidem ſicut nos non habet.
Soc. Sterilis enim ſum, & non uterum geſtaui unquam.
Mul. Nunc dicis te eſſe ſterilẽ, tũc uerò mater eras puerorũ nouẽ:
Surge erectus, quo membrũ uirile impellis deorſum?
Hoc iam ueretrum inclinauit & bene magnum, & coloratum eſt ô miſer.
Cli. Et ubinam eſt? MN. Rurſus in anteriorem partem abit.
Cli. Non'ne hic eſt? MN. Sed huc uenit rurſus.
Cli. Veretrum diſtrahis frequentius Corynthijs,
Sceleſtus hic propterea igitur pro Euripide
Nobis conuitia faciebat. MN. Miſer ego,
In quas meipſum rotaui & impuli moleſtias.
Mul. Age uerò quid faciamus? hunc cuſtodite
Bene, ut ne fugiens & elapſus abeat:
Ego uerò hæc conſulibus nunciabo.
Cho. Nos igitur poſt hoc iam faces accenſas habentes oportet.
Succinctas bene & uiriliter, indumentisq; exutas,
Quærere ſicubi nũ alius aliquis uir ingreſſus eſt, & circũ-
Curiam totam, & ſcenas & tranſitus (currere
Luſtrare.

SEMICHORVS MVLIERVM.

Eia uerò, primum quidem oportet leuem excitare pedem,
Et diſpicere ſilentio: ſolum autem oportet quocunq;

Non

Non tardare, quoniam occaſio eſt non morandi amplius:
Sed primo quoque tempore currere oportet quàm citiſsime iam circumcirca.
Eia nunc inueſtiga & inquire celeriter omnia,
Si quis in locis ſubſeſſor alius rurſus latet exiſtens.
Quocunq; diſijce oculum,
Et quæ hac parte ſunt, & illa omnia explora bene.
Si enim non latuerit nos agens iniqua & impia
Dabitq́; pœnas, & ad hoc
Alijs omnibus erit
Exemplum iniuriæ, iniuſtorumq́; operum
Impiorumq́; morum.
Dicet autem eſſeq́; Deos manifeſto,
Oſtendetq́; iam
Omnibus hominibus colere Deos,
Iuſteq́; adminiſtrantes
Sancta, & legitima conſulentes,
Facere quòd bene ſe habet:
Et ſi non fecerint hæc, talia ſupplicia erunt.
Ipſorum cum deprehenſus fuerit aliquis impia faciens
Furoribus ardens
Rabie inſanus & furioſus.
Si quid faceret omnibus manifeſtus uiſu,
Erit mulieribus & mortalibus,
Quòd iniqua & impia Deus
Vlciſcitur,
Statimq́; fit ultio.

Cho. *Sed uidẽtur nobis omnia quodãmodo explorata fuiſſe bene,*
Non uideo quidem igitur alium nullum ſedentem.

Mul. *Ah ah*

Quo

Quo tu fugis heus tu heus tu non manebis?
Miſera ego miſera,& infantem
Cum eripuerit mihi à papilla euanidus eſt & fugit.
Mn. Clama,hunc uerò nunquam tu manſis nutries,
Niſi me dimiſeritis.ſed hic in cruribus
Vulneratus gladio hoc,rubras & cruentas uenas
Cruentabit aram. MVL. O` miſeram me,
Mulieres non'ne auxiliabimini, non'ne per multū clamorē
Erigetis trophæum?ſed unico
Filio me negligetis priuatam?
Cho. Sine ſine,
O` uenerandæ parcæ.quid autem uideo
Nouum rurſus prodigium?
Quàm totum enim eſt audaciæ opera & impudentiæ,
Qualem rurſus fecit rem,qualem rurſus amicæ hanc?
Mn. Qualiter ueſtrum initiabo nimia inſolentia?
Cho. Hæ uerò non'ne indignæ res ſunt & ulterius.
Mul. Indigna quidem quod habet mei cum eripuerit infantem.
Cho. Quid igitur diceret ad hæc aliquis,cum
Talia faciens hic non erubeſcit?
Mn. Et nondum quidem ceſſaui.
Mul. Sed certe ueniſti,unde non dices quòd abis,
Facileq; aufugis non dices
Quale cum feceris ſubterfugiſti facinus?
Accipies autem pœnas.
Mn. Hoc tamen ne fiat nequaquam abominor.
Cho. Quis igitur tibi,quis adiutor ex Dijs
Immortalibus uenire cum iniuſtis factis?
Mn. Fruſtra loquimini,hanc autem puellam ego non dimittam.
Cho. Sed non per Cererem & proſerpinam,fortaſſe non
Gaudens,

Gaudens, fortaſſe inquam inſultabis,
Verbaq́; dices impia:
Impijs factis enim re-
Munerabimus te, quemadmodum par eſt pro his.
Fortaſſe autem te mutata
In malum diuerſum
Inhibebit aliqua fortuna.
Sed hæc quidem accipere oportet te, efferreq́; lignorum,
Et comburere maleficũ, igneq́; cõſumere quamcelerrime.
Eamus ad ſarmenta uitium ô Mania ancilla,
Et ego te reddam titionem hodie.

Mn. *Succende & combure. Tu ô puella hoc cretico indumento*
Exure citò, mortis autem ô infans
In ſolam mulierum culpam confer matrem.
Hoc quidnam eſt? uter facta eſt puella
Vini plenus, præſertim habens perſicas calceos.
O' calidiſſimæ mulieres, ô bibaciſſimæ,
Et omni arte machinantes bibere.
O' magnum cauponibus bonũ, uobis autem rurſus malum,
Malũ aũt et uaſculis et opibus noſtris, et ſubtegmini ueſtiũ.

Mul. *Admoue multa ſarmenta ô Mania,*
Admoue ac proijce profecto. MN. *Tu uerò reſpõde mihi hoc,*
Hanc puellulã peperiſſe dicis? MVL. *Decẽ mẽſes ipſam ego*
Geſtaui. MN. *Geſtaſti tu?* MVL. *Per Dianam.*

Mn. *Tres heminas capiẽtẽ an q? dic mihi.* MVL. *Quid mihi feciſti?*
Exuiſti impudens ô meam puellulam
Tantulam exiſtẽtem? MN. *Tantulã?* MVL. *Paruã profecto.*

Mn. *Quot annos uerò nata eſt? tres congios an quatuor?*

Mul. *Ferè tantũ, & quantũ ſpatium temporis, ex liberalibus eſt.*
Sed redde ipſam. MN. *Nõ per Apollinẽ hãc quidẽ puellam.*

Incendemus

Mul. Incendemus igitur te. MN. Valde quidem incendite,
Hæc autem iugulabitur ualde ſtatim.
Mul. Ne profectò precor te, ſed me quocunq; uis affice,
Pro hac quidem puellula mea. MN. Indulgens in liberos quædam es natura,
Sed nihilominus hæc iugulabitur.
Mul. Hei mihi ô filia, da mihi uas ad excipiendũ ſanguinem ô Mania,
Vt ſaltem quidem ſanguinem filiæ meæ excipiam.
Mn. Subijce ipſum uas, gratificabor enim unũ quidem hoc tibi.
Mul. Male pereas, quàm inuidus es & inimicus.
Mn. Hæc pellis ſacerdotis eſt
Mul. Quidnam ſacerdotis eſt? MVL. Hanc accipe.
Alia Miſerrima Mica quis puella priuauit te?
mul. Quis dilectam & unicam puellam tui abſtulit?
Mul. Sceleſtus iſte. ſed poſteaquam ades hic,
Cuſtodi ipſum ut aſſumens Cliſthenem,
Conſulibus quæ fecit iſte dicam.
Mn. Age uerò quis erit modus ſalutis?
Quæ experientia & conatus? quæ excogitatio? autor enim
Et qui me inuoluit in talia negotia
Non apparet nondum. age quemnam igitur nuncium
Mitterem ad ipſum, noui ego & iam uiam.
Ex palamede ad illum remos
Mittam ſcribens, ſed non adſunt remi.
Vnde igitur fierent mihi remi? unde.
Quid uerò ſi ſtatuas & ſimulacra pro remis
Scribens tranſmitterem? melius multo eſſet.
Lignum quidem & hæc, & illa erant lignum.
O manus meæ
Aggredi oportet re expedita.

Age

Age uerò tabellarum leuigatarum paginæ,
Accipite cultri ſutorij tractus & uerſus
Nuncios meorum laborum, hei mihi
Hæc Rho litera praua eſt.
Vade, uade, qualicunq; uia & ſulco
Ite, feſtinate per omnes exitus uiarum,
Et illa & hac cito oportet.

PARABASIS, VEL PROGRESSVS.

Cho. *Nos igitur nos ipſas commendabimus progreſſæ:*
Et ſi unuſquiſq; muliebri generi mala multa dicit,
Quòd omne ſumus malũ hominib. & ex nobis ſunt omnia,
Lites, contentiones, ſeditiones, difficilis moleſtia, bellum.
Age uerò nunc,
Si malum ſumus, quid ducitis uxores nos, ſi modo re uera malum ſumus?
Et prohibetis ac præcipitis neq; egredi, neq; proſpiciẽtem è feneſtra deprehendi.
Sed ita multo ſtudio malum uultis cuſtodire?
Et ſi egreſſa fuerit muliercula aliquo, & deinde inueneritis ipſam foris,
Inſanias inſanitis, quos oportet ſacrificare & lætari,
Si modo re uera:
Ab interiori parte inueniſtis euanidum malum, & non
Offenditis intus,
Et ſi dormierimus in alienarum mulierũ ædibus ludentes,
Et laborantes ac feſſæ,
Vnuſquiſq; malum hoc quærit circa lectos obambulans:
Et ſi ex feneſtra proſpexerimus, quærit malũ ſpectare
Et ſi erubeſcens receſſerit, multo magis unuſquiſq; cupit
Rurſus promouentem caput uidere malum, ita nos

Perſpicue

Perſpicue
Vobis ſumus multo meliores, experimentumq́; adeſt
Vt uideatur.
Quæſtionem ac periculum damus utri peiores. nos enim
Dicimus uos,
Vos uerò nos. cõſideremus uerò & cõtendamus ac cõpare
Vnamquamq; rem: (mus ad
Comparantes & mulieris ac uiri
Nomen unumquodq;.
Nauſimacha quidem inferior eſt Charminus, manifeſta quidem ſunt facta utriuſq;.
Et Cleophon quidem peior omnino uidelicet
Salabaccha meretrice.
Aduerſus Ariſtomachẽ tẽpore multo præterito aduerſus il-
Quæ pugnauit in Marathone, (lam,
Et aduerſus Stratonicem ueſtrum nemo audet bellare.
Sed Eubule ex ſenatoribus ſuperioris anni quis ſenator
Eſt melior,
Tradens alteri couſilium? ne ipſe hoc quidem
Dices.
Ita nos multò meliores uiris gloriamur eſſe.
Neq; ſi furata mulier accuſatur, ad quinquaginta talenta
In urbem ueniret ex publicis pecunijs: ſed ſi maxima
Surripuerit,
Sportulam triticorum uiri furata, eodem die
Ipſa ea quæ furata ſit reddidit.
Sed nos multos ex his
Oſtenderemus hæc facientes,
Et ad hæc helluones uobis
Exiſtentes magis, & fures,

Et

Et ſcurras,& prædones.
Et quidem profectò etiam paterna quidem bona
Peiores nobis ſunt ſeruare.
Nobis enim ſalua adhuc etiam nunc eſt
Phiala,regula uel calamiſtrus,quaſilli,
Vmbella.
Noſtris autem uiris his,
Perijt quidem multis lorum & retinaculum ſcuti
E` domibus cum ipſa lancea.
Multis uerò alijs ab humeris
In militijs
Proiectum eſt ſcutum.

REPREHENSIO VEL INVECTIVVS SERMO.

Multa mulieres nos iure accuſare poſſemus
In uiris iuſte,unum uerò ſupra modum maximum.
Oportet enim noſtrum ſi pepererit aliqua uirum bonum & frugi ciuitati,
Cẽturionẽ uel imp̃atorẽ exercitus, accipere honorẽ aliquẽ,
Primãq; ſellã et honoratiorẽ locũ ipſi dari in tenijs et ſciris
Et in alijs feſtis,quæ nos agere et celebrare ſolemus.(feſtis,
Si uerò timidum & malum uirum aliqua pepererit mulier,
Vel trierarchum prauum,uel gubernatorem improbum,
Poſteriorem ipſam ſedere ſcaphio detonſam,
Ea,quæ fortẽ pepererit: qua enim ratione par eſt,ô ciuitas,
Hyperboli ſedere matrem indutam
Albis indumentis, & capillos demiſſos habentẽ prope matrem Lamachi,
Et fœnori dare pecunias, cui oportebat ſi fœnori daret ali-
Et fœnus exigeret,dare nullũ hominum fœnus: (cui,

Sed auferre ui pecunias dicentes hoc,
Digna ſcilicet es fœnore, cum pepereris talem fœtum.

Mn. Strabo factus ſum expectãs Euripidẽ, hic uerò nõdũ uenit.
Quid uerò eſſe poſſet impedimento, non eſt quomodo
Non Palamedem frigidum exiſtentem non erubeſcat.
Qua uerò ipſum adducerem fabula?
Ego ſcio, nouam fabulam Helenam imitabor,
Prorſus adeſt mihi muliebris amictus.

Mul. Quid rurſus tu moliris? uel quid machinaris?
Amaram Helenam uidebis cito, niſi modeſte
Te habebis, donec ſupremorũ magiſtratuũ aliquis apparue(rit.

Mn. Nili quidem hæc pulchra uirginea fluenta ſunt,
Qui pro cœleſti pluuia Aegypti ſolum
Candida humectat, & irrigat nigrum populum.

Mul. Sceleſtus es per Hecateũ luciferam.

Mn. Mihi uerò terra quidem patria non ignobilis
Sparta, pater uerò Tyndarus. MVL. Tibiq́; ô pernicies
Pater ille eſt, Phrynondas immo.

Mn. Helena uerò appellata ſum. MVL. Rurſus fis fœmina,
Priuſquam alterius des ſimulationis muliebris pœnas?

Mn. Animæ autem multæ propter me in ſcamandrijs
Fluentis perierunt. MVL. Vtinam uerò tu quoq;

Mn. Et ego quidem hic ſum, miſer uerò maritus
Meus Menelaus nondum accedit.
Quid igitur amplius uiuam coruorum improbitate?
Sed quaſi blanditur quædam res cordi meo,
Ne fruſtreris ô Iuppiter ſuperuentura ſpe.

EVRIPIDES TANQVAM MENELAVS.

Quis harum occluſarum ædium habet imperium,

Qui

Qui hoſpes exciperet hoſpitio marina agitatione fluctuũ,
Laborantes in procella & naufragijs?

Mn. Protei hæc ſunt palatia.

Eu. Cuiuſnam Protei?

Mul. O' infeliciſſimum, mentitur per Cererem & Proſerpinam,
Quoniam mortua eſt Proteas mulier annos iam decem.

Eu. In quam autem regionem appulimus nauigio?

Mn. In Aegyptum. EV. O' infelicem me quò nauigauimus!

Mul. Credis ne aliquid male perdito
Nuganti nugas? Delubrum Cereris hoc quidem eſt.

Eu. Ipſe uerò Proteus intus eſt, an externus & abſens?

Mul. Non eſt quomodo non nauſeam patiaris adhuc ô hoſpes:
Quippe qui cum audieris quòd mortua eſt Proteas,
Deinde rogas intus eſt an abſens.

Eu. Heu heu mortua eſt. ubi uerò tumulata eſt tumulo?

Mn. Hoc eſt ipſius ſepulchrum in quo ſedemus.

Mul. Male quidem perdaris, & perderis quidem
Quippe, qui audes ſepulchrum aram appellare.

Eu. Quid uerò tu ſedes haſce ſepulchrales ſedes
Pallio tecta, ô hoſpita? MN. Cogor
Nuptijs Protei filio commiſcere lectum.

Mul. Quid ô miſer decipis ipſum hoſpitem?
Iſte uerſute ſe gerens huc aſcendit ô hoſpes
Ad mulieres ob furtum pecuniæ.

Mn. Bauba meum corpus feriens uituperio.

Eu. Hoſpita, quænam eſt hæc anus uituperans te?

Mn. Hæc Theonoë Protei filia. MVL. Non per Deas:
Sum Critylla quidem loco Deæ Theonoës è gargete uico:
Tu uerò es ſceleſtus. MN. Quæcunq; quidem uis dic.
Non enim nubam tuo fratri unquam,

Prodens ac deſtituens Menelaum meum in Troia maritum.

Eu. Mulier quid dixiſti? cõuerte aduerſa acie oculorũ pupillas.

Mn. Erubeſco te maxillas iniurijs affecta.

Eu. Hoc quid eſt? Silentium quoddam ac ſtupor me habet.
O' Dij quamnam faciem uideo, quænam es mulier?

Mn. Tu uerò quiſnam es? eadem enim te & me habet oratio.

Eu. Græcanica es aliqua, an indigena mulier?

Mn. Græcanica: ſed & tuum genus uolo diſcere.

Eu. Helenæ te ſimilem quidem maximè uidi mulier.

Mn. Ego uerò Menelaũ quãtũ qdẽ colligere poſſum ex ſupcilijs.

Eu. Cognouiſti igitur recte uirum infortunatiſsimum.

Mn. O' tardus qui ueniſti tuæ uxoris in manus,
Apprehende apprehende me ô marite,
Circumijceq; manus.
Age te oſculabor, abduc me abduc abduc me
Apprehendens cito ualde. MVL. Plorabit profectò
Quicunq; te abducet uerberatus face.

Eu. Tu meam uxorem prohibes me
Tindaream filiam in Spartam ducere?

Mul. Hei mihi quàm uerſutus & tu eſſe mihi uideris:
Et huiuſce alquis ſocius conſiliorum, non temere dudum
De Aegypto multa dicebatis. ſed hic quidem dabit pœnas:
Accedit enim conſul & ſatelles.

Eu. Hoc malum eſt, ſed latenter diſcedendum.

Mn. Ego uerò infelix quid faciam? EV. Mane quietus:
Non enim prodam te unquam ſi modò ſpirauero et uixero:
Niſi deſtituerint infinitæ me machinationes.

Mul. Hic quidem funis piſcatorius nihil traxit.

PRYTANIS.

Hic eſt maleficus, quem dicebat nobis Cliſtenes.

Heus

Heus tu quid fugitas? liga ipſum introducens
O lictor in aſſere, & deinde hic
Conſtituens cuſtodi, & accedere neminem
Sine ad ipſum, ſed flagellum habens
Feri ſi acceſſerit aliquis. MVL. Per Ioue͂ recte facis, quonia͂
Ferè mihi abſtulit ipſum, (nunc certe uir
Vela & fraudes ſuens.

Mn. O Prytani per dexteram, quam quidem ſoles
Concauam porrigere, pecuniam ſi quis dederit,
Gratificare, et co͂cede parua͂ qua͂da͂ re͂ mihi qua͂q; morituro.

Pry. Quid tibi gratificabor? MN. Nudum exuentem me
Iube ad tabulam uincire ſatellitem,
Vt ne crocotulis & mitris ſenex uir
Riſum præbeam, coruis conuiuium exhibens.

Pry. Habentem hæc uiſum eſt ſenatui te ligare,
Vt præſentibus maniſtus ſis maleficus exiſtens.

Mn. Papæ ô Crocotula qualia feciſti,
Et non eſt amplius ſpes ulla ſalutis.

CONVERSIO.

Cho. Age nu͂c nos feriamus terra͂ & tripudiemus, quæ quide͂ lex
Mulieribus. (hic eſt
Cum Orgia ueneranda dearum Cereris & Proſerpinæ ſacris temporibus celebrauerimus,
Quas quidem ſacras ſaltationes etiam
Pauſon colit, & ieiunat
Sæpenumero unà cum ipſis ex temporibus
In tempora ſimul precans,
Talia tripudia curæ eſſe frequenter ſibiipſi.
Incita te, procede,
Leuiter pedibus duc te in orbem:

Manui coniunge manum: Rhythmum choreæ
Subduc unaquæq;, incede celeribus pedibus.
Explorare autem quamcunq; in partem
Voluentẽ oculũ oportet choreæ conſtitutionem et ordinem:
Simul autem &
Genus cœleſtium Deorum
Cane, & uenerare uoce unaquæq; tripudiatorio ſurentiq;
Si uerò aliquis (more.
Sperat maledicturam
In templo hoc mulierem me exiſtentem uiris,
Non recte ſentit.
Sed oportet
Quaſi rem rurſus quandam nouam,
Primum bene orbicularis, & rotundæ choreæ aptum, ac concinnum conſtituere greſſum,
Procede pedibus aurea lyra utentem Apollinem
Canens, & arciferam
Dianam reginam caſtam.
Salue ô longe feriens Apollo, præbe autem uictoriam.
Iunonemq; perfectam.
Canamus quemadmodum operæpretium eſt,
Quæ omnibus choris
Colluditq;, & claues nuptiarum ſeruat.
Mercuriumq; paſtoralem precor
Et Pana, & Nymphas caras
Arridere prompte
Noſtris letatas choreis.
Extolle autem prompte
Duplicibus manibus choream.
Feriamus terram ô mulieres,

Quale

Quale quidē eſt inſtitutū noſtrū, ieiunemus autē prorſus.
Sed eia ad alia genera ſaltationis cōuerte te concinno pede.
Torna, & concinna totam cantilenam.
Dux ſis autem ita ipſe
Tu hederifer Bacche domine, ego uerò comeſſationibus
Te chorealibus celebrabo,
Euion ô Bacche,
Bromie, & Semeles fili,
Choris qui oblectaris per montes Nympharum
Amabilibus in hymnis.
Euion Euion, Euœ tripudians.
Circa te uerò crepitat
Citheronia reſponſatio,
Nemoroſiq; montes, denſi atq; umbroſi, & colles
Saxoſi ſtrepunt.
Tu orbe autem circum te hedera
Frondoſa capreolo floret.

SATELLES, QVI LOQVITVR SCYTHICE.

Hic nunc plorabis ſub dio.
Mn. *O Satelles rogo te.* SAT. *Ne me roges tu.*
Mn. *Relaxa clauum.* SAT. *Sed hæc faciam ego?*
Mn. *Hei mihi miſero, magis infiges tu quidem.*
Sat. *Adhuc magis uis.* MN. *At at papæ papæ*
Male pereas. SAT. *Tace infelix ſenex,*
Age ego feram ſtoream ut cuſtodiam te.
Mn. *Hæc optima conſequutus ſum ab Euripide.*
Sine ô Dij, Iuppiter ſeruator ſunt ſpes:
Vir uidetur non proditurus, ſed mihi
Signum latenter oſtendit Perſeus prætercurrens,

Quòd oportet me fieri Andromedam, prorſus autem mihi
Vincula adſunt. perſpicuum igitur eſt quòd
Veniet me ſeruaturus, non enim præteruolaſſet.

EVRIPIDES TANQVAM PERSEVS.

Charæ uirgines charæ
Quomodo abirem, &
Scytham comprehenderem?
Audias utinā Diana, quæ inſpicis Nymphas tuas in antris.
Annue ſine ad
Vxorem me ire.

Mn. *Inclemens, qui me uinxit*
Multo laborioſiſsimam mortalium.
Vix autem anum cum effugerim
Putidam, perij tamen.
Hic enim Scytha cuſtos
Iamdiu aſsiſtit: perditum,
Ab amicis deſtitutam ſuſpendit coruis
Cœnam, uides? non choreis,
Neq; cum æqualibus adoleſcentulis
Suffragiorum ciſtam ſto habens:
Sed in denſis uinculis implicata,
Ceto cibus cæruleo expoſita ſum.
Nuptiali quidem non cum
Carmine, ſed uinculari, & nexili uerſu.
Deplorate me ô mulieres, quoniam
Miſera quidem paſſa ſum, miſera,
O` miſera ego miſera.
Ab autem cognatis, ſed
Impias calamitates: uirum precantem

Lachrymoſum

Lachrymoſum Plutonis gemitum fugientem.
Heu heu heu heu
Qui me totondit primum,
Qui me croceis ueſtimentis induit,
Ad hæc uerò hoc emiſit
Ad templum, ubi mulieres.
Hei mihi fati mei dura & aſpera fortuna.
O' ſceleſtam me: quis meam non intuebitur
Calamitatem ingentem ob malorum præſentiam?
Vtinam me ignita ætheris ſtella
Barbarum perdat,
Non enim amplius immortalem flammam uidere
Eſt mihi gratum: quoniam ſuſpenſus ſum
Guttur abſcindentes dolores, dæmonum nigrum
Inter mortuos ad iter.

EVRIPIDES TANQVAM ECHO.

Salue ô chara filia, patrem autem Cepheum
Qui te expoſuit, perdant Dij.

Mn. Tu uerò quænam es, quæ meam miſerata es calamitatem?

Echo. Echo uerborum reſonans aſsibilatrix,
Quæ quidem ſuperiori anno in hoc eodem loco
Euripidem & ipſa defendi.
Sed ô filia, te quidem tot oportet facere,
Flere miſerabiliter. MN. Te uerò in
Fletu reſpondere poſtea.

Echo. Mihi erũt curæ quidem hæc, ſed incipe & auſpicare uerba.

Mn. O' nox ſacra,
Quàm longam equitationem impellis:
Stellata dorſa curru
Pertranſiens ætheris ſacri

Venerabiliſſimũ per Olympũ. ECH. Per Olympum.

Mn. Quid nam ego Andromeda de alijs malis,
Partem ſortita ſum?

Ech. Partem ſortita ſum.

Mn. Mortis miſera.

Ech. Mortis miſera.

Mn. Perdis me ô anus blatterans.

Ech. Blatterans.

Mn. Profecto moleſta quidem in malam crucem ingreſſa es
Valde.

Ech. Valde.

Mn. O bone ſine me næniam canere,
Et gratificaberis mihi:
Deſine.

Ech. Deſine.

Mn. Abi in malam rem.

Ech. Abi in malam rem.

Mn. Quidnam eſt hoc malum?

Ech. Quidnam eſt hoc malum?

Mn. Nugaris.

Ech. Nugaris.

Mn. Plora.

Ech. Plora.

Mn. Geme.

Ech. Geme.

Sc. Heus tu quid nugaris?

Ech. Heus tu quid nugaris?

Sc. Principes ciuitatis uocabo.

Ech. Principes ciuitatis uocabo

Sc. Quidnam hoc malum eſt?

Quid-

Ad chorum,uirginem,
Inconiugatam puellam,
Quæ urbem noſtram habet,
Et imperium manifeſtum ſola,
Tutelarisq́; appellatur,
Appare ô tyrannos
Odio proſequens,quemadmodum conueniens eſt.
Populus quidem te inuocat
Mulierum:habens autem mihi uenias,
Pacem amicam feſtorum.
Venite lætæ,propitiæ,
Venerandæ lucum in ueſtrum,
Cuius quidem uiris non
Fas eſt intueri
Sacra ueneranda Dearum,
Vt facibus
Luceatis immortali aſpectu.
Venite accedite precamur
O Ceres & Proſerpina longe uenerandæ.
Si prius unquam propitiæ & exaudientes
Veniſtis,nunc uenite,
Oramus huc nobis.

Eu. Mulieres ſi uultis in reliquum tempus
Fœdera facere mecum,nunc licet
Hac conditione ut audiatis nullum à me unquam
Malum poſthac,hæc fœdera compono.

Cho. Qua uerò neceſſitate hanc affers nobis orationem?

Eu. Hic eſt quidem tabulæ alligatus ſocer meus,
Si igitur accepero hunc,nihil unquam
Male audietis:ſi uerò non parueritis mihi,

Quæ domi occulte agitis, maritis
Ab exercitu reuerſis & præſentibus ueſtrū calumniabor.
Cho. Quæ quidē à nobis deſideras, ſcias à te perſuaſa eſſe nobis:
Barbarum autem hunc ipſe perſuadendo moue tu.
Eu. Meum quidem officium eſt & tuum ô Elaphion, quæ tibi
In itinere dixi, hæc recordari facere.
Primum igitur procede ad ſaltandum, & ſuccinge ueſtem:
Tu uerò ô Teredon infla perſicum in morem.
Sc. Quiſnā bombus hic eſt? comeſſationē et ſaltationē quis ex-
Eu. Puella præluſura eſt ô Satelles: (citat mihi?
Saltatura enim uenit ad uiros quoſdam.
Sc. Saltet & præludat non prohibebo ego:
Quàm agilis tāquā pulex ſuper pellē et ſtragulū cū uillis.

EVRIPIDES TANQVAM ANVS.

Age pallium ſurſum ô filia hoc,
Sedensq́; in genibus Scythæ,
Pedes protende, ut detraham tibi calceos. SC. Certe certe
Sede, ſede næ næ filiola:
Hei mihi quàm duræ & ſolidæ papillæ tanquam rapum.
Eu. Infla tibiam tu cito: adhuc times Scytham.
Sc. Pulchræ quidē ſunt nates. MVL. Plorabis quidē niſi intus
Extrahit & attrahit pe[illegible] nudatus & erectus. (manſeris:
Sc. Eſto: pulchra eſt forma circa præputium.
Mul. Recte ſe habet res, ſume pallium, hora eſt nobis
Iam abeundi. SC. Quid non oſculaberis primum me?
Eu. Valde quidem oſculare ipſum. SC. Papa papæ
Quàm dulcis lingua tanquam Atticum mel,
Quid non dormis apud me? MVL. Vade Satelles.
Non enim fieri poſſet hoc. SC. Næ anicula
Mihi gratificare hoc. MVL. Dabis igitur drachmam?

Ech. Quidnam hoc malum eſt?
Sc. Quænam eſt hæc uox?
Ech. Quænam eſt hæc uox?
Sc. Quid nugaris?
Ech. Quid nugaris?
Sc. Plorabis.
Ech. Plorabis.
Sc. Lamentaberis.
Ech. Lamentaberis.
Sc. Non per Iouem, ſed mulier prope hæc.
Ech. Prope hæc.
Sc. Vbi eſt ſceleſta? & quidem fugit
Quò quò fugis? non ne capies.
Adhuc enim muſſas?
Ech. Adhuc enim muſſas?
Sc. Comprehende ſceleſtam.
Ech. Comprehende ſceleſtam.
Sc. Loquacem & ſceleſtam mulierem.

EVRIPIDES TANQVAM PERSEVS.

O Dij quamnam in terram Barbarorum peruenimus
Celeri talari? per medium enim ætherem
Secans uiam, pedem pono alatum
Perſeus ad Argos nauigans. Gorgonis
Caput ferens. SC. Quid dicis tu Gorgone de?
Horribile tu caput Gorgonis?
Eu. Equidem dico. SC. Gorgonem quidem etiam ego dico.
Eu. Sine: quemnam aggerem hunc uideo & uirginem
Deabus ſimilē, nauim tanquā appulſam & littori alligatā?

SOCER TANQVAM ANDROMEDA.

O hoſpes miſerere mei miſerrime.

Solue

Solue me uinculis. SC. Ne nugeris tu:
Sceleſta audes? moritura nugaris.
Eu. O uirgo miſerior te ſuſpenſam uidens.
Sc. Non uirgo eſt, ſed ſceleſtus ſenex,
Et fur, & maleficus. EV. Nugaris ô Scytha,
Hæc enim eſt Andromeda filia Cephei.
Sc. Specta uirile membrum: nunquid paruum uidetur.
Eu. Age huc huc mihi manum, ut tangam puellam:
Age Scytha, hominibus enim morbi
Omnibus ſunt: me uerò etiam ipſum puellæ
Huius amor cepit. SC. Non æmulor quicquam te.
Sed ſi podicem huc conuerſum,
Non inuidiſſes, ipſum ſubagitares abducens.
Eu. Quid uerò non permittis ſoluentem me ipſam ô Scytha
Cadere & in lectum, & in nuptiale cubile?
Sc. Si ualde cupis, ſenem ſubagita:
Tabulam perforans à tergo ſubagita.
Eu. Non per Iouem, ſed ſoluã corpus. SC. Flagellabo te quidẽ.
Eu. Verum faciam hoc. SC. Caput igitur
Enſis abſcinderet hic.
Eu. Heu heu quid faciã? ad quaſnã cõuertar rationes et cõſilia?
Sed non admitteret barbara natura.
Imperitis enim & aſperis noua afferens conſilia:
Fruſtra tempus & laborem conſumeres, ſed aliud quoddã
Huic conueniens conſilium afferendum eſt.
Sc. Sceleſta uulpes ut ſimiam agit mihi.
Mn. Memento Perſeu me quòd deſeres miſeram.
Sc. Adhuc enim tu flagellum cupis accipere.
Cho. Palladem amicam chorearum mihi
Huc uocare lex eſt

Sc. Næ næ dabo tibi. MVL. Pecuniam igitur affer.
Sc. Sed non habeo quicquam, ſed concumbere accipe.
Mul. Deinde fers ipſis? SC. Sequere filia: hunc
Tu uerò hunc ſerua ſenem.
Nomen uerò tibi quodnam eſt? MVL. Artemiſia.
Sc. Memento igitur nomen Artomuxia.
Eu. Mercuri fraudum præſes, hæc quidem hactenus rectè facis.
Tu igitur celeriter aufuge puellam hanc accipiens:
Ego uerò ſoluam hunc. tu uerò da operam ut uiriliter
Cum ſolutus fueris, citiſsime aufugias, & tendas
Ad uxorem & liberos domum.
Soc. Mihi curæ erunt hæc, ſi ſemel ſolutus fuero.
Eu. Soluare, tuum eſt officium: fuge priuſquam Satelles
Veniens comprehendat. SOC. Ego quidem hoc facio.
Sc. O` anicula quàm uenuſta tibi filiola,
Et non moroſa, ſed mitis. ubinam eſt anicula?
Hei mihi quàm perij: ubi eſt ſenex hinc?
O` anicula ô anus, non laudo ô anicula Artamuxia.
Decepit me anus. curre quamcellerrime tu.
Recte autem tu concumbis. defraudaſti enim,
Hei mihi quidnam faciam? quo anicula
Artamuxia?
Cho. Anum rogas quæ attulit tibias & ſonos?
Sc. Næ næ, uidiſti ipſam? CHO. Hac quidem abit.
Sc. Ipſaq; illa. CHO. Et ſenex quidam ſequebatur.
Sc. Crocotulam habebat ne ſenex? CHO. Aſſero ego:
Adhuc ipſum comprehenderes, ſi inſequereris hac.
Sc. O` ſceleſta anus utrum cucurrit hac uia
Artamuxia?
Cho. Recta uia ſurſum inſequere: quo curris? non' ne rurſus

Hac inſequeris? contrario modo curris tu.

Sc. *Infelix ego alia aufugit Artamuxia.*

Cho. *Curre nunc in coruos ſecundo uento profectus.*

Sed auditũ eſt ſatis nobis, unde tempus quidem eſt abeundi
Domum unicuiq;.
Ceres autem & Proſerpina legiferæ nobis bonam
Horum gratiam retribuant.

CEREAL. CELEB. FINIS.

ARISTOPHANIS LYSISTRATAE FABVLAE ARGVMENTVM.

Lyſiſtrata tũ Athenienſiũ, tũ Thebanarũ mulierũ cõcionem cõuocat, deinde belli magnitudinẽ oſtẽdit, poſtremò rationẽ cõficiendæ pacis cõmemorat (nam ſub id tẽpus uniuerſa ferè Grçcia bellis periculoſiſſimis ardebat.) Cũ uerò hçc ipſa de pace deliberatio difficilis foret, ac multa ultro citroq; in hanc ſententiã mulieres dixiſſent, tandẽ aliquãdo de Lyſiſtratæ ſentẽtia ſtatuũt ac deliberãt, nũquam ſe cũ uiris concubituras, niſi prius pacẽ Athenienſes cũ Lacedæmonijs confeciſſent. Sed quoniã fieri non poterat, ut uiris concubitum denegarent, ſi domi cum uiris aſſiduç fuiſſent, arcem, in qua erat ærarium Athenienſium, primo quoq; tempore occupant. Hanc cum Athenienſes magnis uiribus oppugnare cœpiſſent, neq; tamen expugnare potuiſſent, tum quòd in ſummas rei pecuniariæ anguſtias adducti eſſent, tum etiam quòd uxorum incredibili quodam deſiderio flagrarent, pacem cum Lacedæmonijs conficiunt.

FABVLAE

FABVLAE PERSONAE.

Lyſiſtrata
Myrrhine
Chorus uirorum ſenum
Stymnodorus
Stratyllis
Nuncius ſenum
Alia quædam mulier
Athenienſis
Seruus.
Calonice
Lampito
Draces
Chorus mulierum
Præſes
Miniſter
Cineſias
Lacon
Chorus Lacædemoniorū.

ARISTOPHANIS
LYSISTRATE.

PROLOQVITVR LYSISTRATA,
ubi conuocaſſet mulieres ciues.

SED ſiquis ad feſtum Bacchi ipſas uocaſſet,
Vel Panis, uel ad Venerem, uel in genitabilis,
Ne tranſire quidem licuiſſet ob tympana:
Nunc uerò nulla adeſt hic mulier,
Niſi mea tribulis hæc egreditur.
Salue ô Calonice. CAL. Et tu etiam Lyſiſtrata.
Quid perturbata es? ne indignare ô filia,
Non enim conuenit tibi arcuare ſupercilia.
Ly. Sed ô Calonice uror corde,
Et multum pro nobis mulieribus doleo,

Prodens ac deſtituens Menelaum meum in Troia maritum.

Eu. Mulier quid dixiſti? cõuerte aduerſa acie oculorũ pupillas.

Mn. Erubeſco te maxillas iniurijs affecta.

Eu. Hoc quid eſt? Silentium quoddam ac ſtupor me habet.
O' Dij quamnam faciem uideo, quænam es mulier?

Mn. Tu uerò quiſnam es? eadem enim te & me habet oratio.

Eu. Græcanica es aliqua, an indigena mulier?

Mn. Græcanica: ſed & tuum genus uolo diſcere.

Eu. Helenæ te ſimilem quidem maximè uidi mulier.

Mn. Ego uerò Menelaũ quãtũ qdẽ colligere poſſum ex ſupcilijs.

Eu. Cognouiſti igitur recte uirum infortunatiſſimum.

Mn. O' tardus qui ueniſti tuæ uxoris in manus,
Apprehende apprehende me ô marite,
Circumijceq; manus.
Age te oſculabor, abduc me abduc abduc me
Apprehendens cito ualde. MVL. Plorabit profectò
Quicunq; te abducet uerberatus face.

Eu. Tu meam uxorem prohibes me
Tindaream filiam in Spartam ducere?

Mul. Hei mihi quàm uerſutus & tu eſſe mihi uideris:
Et huiuſce alquis ſocius conſiliorum, non temere dudum
De Aegypto multa dicebatis. ſed hic quidem dabit pœnas:
Accedit enim conſul & ſatelles.

Eu. Hoc malum eſt, ſed latenter diſcedendum.

Mn. Ego uerò infelix quid faciam? EV. Mane quietus:
Non enim prodam te unquam ſi modò ſpirauero et uixero:
Niſi deſtituerint infinitæ me machinationes.

Mul. Hic quidem funis piſcatorius nihil traxit.

PRYTANIS.

Hic eſt maleficus, quem dicebat nobis Cliſtenes.

Heus

Heus tu quid fugitas? liga ipſum introducens
O' lictor in aſſere, & deinde hic
Conſtituens cuſtodi, & accedere neminem
Sine ad ipſum, ſed flagellum habens
Feri ſi acceſſerit aliquis. MVL. Per Iouẽ recte facis, quoniã
Ferè mihi abſtulit ipſum, (nunc certe uir
Vela & fraudes ſuens.

Mn. O' Prytani per dexteram, quam quidem ſoles
Concauam porrigere, pecuniam ſi quis dederit,
Gratificare, et cõcede paruã quãdã rẽ mihi quãq̃ morituro.

Pry. Quid tibi gratificabor? MN. Nudum exuentem me
Iube ad tabulam uincire ſatellitem,
Vt ne crocotulis & mitris ſenex uir
Riſum præbeam, coruis conuiuium exhibens.

Pry. Habentem hæc uiſum eſt ſenatui te ligare,
Vt præſentibus maniſtus ſis maleficus exiſtens.

Mn. Papæ ô Crocotula qualia feciſti,
Et non eſt amplius ſpes ulla ſalutis.

CONVERSIO.

Cho. Age nũc nos feriamus terrã & tripudiemus, quæ quidẽ lex
Mulieribus. (hic eſt
Cum Orgia ueneranda dearum Cereris & Proſerpinæ ſacris temporibus celebrauerimus,
Quas quidem ſacras ſaltationes etiam
Pauſon colit, & ieiunat
Sæpenumero unà cum ipſis ex temporibus
In tempora ſimul precans,
Talia tripudia curæ eſſe frequenter ſibijpſi.
Incita te, procede,
Leuiter pedibus duc te in orbem:

Manui coniunge manum: Rhythmum choreæ
Subduc unaquæq;, incede celeribus pedibus.
Explorare autem quamcunq; in partem
Voluentē oculū oportet choreæ conſtitutionem et ordinem:
Simul autem &
Genus cœleſtium Deorum
Cane, & uenerare uoce unaquæq; tripudiatorio furentiq;
Si uerò aliquis (more.
Sperat maledicturam
In templo hoc mulierem me exiſtentem uiris,
Non recte ſentit.
Sed oportet
Quaſi rem rurſus quandam nouam,
Primum bene orbicularis, & rotundæ choreæ aptum, ac concinnum conſtituere greſſum,
Procede pedibus aurea lyra utentem Apollinem
Canens, & arciferam
Dianam reginam caſtam.
Salue ô longe feriens Apollo, præbe autem uictoriam.
Iunonemq; perfectam.
Canamus quemadmodum operæpretium eſt,
Quæ omnibus choris
Colluditq;, & claues nuptiarum ſeruat.
Mercuriumq; paſtoralem precor
Et Pana, & Nymphas caras
Arridere prompte
Noſtris letatas choreis.
Extolle autem prompte
Duplicibus manibus choream.
Feriamus terram ô mulieres,
Quale

Quale quidẽ eſt inſtitutũ noſtrũ, ieiunemus autẽ prorſus.
Sed eia ad alia genera ſaltationis cõuerte te concinno pede.
Torna, & concinna totam cantilenam.
Dux ſis autem ita ipſe
Tu hederifer Bacche domine, ego uerò comeſſationibus
Te chorealibus celebrabo,
Euion ô Bacche,
Bromie, & Semeles fili,
Choris qui oblectaris per montes Nympharum
Amabilibus in hymnis.
Euion Euion, Euoe tripudians.
Circa te uerò crepitat
Citheronia reſponſatio,
Nemoroſiq; montes, denſi atq; umbroſi, & colles
Saxoſi ſtrepunt.
Tu orbe autem circum te hedera
Frondoſa capreolo floret.

SATELLES, QVI LOQVITVR SCYTHICE.

Hic nunc plorabis ſub dio.
Mn. O Satelles rogo te. SAT. Ne me roges tu.
Mn. Relaxa clauum. SAT. Sed hæc faciam ego?
Mn. Hei mihi miſero, magis infiges tu quidem.
Sat. Adhuc magis uis. MN. At at papæ papæ
Male pereas. SAT. Tace infelix ſenex,
Age ego feram ſtoream ut cuſtodiam te.
Mn. Hæc optima conſequutus ſum ab Euripide.
Sine ô Dij, Iuppiter ſeruator ſunt ſpes:
Vir uidetur non proditurus, ſed mihi
Signum latenter oſtendit Perſeus prætercurrens,

Quòd oportet me fieri Andromedam, prorſus autem mihi
Vincula adſunt. perſpicuum igitur eſt quòd
Veniet me ſeruaturus, non enim præteruolaſſet.

EVRIPIDES TANQVAM PERSEVS.

Charæ uirgines charæ
Quomodo abirem, &
Scytham comprehenderem?
Audias utinã Diana, quæ inſpicis Nymphas tuas in antris.
Annue ſine ad
Vxorem me ire.

Mn. Inclemens, qui me uinxit
Multo laborioſiſsimam mortalium.
Vix autem anum cum effugerim
Putidam, perij tamen.
Hic enim Scytha cuſtos
Iamdiu aſsiſtit: perditum,
Ab amicis deſtitutam ſuſpendit coruis
Cœnam, uides? non choreis,
Neq; cum æqualibus adoleſcentulis
Suffragiorum ciſtam ſto habens:
Sed in denſis uinculis implicata,
Ceto cibus cæruleo expoſita ſum.
Nuptiali quidem non cum
Carmine, ſed uinculari, & nexili uerſu.
Deplorate me ô mulieres, quoniam
Miſera quidem paſſa ſum, miſera,
O miſera ego miſera.
Ab autem cognatis, ſed
Impias calamitates: uirum precantem

Lachrymoſum

Lachrymoſum Plutonis gemitum ſugientem.
Heu heu heu heu
Qui me totondit primum,
Qui me croceis ueſtimentis induit,
Ad hæc uerò hoc emiſit
Ad templum, ubi mulieres.
Hei mihi fati mei dura & aſpera fortuna.
O' ſceleſtam me: quis meam non intuebitur
Calamitatem ingentem ob malorum præſentiain?
Vtinam me ignita ætheris ſtella
Barbarum perdat,
Non enim amplius immortalem flammam uidere
Eſt mihi gratum: quoniam ſuſpenſus ſum
Guttur abſcindentes dolores, dæmonum nigrum
Inter mortuos ad iter.

EVRIPIDES TANQVAM ECHO.

Salue ô chara filia, patrem autem Cepheum
Qui te expoſuit, perdant Dij.

Mn. *Tu uerò quænam es, quæ meam miſerata es calamitatem?*

Echo. *Echo uerborum reſonans aßibilatrix,*
Quæ quidem ſuperiori anno in hoc eodem loco
Euripidem & ipſa defendi.
Sed ô filia, te quidem tot oportet facere,
Flere miſerabiliter. MN. *Te uerò in*
Fletu reſpondere poſtea.

Echo. *Mihi erũt curæ quidem hæc, ſed incipe & auſpicare uerba.*

Mn. *O' nox ſacra,*
Quàm longam equitationem impellis:
Stellata dorſa curru
Pertranſiens ætheris ſacri

Ad chorum, uirginem,
Inconiugatam puellam,
Quæ urbem noſtram habet,
Et imperium manifeſtum ſola,
Tutelarisq́; appellatur,
Appare ô tyrannos
Odio proſequens, quemadmodum conueniens eſt.
Populus quidem te inuocat
Mulierum: habens autem mihi uenias.
Pacem amicam feſtorum.
Venite lætæ, propitiæ,
Venerandæ lucum in ueſtrum;
Cuius quidem uiris non
Fas eſt intueri
Sacra ueneranda Dearum,
Vt facibus
Luceatis immortali aſpectu.
Venite accedite precamur
O' Ceres & Proſerpina longe uenerandæ.
Si prius unquam propitiæ & exaudientes
Veniſtis, nunc uenite,
Oramus huc nobis.

Eu. Mulieres ſi uultis in reliquum tempus
Fœdera facere mecum, nunc licet
Hac conditione ut audiatis nullum à me unquam
Malum poſthac, hæc fœdera compono.

Cho. Qua uerò neceſſitate hanc affers nobis orationem?

Eu. Hic eſt quidem tabulæ alligatus ſocer meus,
Si igitur accepero hunc, nihil unquam
Male audietis: ſi uerò non parueritis mihi,

Quæ domi occulte agitis, maritis
Ab exercitu reuerſis & præſentibus ueſtrū calumniabor.

Cho. *Quæ quidē à nobis deſideras, ſcias à te perſuaſa eſſe nobis:*
Barbarum autem hunc ipſe perſuadendo moue tu.

Eu. *Meum quidem officium eſt & tuum ô Elaphion, quæ tibi*
In itinere dixi, hæc recordari facere.
Primum igitur procede ad ſaltandum, & ſuccinge ueſtem:
Tu uerò ô Teredon infla perſicum in morem.

Sc. *Quiſnā bombus hic eſt? comeſſationē et ſaltationē quis ex-*

Eu. *Puella præluſura eſt ô Satelles:* *(citat mihi?*
Saltatura enim uenit ad uiros quoſdam.

Sc. *Saltet & præludat non prohibebo ego:*
Quàm agilis tāquā pulex ſuper pellē et ſtragulū cū uillis.

EVRIPIDES TANQVAM ANVS.

Age pallium ſurſum ô filia hoc,
Sedensq; in genibus Scythæ,
Pedes protende, ut detraham tibi calceos. SC. *Certe certe*
Sede, ſede næ næ filiola:
Hei mihi quàm duræ & ſolidæ papillæ tanquam rapum.

Eu. *Infla tibiam tu cito: adhuc times Scytham.*

Sc. *Pulchræ quidē ſunt nates.* MVL. *Plorabis quidē niſi intus*
Extrahit & attrahit penē nudatus & erectus. *(manſeris:*

Sc. *Eſto: pulchra eſt forma circa præputium.*

Mul. *Recte ſe habet res, ſume pallium, hora eſt nobis*
Iam abeundi. SC. *Quid non oſculaberis primum me?*

Eu. *Valde quidem oſculare ipſum.* SC. *Papa papæ*
Quàm dulcis lingua tanquam Atticum mel,
Quid non dormis apud me? MVL. *Vade Satelles.*
Non enim fieri poſſet hoc. SC. *Næ anicula*
Mihi gratificare hoc. MVL. *Dabis igitur drachmam?*

Næ

Ech. Quidnam hoc malum eſt?
Sc. Quænam eſt hæc uox?
Ech. Quænam eſt hæc uox?
Sc. Quid nugaris?
Ech. Quid nugaris?
Sc. Plorabis.
Ech. Plorabis.
Sc. Lamentaberis.
Ech. Lamentaberis.
Sc. Non per Iouem, ſed mulier prope hæc.
Ech. Prope hæc.
Sc. Vbi eſt ſceleſta? & quidem fugit
Quò quò fugis? non ne capies.
Adhuc enim muſſas?
Ech. Adhuc enim muſſas?
Sc. Comprehende ſceleſtam.
Ech. Comprehende ſceleſtam.
Sc. Loquacem & ſceleſtam mulierem.

EVRIPIDES TANQVAM PERSEVS.

Ò Dij quamnam in terram Barbarorum peruenimus
Celeri talari? per medium enim ætherem
Secans uiam, pedem pono alatum
Perſeus ad Argos nauigans. Gorgonis
Caput ferens. SC. Quid dicis tu Gorgone de?
Horribile tu caput Gorgonis?
Eu. Equidem dico. SC. Gorgonem quidem etiam ego dico.
Eu. Sine: quemnam aggerem hunc uideo & uirginem
Deabus ſimilẽ, nauim tanquã appulſam & littori alligatã?

SOCER TANQVAM ANDROMEDA.

Ò hoſpes miſerere mei miſerrime.

Solue

Sc. Næ næ dabo tibi. MVL. Pecuniam igitur affer.
Sc. Sed non habeo quicquam, ſed concumbere accipe.
Mul. Deinde fers ipſis? SC. Sequere filia: hunc
Tu uerò hunc ſerua ſenem.
Nomen uerò tibi quodnam eſt? MVL. Artemiſia.
Sc. Memento igitur nomen Artomuxia.
Eu. Mercuri fraudum præſes, hæc quidem hactenus recte facis.
Tu igitur celeriter aufuge puellam hanc accipiens:
Ego uerò ſoluam hunc. tu uerò da operam ut uiriliter
Cum ſolutus fueris, citiſsime aufugias, & tendas
Ad uxorem & liberos domum.
Soc. Mihi curæ erunt hæc, ſi ſemel ſolutus fuero.
Eu. Soluare, tuum eſt officium: fuge priuſquam Satelles
Veniens comprehendat. SOC. Ego quidem hoc facio.
Sc. O' anicula quàm uenuſta tibi filiola,
Et non moroſa, ſed mitis. ubinam eſt anicula?
Hei mihi quàm perij: ubi eſt ſenex hinc?
O' anicula ô anus, non laudo ô anicula Artamuxia.
Decepit me anus. curre quamcellerrime tu.
Recte autem tu concumbis. defraudaſti enim,
Hei mihi quidnam faciam? quo anicula
Artamuxia?
Cho. Anum rogas quæ attulit tibias & ſonos?
Sc. Næ næ, uidiſti ipſam? CHO. Hac quidem abit.
Sc. Ipſaq; illa. CHO. Et ſenex quidam ſequebatur.
Sc. Crocotulam habebat ne ſenex? CHO. Aſſero ego:
Adhuc ipſum comprehenderes, ſi inſequereris hac.
Sc. O' ſceleſta anus utrum cucurrit hac uia
Artamuxia?
Cho. Recta uia ſurſum inſequere: quo curris? non'ne rurſus

Hac

Hac inſequeris? contrario modo curris tu.

Sc. *Infelix ego alia aufugit Artamuxia.*

Cho. *Curre nunc in coruos ſecundo uento profectus.*

Sed auditũ eſt ſatis nobis, unde tempus quidem eſt abeundi

Domum unicuiq;.

Ceres autem & Proſerpina legiferæ nobis bonam

Horum gratiam retribuant.

CEREAL. CELEB. FINIS.

ARISTOPHANIS LYSISTRATAE FABVLAE ARGVMENTVM.

LYſiſtrata tũ Athenienſiũ, tũ Thebanarũ mulierũ cõcionem cõuocat, deinde belli magnitudinẽ oſtẽdit, poſtremò rationẽ cõficiendæ pacis cõmemorat (nam ſub id tẽpus uniuerſa ferè Græcia bellis periculoſiſſimis ardebat.) Cũ uerò hęc ipſa de pace deliberatio difficilis foret, ac multa ultro citroq́; in hanc ſententiã mulieres dixiſſent, tandẽ aliquãdo de Lyſiſtratæ ſentẽtia ſtatuũt ac deliberãt, nũquam ſe cũ uiris concubituras, niſi prius pacẽ Athenienſes cũ Lacedæmonijs confeciſſent. Sed quoniã fieri non poterat, ut uiris concubitum denegarent, ſi domi cum uiris aſſiduę fuiſſent, arcem, in qua erat ærarium Athenienſium, primo quoq; tempore occupant. Hanc cum Athenienſes magnis uiribus oppugnare cœpiſſent, neq; tamen expugnare potuiſſent, tum quòd in ſummas rei pecuniariæ anguſtias adducti eſſent, tum etiam quòd uxorum incredibili quodam deſiderio flagrarent, pacem cum Lacedæmonijs conficiunt.

FABVLAE PERSONAE.

Lyſiſtrata
Myrrhine
Chorus uirorum ſenum
Stymnodorus
Stratyllis
Nuncius ſenum
Alia quædam mulier
Athenienſis
Seruus.
Calonice
Lampito
Draces
Chorus mulierum
Præſes
Miniſter
Cineſias
Lacon
Chorus Lacædemoniorũ.

ARISTOPHANIS LYSISTRATE.

PROLOQVITVR LYSISTRATA, ubi conuocaſſet mulieres ciues.

SED ſiquis ad feſtum Bacchi ipſas uocaſſet,
Vel Panis, uel ad Venerem, uel in genitabilis,
Ne tranſire quidem licuiſſet ob tympana:
Nunc uerò nulla adeſt hic mulier,
Niſi mea tribulis hæc egreditur.
Salue ô Calonice. CAL. Et tu etiam Lyſiſtrata.
Quid perturbata es? ne indignare ô filia,
Non enim conuenit tibi arcuare ſupercilia.
Ly. Sed ô Calonice uror corde,
Et multum pro nobis mulieribus doleo,

Quòd apud quidem uiros exiſtimatæ ſumus
Eſſe uerſutæ. CAL. Etenim ſumus per Iouem.
Ly. Cum dictum autem ſit ipſis conuenire huc,
Conſultaturis non de uili re,
Dormiunt & non ueniunt. CAL. Sed ô chariſsima
Venient, difficilis & mulierum exitus eſt.
Alia enim noſtrum circa uirum morata eſt,
Alia autem famulum excitauit, alia uerò infantem
Reclinauit, alia uerò lauit, alia uerò cibauit.
Ly. Veruntamen alia erant his precioſiora
Ipſis. CAL. Quid uerò eſt ô chara Lyſiſtrata,
Ad quod nam nos mulieres conuocas.
Quid, negotium quantum nam eſt? LY. Magnum. CAL.
Nunquid etiam craſſum?
Ly. Et per Iouē craſſum. CAL. Et deinde quomodo nō uenimus?
Non'ne hic eſt mos: citò enim conueniſſemus.
Sed eſt à me negotium quæſitum,
Multisq; uigilijs eiectum.
Ca. Profectò quoddam tenue eſt hoc proiectum.
Ly. Ita quidem tenue, ut totius Græciæ
In mulieribus ſit ſalus.
Ca. In mulieribus? ferè enim perijt.
Ly. Certo ſcias quòd in nobis ciuitatis res ſunt,
Vel non amplius eſſe, neq; Peloponneſijs.
Ca. Optime igitur non amplius eſſe per Iouem.
Ly. Bœotiosq; omnes perijſſe.
Ca. Ne profectò omnes, ſed excipe anguillas.
Ly. De Athenis autem non blatterabo
Tale nihil, ſed ſubintellige tu mihi.
Si uerò conuenerint mulieres huc,

Quæq;

Quæq; ex Bœotijs, quæq; ex Peloponneſijs ſunt,
Nosq; communiter ſeruabimus Græciam.

Ca. Quid uerô mulieres prudens efficerent
Vel præclarum? quæ ſedemus coloratæ
Croceas ueſtes geſtantes, & ornatæ luxurioſe,
Et cimbcrin geſtamen capitis, & tuniculas, & calceolos,
Et fucos, & pellucentes tuniculas.

Ly. Hæc ipſa etenim ſunt, quæ ſeruatura Græciam ſpero,
Croceæ tuniculæ, & unguenta, & calceoli.

Ca. Quonam uerò modo? LY. Vt eorum qui nunc ſunt, nemo
Virorum contra ſe mutuò tollat haſtam.

Ca. Croceam igitur tunicam per Deas ego tingam.

Ly. Neq; ſcutū accipiat. CA. Cimbericū ornamentū induemus.

Ly. Neq; gladiolum. CA. Comparabo circumgrauamina.

Ly. Ergo non'ne adeſſe mulieres profectò oportebat?

Ca. Non profectò per Iouem, ſed uolantes ueniſſe iamdiu.

Ly. Sed ô miſera, uidebis quidem ualde ipſas Atticas
Omnia facientes quàm conueniat poſterius.
Sed neq; ex Paralis nulla mulier adeſt,
Neq; ex Salamine. CA. Sed illæ quidem noui quæ
In celocibus traiecerunt matutinæ.

Ly. Neq; quas ſperabam & putabam ego
Primas affore huc Acharnenſium
Mulieres, non ueniunt. CA. Vxor quidem igitur Theagenis
Tanquam huc uentura, paruum nauigiolum requirebat.
Sed hæ etiam iam tibi accedunt quædam,
Hæ uerò rurſus aliæ ueniunt quædam, hem hem
Vnde nam ſunt? LY. Ex Anagyrunte uico. CA. Per Iouem.
Illa igitur Anagyrus arbos q̃ male olet, mihi mota eſſe uide-

Myr. Nunquid poſteriores adſumus ô Lyſiſtrate (tur.

Quid dicis? quid taces? LY. Non laudo Myrrhine
Venientem modo de tali re.
Myr. Vix enim inueni in tenebris zonulam.
Sed ſiquid ualde opus eſt præſentibus dic.
Ly. Non per Iouē, ſed expectemus parui quidē tēporis cauſa,
Vt & illæ ex Bœotijs, & illæ ex Peloponneſijs
Mulieres ueniant. MYR. Multo tu melius dicis:
Hæc uerò & iam Lampito accedit.
Ly. O charißima lacæna ſalue Lampito,
Qualis pulchritudo ô dulcißima tui apparet,
Quàm uerò pulchro colore prædita es, quamq; luxuriat corpus tui,
Vel taurum ſuffocares. LAM. Valde quidē puto per Deos.
Exerceor quidem, & in nates ſalio.
Ly. Quàm uerò pulchram rem mammarum habes.
Lam. Tanquam uictimam quid me contrectatis?
Ly. Hæc uerò cuias eſt puella altera?
Lam. Nobilis quidē & antiqua per Caſtorem & Pollucē Bœotia
Venit ad uos. LY. Profecto ô Bœotia
Pulchrum quidem habens agrum. LA. Et certe
Elegantißime pulegium quidem conuulſa.
Ly. Quæ uerò altera puella? LAM. Generoſa quidem ædepol,
Corinthia uerò rurſus. LY. Nobilis per Iouem,
Manifeſta eſt exiſtens circa hæc quæ inde.
La. Quis uerò rurſus ſimul in unum coēgit hunc conuentum
Mulierum? LY. Hæc ego. LA. Loquere
Quodcunq; uis ad nos. LY. Per Iouem ô chara mulier.
Myr. Dic uerò ſtudioſum quodnam hoc eſt tibi?
Ly. Dicerem utiq; iam. priuſquam dicam uos hoc,
Interrogabo quoddā paruū. MYR. Quodcūq; uis quidē tu.

Patres

Ly. Patres non'ne deſideratis filiorum
In exercitu abſentes? MYR. Bene enim ſcio quòd
Omnibus nobis eſt abſens uir.
Ly. Meus quidem uir quinq; menſes, ô miſer
Abeſt in Thracia, cuſtodiens Eucratem ducem.
Myr. Meus uerò integros ſeptem menſes in Pylo.
La. Meus uerò & ſi ex acie uenerit aliquando
Scuto armatus, euanidus auolans abijt.
Ly. Sed neq; adulteri relicta eſt ſcintilla.
Ex quo enim nos prodiderunt Mileſij,
Non uidi neq; Olisbum octodigitalem,
Qui fuiſſet nobis coriaceum & debile ſubſidium.
Vèlletis'ne igitur ſi conſilium inuenirem ego
Mecum deſtruere bellum? MYR. Per Deas
Equidem etiam ſi me oportet uel rotundam pallam
Hanc ſoluentem, bibere hoc eodem die.
Ca. Ego uerò utiq; etiam tanquam paſſerem uideor,
Datura eſſe meijpſius diuidi dimidium.
La. Ego uerò etiam ad Taygetum quidem ſurſum
Irem, ubi futura quidem eſſem pacem uidere.
Ly. Dicam quidem, non oportet enim cælatam eſſe orationem.
Nobis enim ô mulieres ſiquidem futuræ ſumus
Cogere uiros pacem ſeruare,
Abſtinendum eſt. CA. À qua re dicito? LY. Facietis igitur?
Ca. Faciemus etiam ſi mori nos oportuerit.
Ly. Abſtinendum igitur nobis eſt à pene.
Quid mihi auerſamini? quò itis?
Heus uos quid mihi muſſatis & renuitis?
Quidnam color mutatus eſt, quid lachryma diſtillat?
Facietis, an non facietis, uel quid facturæ eſtis?

Myr. Non utiq; facerem, ſed bellum ſerpat.
Ca. Non per Iouem neq; ego quidem, ſed bellum progrediatur.
Ly. Hæc tu dicis ô paſſer: uerùm modo quidem
Dixiſti tui ipſius uel abſciſſuram eſſe dimidium.
Ca. Sed aliud quodcunq; uis, etiam ſi me oportet per ignem
Volo ire, hoc potius ueretro
Nihil enim eſt, quale eſt membrū uirile ô chara Lyſiſtrata.
Ly. Quid uerò tu? LA. Etiam ego uolo per ignem.
Ly. O` totum flagitioſum noſtrum totum genus.
Non ſine cauſa de nobis ſunt Tragœdiæ:
Nihil enim ſumus niſi Neptunus & Scapha.
Sed ô chara Lacæna: tu enim ſi fueris
Sola mecum, rem utiq; ſeruaremus adhuc,
Aſſentire mihi. LA. Difficilia quidem per Deos
Mulieres dormire ſunt ſine mentula ſolas:
Veruntamen ſi oportet, pacem enim ualde rurſus cupio.
Ly. O` chariſsima tu & ſola harum mulier.
Ca. Si uerò quammaximè abſtineremus, non tu profectò dicis
Quod mihi fieret magis utiq; propter hoc.
Ly. Fieret quidem pax. CA. Multum quidem per Deas.
Ly. Si enim ſederemus intus fuco illitæ,
Et in tuniculis byſsinis
Nudæ prodiremus, delta uulſæ,
Incitarentur in Venerem uiri, & cuperent concumbere
Nos uerò non accederemus, ſed abſtineremus:
Fœdera facerent utiq; cito certo ſcio quòd.
La. Igitur Menelaus Helenæ mammas olim
Nudæ intuitus proiecit credo enſem.
Ca. Quid uerò ſi dimiſerint uiri nos ô ſtulta?
Ly. Illud Pherecratis, canem excoriare excoriatam.

Nugæ

Ca. *Nugæ hæc ſunt imitata:*
Si capientes uerò in domunculam ui
Traxerint nos. LY. *Apprehende tu fores.*
Ca. *Si uerò uerberarint.* LY. *Exhibere cõcubitũ oportet ægre:*
Non uerò ineſt his uoluptas quæ per uim fiunt.
Et præterea dolere ipſos oportet, & profectò citò ualde
Deficient. non enim unquam lætabitur
Vir, niſi mulieri conferat.
Ca. *Si quid uidentur hæc uobis, hæc etiam nobis ſimul uidẽtur.*
La. *Et noſtrum uiros nos conciliabimus ad fœdus faciendum*
Omnes iuſte ſynceram pacem ſeruare:
Atheniensium tamen turbam
Quomodo etiam aliquis utiq; pſuaderet rurſus ne decipiat?
Ly. *Nos certe tibi quæ apud nos ſunt perſuadebimus.*
La. *Non'ne ubi feſtinationes habent triremes,*
Et argentum purum eſt apud Deam.
Ly. *Sed eſt etiam hoc bene præparatum,*
Occupabimus enim arcem hodie,
Maximè ſenibus enim mandatum eſt hoc facere,
Quod utiq; nos hæc machinamur
Sacrificare apparentibus occupare arcem.
La. *Omnia habere ſeſe poſſent, & hæc enim dicis bene.*
Ly. *Quid uerò hæc non quàm celerrime Lampitò*
Coniurauimus, ut infrangibiliter ſe habeant?
La. *Præmonſtra tamen iuſiurandum ut iuremus.*
Ly. *Recte dicis, ubi eſt Scythæna? quo ſpectas?*
Pone in medium ſupinum ſcutum,
Et mihi det ſacrificia aliquis. CA. *Lyſiſtrata*
Quo iuramento aſtringes nam nos? LY. *Quonam?*
In ſcutum, ut dicunt, in Aeſchylo olim

Oues mactantibus. CA. Ne tu quidem ô Lyſiſtrata
In ſcutum iures quicquam pace de.

Ly. Quòd utique igitur fieri poſſet iuſiurandum? CA. Si album alicunde
Equum apprehendentes, inciſorium abſcinderemus.

Ly. Quomodo album equum. CA. Sed quomodo iurabimus
Nos? LY. Ego tibi per Iouem ſi uis dicam,
Ponentes nigrum calicem magnum uinum ſupinum,
Immolantes Thaſium uini cadum,
Iurabimus in calicem non infundere aquam.

Ca. Hem iuſiurandum inexplicabile eſt quàm laudare cupiam.
Ferat calicem aliquis ab interiori parte & teſtam.

Ly. O charißimæ mulieres ex figlinis uaſis quantus eſt hic ca- (lix:
Hunc quidē utiq; aliquis ſtatim lætaretur accipiens,
Deponens hunc, apprehende aprum meum
Domina ſuadela, & calix amicabilis,
Victimas admitte mulieribus benignus.

Ca. Coloratus quidem & eſt cruor, & olet picem bene.

La. Verum tamen redolet quidem ſuaue per caſtorem.

Ly. Sinite primam me ô mulieres iurare.

Ca. Non per Venerem non, ſi quidem non ſortita fueris.

Ly. Apprehendite omnes calicem ô Lampitoë:
Dicat uerò pro uobis una, quæ quidem utiq; etiā ego dico.
Vos uerò adiurabitis eadem & confirmabitis,
Non eſt ullus neq; adulter, neq; uir.

Ca. Non eſt ullus neq; adulter, neq; uir.

Ly. Qui ad me accedet in Venerem incitatus, dic.

Ca. Qui ad me accedet in Venerem incitatus, hem
Reſoluuntur mei genua ô Lyſiſtrata.

Ly. Domi autem inuiolata degam uitam.

Domi

Ca. Domi autem inuiolata degam uitam.
Ly. Croceam ueſtem geſtans,& exornata.
Ca. Croceam ueſtem geſtans,& exornata.
Ly. Vt utiq; uir incendatur maximè mei.
Ca. Vt utiq; uir incendatur maximè mei.
Ly. Et nunquam uolens uiro meo parebo.
Ca. Et nunquam uolens uiro meo parebo.
Ly. Si uerò me inuitam coëgerit per uim.
Ca. Si uerò me inuitam coëgerit per uim.
Ly. Aegre præbebo me,& non admouebor.
Ca. Aegre præbebo me,& non admouebor.
Ly. Non ad tectum attollam calceos.
Ca. Non ad tectum attollam calceos.
Ly. Non ſtabo leæna in tyrocneſti.
Ca. Non ſtabo leæna in tyrocneſti.
Ly. Hæc confirmans quidem biberem hinc.
Ca. Hæc confirmans quidem biberem hinc.
Ly. Si uerò tranſgrediar,aqua repleatur calix.
Ca. Si uerò tranſgrediar,aqua repleatur calix.
Simul iurate uos hæc omnes. MY. Per Iouem.
Ly. Age ego ſanctificabo hunc calicem. CA. Partē ô amica tuā,
Vt utiq; ſimus ſtatim noſtri inuicem amicæ.
La. Quæ nam iubilatio. LY. Hæc illa ſunt non'ne ego dixi?
Mulieres enim arcem Deæ
Iam occuparunt:ſed ô Lampitò,
Tu quidem uade,et quæ à uobis requirūtur bene compone;
Haſce uerò obſides relinque nobis hic,
Nos uerò cum alijs quæ ſunt in arce,
Simul inijciamus ingreſſæ peſſulos.
Ca. Non'ne contra nos ſimul auxilium laturos putas

Viros ſtatim? LY. *Parum ipſorum mihi curæ eſt.*
Non enim tot neq; minas, neq; ignem
Venient habentes ut aperiant portas
Has, niſi ob quæ nos dixerimus.
Ca. *Non per Venerem nunquam quidem: alioqui enim utiq;*
Imbelles mulieres, & ſcelestæ uocabimur.

CHORVS HOMINVM SENVM.

Procede Draces, præi pedetētim, ſi etiam humerum doles,
Stipitis tantum ferens onus uiridis oleæ.

DRACES.

Profectò multa inſperata ſunt in
Longa uita, hem:
Nam quis unquam ſperaſſet ô
Stymnodore audire
Mulieres, quas alebamus
In domo manifeſtum malum.
Sanctum quidem continere ſimulachrum Mineruæ.
Et arcem meam occupaſſe,
Peſſulisq; & ſerris
Veſtibula & portas occludere.

STYMNODORVS.

Sed quamcitiſsime ad urbem feſtinemus ô Philurge,
Vt utiq; ipſis in orbe ponentes truncos hos,
Quæcunq; rem hanc aggreſſæ ſunt, & ad id acceßerunt
Vnam pyram extruentes incendamus proprijs manibus
Omnes à ſuffragio uno. primam autem filiam Lyconis,
Non enim per Cererem me
Viuente inſultabunt,
Quoniam neq; Cleomenes, qui
Ipſam occupauit primus,

Diſceßit impunitus:
Sed tamen laconicum ſpirans,
Abijt arma tradens mihi,
Paruum habens ualde palliolum,
Eſuriens, ſquallens, intonſus,
Ex annis multis illotus.
Ita uerò expugnaui ego uirum illum, tamen
In ſeptendecim ſcutis ad portas dormiens,
Haſce uerò Euripidi Dijsq́; omnibus inimicas.
Ego non'ne profectò cohibeo præſens à facinore tanto?
Ne profectò amplius in Tetrapoli meum trophæum ſit.
Sed ipſe tamen mihi uiæ
Reliquus eſt locus,
Qui ad arcem fert accliuis, quò feſtinationem habeo:
Et danda eſt opera quonam modo arreptemus
Hunc per cliuum ſine aſino:
Quoniam mei quidem ligna duo humerum grauant.
Sed tamen eundum eſt,
Et ignis ſufflandus eſt,
Ne me extinctus lateat ad finem uiæ.
Phy Phy,
Hem hem ob fumum,
Quàm grauis, ô rex Hercules,
Incidens mihi ex olla,
Tanquam canis rabiens oculos mordet:
Et eſt lemnius ignis
Hic omni modo.
Neq; enim unquã ita mordicus roſiſſet lippitudines meas.
Feſtina ante in urbem,
Et opem feras Deæ Mineruæ,

Si unquam ipſi magis, quàm nunc ô Laches auxiliabimur.
Phy Phy,
Hic ignis uigilat adhuc & uiuit.
Igitur utiq; quidem ligna duo ponamus primum hic,
Vitis aũt in ollã ſarmentũ ad flammã excitãdã imponẽtes.
Incendentes deinde in fores in modum arietis irruamus:
Et ſi non uocantibus peſſulos laxarint mulieres,
Incendere oportet fores, & fumo opprimere.
Deponamus iam ſarcinam hem ob fumum, papæ,
Quiſnã apprehẽderet utiq; lignũ eorũ q in ſamo fuerũt du-
Hæc quidem iam ſpinã prementia mei ceſſarunt. (cum?
Tuum uerò eſt officium ô olla carbonem excitare,
Facem accenſam ut primum mihi afferas.
Dominã uictoria auxiliare, & quæ in arce ſunt mulierum
Nunc præſentis temeritatis ponere tropheum nos.

Cho. Tanquam igni incenſo feſtinandum eſt celerius,
Fuliginem uideor mihi conſpicere & fumum ô mulieres.

Semi cho. Vola uola Nicodice
Priuſquam incendatur Calyce-
Que & Critylla ambæ circumfufflatæ,
Aq; legibus difficilibus,
Aq; ſenibus perditis.

Semi cho. Sed timeo hoc, nunquid tardipes opem feram?
Nunc enim cum repleuerim hydriam matutina,
Vix à fonte præ turba & tumultu
Et ſtrepitu ollario
Cum ancillis colliſſa,
Seruiſq; notis interpunctis raptim
Tollens meis,
Curialibus incenſis

Ferens

Ferens aquam auxilior.
Audiui enim attonitos & deliros ſenes
Viros ueniſſe in malam rem, ſtipites
Ferentes quaſi balneum ſuccenſuros
In arcem quaſi trilibre pondus,
Grauiſsima minantes uerborum,
Quòd igni oportet conſceleratas mulieres exurere.
Quas ô Dea nunquam ego incenſas uideam,
Sed bello & furoribus liberatas
Græciam & ciues:
Ob quæ quidem ô aurea criſta inſignita,
Tutelaris, tuas occuparunt ſedes,
Et te uoco adiutricem ô
Apud Tritonem Paludem nata, ſi quis illas
Succenderit uir,
Ferre aquam cum nobis.

STRATILLIS.

Sine ω, hoc quidnam eſt ô uiri laborioſiſsimi & peſsimi?
Nõ enim unq̃ utiq; boni quidem feciſſent, neq; pij hæc uiri.

CHORVS VIRORVM SENVM.

Hæc res nobis inexpectata uenit,
Grex mulierum hic ad fores rurſus auxilium fert.

CHORVS MVLIERVM.

Quid formidatis nos? nunquid multæ uidemur eſſe?
Et tamen partẽ quidẽ noſtrũ uidetis nondum milleſimam.

CHORVS SENVM.

Ô Phedria has loqui permittemus tot?
Nõ ne circũfringere lignũ uerberãtem oportebat aliquem (ipſas?

CHORVS MVLIERVM.

Ponamus quidem urnas etiam nos, ut utiq;

Si admouerit manum aliquis, ne hoc me impediat.

CHORVS SENVM.

Si per Iouem maxillas harum aliquis uel bis uel ter
Contudiſset tanquam bubali, uocem utiq; non haberent.

Stra. Veruntamen ecce percutiat aliquis & ſtans ego præbebo,
Et nunquam alia tui ô canis teſtes appræhendet.

Cho. Niſi tacebis, feriens euellam ſenectutem tui.

Stra. Tange ſolum Stratyllidem digito accedens.

Cho. Quid uerò ſi cecidero digitis quo me afficies malo?

Stra. Rodens tui pulmones & inteſtina extraham.

Cho. Non eſt uir Euripidę ſapientior poëta:
Nulla enim ita beſtia impudens eſt ut mulieres.

Stra. Tollamus nos aquæ urnam ô Rhodiſpe.

Cho. Quid uerò ô dijs exoſa tu huc aquam habens perueniſti?

Stra. Quid uerò tu ignẽ ô tumulũ habes tãq̃ te ipſum incẽſurus.

Cho. Ego quidem ut extruens pyram tuas amicas ſuccendam.

Stra. Ego uerò quidem ut tuam pyram hac extinguerem.

Cho. Meum tu ignem extingues? STRA. Res cito ipſa oſtendet.

Cho. Non ſcis an hac ut habeo face torrebo te.

Stra. Si ſordem es habens, lauacrum ego præbebo.

Cho. Mihi tu balneũ ô putida. STRA. Præſertim nuptiale quidẽ.

Cho. Audiuiſti ipſius temeritatem. STRA. Libera enim ſum.

Cho. Prohibebo te ego à præſenti clamore. STRA. Sed non amplius iudicabis.

Cho. Incende ipſius crines. STRA. Tuum opus eſt ô Acheloë.

Cho. Heu me miſeram.

Stra. Nunquid calida erat?

Cho. Quomodo calida? non'ne ceſſabis? quid facis?

Stra. Irrigo te ut pullules.

Cho. Sed aridus ſum iam tremens.

Igitur

Stra. Igitur, quoniam ignem habes tu, calefacies teipſum.

PRAESES SENATVS.

Profectò effulſit mulierum luxus,
Et feſtum cum tympanis, & frequentia Bacchi,
Et feſtum Adonidis hoc in tectis,
Quod ego olim exiſtens audiui in concione.
Dicebat aũt nõ horis & felicitate quidẽ potitus Demoſtra(tus
Nauigare in Siciliam, uxor autem ſaltans,
Heu heu Adonim inquit: at Demoſtratus
Dicebat peditum delectum habere Zacynthiorum:
Hæc uerò ſuccumbens mulier in tecto
Plangere Adonidem inquit, uitiabat autem ipſam
Dijs inimicus & ſceleſtus Cholozyges:
Tales ab ipſis ſunt laſciuæ cantilenæ.

NVNCIVS SENVM.

Quid uerò utiq; ſi audires & harum iniuriam,
Quæ alijsq; iniurijs nos affecerunt, & ex urnis
Lauerunt nos, ut palliola
Excutere liceat, tanquam qui imminxerimus.

Pr. Per Neptunum marinum iuſta quidem.
Cum enim ipſi improbe nos geſſerimus
Cum mulieribus, & docuerimus delitiari:
Talia ab ipſis germinant conſilia,
Qui dicimus & opificibus talia.
O' aurifex, torquem, quem fabrefeciſti
Saltante mei uxore ueſperi,
Glans excidit è foramine.
Mihi quidem igitur eſt in Salamina nauigandum,
Tu uerò ſi ocium habebis omnimodo ad ueſperam
Accedens, illi glandem adapta bene.

Alter

Alter uerò quidem ad ſutorem calcearium hæc dicit,
Iuuenem, & penem habentem non puerilem,
O ſutor mei uxoris pedes
Circa digitulum premit ligula,
Vtpote tenerum exiſtentem, hanc igitur tu meridie
Accedens laxa, ut utiq; laxius ſe habeat
Talia deuenerunt in tales res.
Cũ quidẽ exiſtẽs ego princeps ſenatus, expediẽs quomodo
Remiges erunt pecunia: nunc cum opus ſit
A mulieribus excluſus ſum è portis.
Sed nullum opus eſt morari, affer uectes,
Vt ipſas à contumelia ego prohibeam.
Quo inhiaſti ô miſer? quó ue rurſus tu ſpectas?
Nihil faciens niſi cauponam ſpectans?
Non´ ne ſubijcientes uectes ſub portas
Hinc euelletis, hinc uerò ego
Simul euellam. LY. *Nihil euelletis,*
Egredior enim ſpontanea, quid opus eſt uectibus?
Non enim uectibus opus eſt magis quàm mẽte et prudẽtia.

MINISTER.

Vere ne ô ſceleſta tu, ubi eſt ſatelles?
Comprehende ipſam, & à tergo manus liga.

Ly. *Si profectò per Dianam manum mihi*
Summam intulerit, publicus miniſter exiſtens, plorabit.

Mi. *Timuiſti heus tu? non´ ne comprehendes mediam?*

Ly. *Et tu cum hoc, & accelerantes ligate.*

Stra. *Si profectò per Dianam uenatricem huic tantum*
Manum inijcies, cacabis conculcatus.

Mi. *Hui cacabis, ubi eſt alter ſatelles,*
Hanc priorem conuincito, quoniam etiam nugatur.

Stra. Si profectò per Luciferam manum ſummam
Huic afferes, cyathum petes citò.
Mi. Hoc quidnam erat? ubi eſt ſagittarius? huic adhære,
Sedabo aliquam ueſtrum ab hoc ego exitu.
Stra. Si profectò per Dianam tauricam huic accedes,
Euellam granatim tui gemebundos capillos.
Mi. Heu me miſerum, dereliquit nos ſagittarius,
Sed non mulieribus unquam eſt ſuccumbendum
Nobis, cominus progrediamur ipſis ò Scythæ
Inſtructa acie. LY. Per Deas cognoſcetis quidem,
Quòd & apud nos ſunt quatuor acies
Bellicoſarum mulierum intus armatarum.
Mi. Retorquete manus ipſarum ô Scythæ.
Ly. O` auxiliares mulieres accurrite ab interiori parte,
O` ſeminum in foro, leguminum, olerum uenditrices,
O` alliorum cauponantes panis uenditrices
Non´ne egredimini? non´ne ferietis? non´ne auxiliũ feretis?
Non´ne conuitia facietis? non´ne impudenter uos geretis?
Quieſcite, redite, ne ſpoliate.
Mi. Hei mihi, male egit mei ſatellitium.
Ly. Veruntamen quid opinabaris? utrum contra ſeruas aliquas
Venire exiſtimaſti, an mulieribus non putas
Bilem ineſſe? MI. Non per Apollinem, & ualde
Multam quidem, ſi prope caupo ſit.
O` multa qui conſumpſiſti uerba conſultor huiuſce terræ,
Quid hiſce teipſum in ſermonem beſtijs coniungis?
Non ſcis balneo quali iſtæ nos lauerint modo
In palliolis, præſertim ſine lixiuio?
Cho. Sed ô miſer, non oportet afferre uicinis temere
mul. Manũ: ſi uerò hoc facis, intumeſcere tibi oculos neceſſe eſt:

Quoniam uolo ego modeſte ut puella ſedere,
Moleſtia afficiens nihil, hic mouens ne feſtucam quidem:
Niſi aliquis tãquã ueſperũ examẽ ſodicarit me et irritarit.
Cho. O Iuppiter quidnam utemur
homi. Hiſce beſtijs.
Non enim ſunt toleranda hæc, ſed inquirendum
Hoc tibi malum mecum,
Quidnam uolentes Athenienſem terram
Occuparunt, ad quodq;
Magnis ſaxis extructum, inacceßibile
Arcem ſacrum templum.
Sed interroga, & ne crede, & adhibe omnes inquiſitiones:
Quoniã turpe eſt inexaminatã ſinere talẽ rẽ dimittentes.
Pr. Et quidem ab ipſis hoc cupio per Iouem primũ inquirere.
Quidnam uolentes arcem noſtrum excluſiſtis
Peſſulis?
Ly. Vt pecuniã ſaluã præbeamus, & ne bellũ geratis ꝑ ipſam.
Pr. Propter pecuniam bellum gerimus ne. LY. Et reliqua omnia confuſa ſunt.
Vt enim Piſander poſſet furari, et magiſtratibus incũbẽtes
Semper aliquam turbulentiam miſcebant, hi tamen huiuſce rei cauſa faciant
Quodcũq; uolunt. nã pecuniã hãc nõ amplius nõ detrahẽt.
Sed qd facies? LY. Hoc me rogas? nos adſeruabimus ipſum.
Pr. Vos adſeruabitis pecuniã? LY. Quid graue hoc exiſtimas?
Non'ne & quæ intus ſunt pecunias prorſus nos reſeruamus uobis?
Pr. Sed non idem eſt. LY. Quomodo non idem? PR. Bellum gerendum eſt ab hoc.
Ly. Sed nihil oportet primum bellum gerere. PR. Quomodo

do enim ſeruabimur aliter?

Ly. Nos uos ſeruabimus. PR. Vos? LY. Nos quidem. PR. Abſurdum eſt quidem.

Ly. Sed admittēda hæc ſunt tamen. PR. Per Cererē iniuſtū qdē.

Ly. Seruandum eſt ô bone uir. PR. Etiam ſi non indigeo? LY. Huiuſce quidem rei cauſa multo magis.

Pr. Vobis uerò unde de bello & pace cura fuit? (rò.

Ly. Nos dicemus. PR. Dic uerò celeriter ut ne fleas. LY. Audi ue
Et manus conare continere. PR. Sed non poſſum: difficile enim eſt
Præ ira ipſas cohibere. LY. Plorabis igitur multo magis.

Pr. Hoc quidem ô anus tibijpſi crocites, tu uerò mi dic.

Ly. Hæc faciam.
Nos quidem priori bello & tempore ſuſtinebamus
Ob modeſtiam noſtram uiros, quæcunq; feciſſetis,
Non enim muſsitare permittebatis nos, & deinde non placebatis nobis,
Sed animaduertebamus bene uos, & ſæpenumero intus utiq; exiſtentes,
Audiuimus aliquam male uos conſultantes magnam rem,
Deinde dolentes intus uos interrogabamus ſubridentes,
Quid conſultatum eſt de fœderibus in columna aſcribere
In populo hodie uobis? Quid uerò tibi hæc inquit ille uir
Nónne tacebis? & ego tacebā. ALIA QVAEDAM MVLIER. Sed non ego unquam tacuiſſem.

Ly. Vel ploraſſes quidem niſi tacuiſſes, igitur equidem tacebā.
Aliud aliquod peius conſilium audiuimus utiq; à uobis,
Deinde interrogabamus, utiq; quomodo hęc ô uir ita ſtulte?
Ille uerò me rurſus torue aſpiciens dicebat, & ſi nō ſtamen filabo

Deploraturam eſſe, longum caput, bellũ aũt uiris curæ eſt.
Pr. Recte quidẽ dicens per Iouẽ ille. LY. quomodo recte ô miſer
Si non male conſulentibus licebat uobis conſulere?
Quando uerò de uobis in uijs manifeſtò audiebamus iam,
Nõ eſt uir in regione nõ per Iouẽ, nõ profectò alius aliquis.
Poſt hæc nobis ſtatim uiſum eſt ſeruare Græciam ſimul
Mulieribus collectis, quò enim oportebat expectare?
Si igitur nobis bona dicentibus uolueritis audire,
Et uiciſſim tacere quemadmodũ etiam nos, corrigeremus.
Pr. Vos nos? graue quidem dicis & nõ tolerabile mihi quidem.
Ly. Tace
Tace ô ſceleſte. PR. Taceam ego? LY. Et hæc operimenta age accipe
Circa caput. PR. ne nũc uiuã. LY. Sed ſi hoc impedimentum (tibi eſt
A me hoc operimentum accipiens,
Habe & circumpone circa caput.
Et deinde tace,
Et hunc paruum calathum
Et deinde carmineris ſuccinctus
Fabas rodens:
Bellum autem mulieribus curæ erit.
Cho. Tollite uos ô mulieres ab urnis, ut utiq;
In parte etiam nos amicis auxiliemur.
Ego enim nunquam defatigarer ſaltans,
Neq; genua defatigatio capiet mei laborioſa.
Volo autem ad omne ire
Cum hiſce uirtutis cauſa, quibus
Ineſt ingenium, ineſt gratia,
Ineſtq; audacia, ineſtq;
Sapientia, ineſt amica ciuitati

Virtus prudens.
Sed ô ex nutricibus fortiſſimis & materculis urticis,
Procedite ira et ne mitigemini: adhuc enim ſecũda curritis.
Ly. Sed ſi quidem dulcis animo amor, & Cypro genita Venus
Deſiderium noſtri in ſinus & femora inſpirarit,
Et deinde ingenerarit diſtentionem membri, iucundã homi
nibus, & rigores uirilium in modum clauis,
Puto aliquãdo ſolutrices belli nos inter Græcos uocatũ iri.
Pr. Quid faciẽtes? LY. Si prohibuerimus primũ qdẽ cũ armis,
Ementes & inſanientes per Paphiam Venerem.
Nunc enim profectò & ollis, & olcribus ſimiliter
Obambulant per forum cum armis tanquam Corybantes.
Pr. Per Iouem, oportet enim fortes. LY. Veruntamen res qui
dem ridicula eſt,
Cum utiq; ſcutum habens & gorgonem, & deinde emet co
racinos piſciculos.
Alia mul. Per Iouem ego quidem certe uirum comatum principatum
in tribu ſua gerentem, uidi in equo
In æneum inijcientem pileum piſum ab anu,
Alter uerò Thrax parmam quatiens, & iaculum tanquam
Tereus (bat.
Verebatur caricarũ uenditricẽ, & maturos ficos deglutie-
Pr. Quomodo igitur uos poteſtis ſedare turbata negocia multa
In regionibus, & diſſoluere? CHO. Facile admodum.
PR. Oſtende.
Cho. mul. Quẽadmodum glomus fili cum nobis fuerit turbatus, ita
accipientes,
Subtrahentes fuſis alterã partẽ quidẽ huc, alterã uerò illuc:
Ita etiam bellum hoc diſſolueremus, ſi quis permiſerit,
Traijciẽtes ꝑ legationes partim qdẽ huc, partim uerò illuc:

Pr. Ex lanis uerò & glomis & fuſis res graues.
Sedaturas eſſe putatis ô ſtultæ? LY. Immo uobis quidem ſi aliqua ineſſet mens,
Ex lanis noſtris adminiſtraretis utiq; omnia.
Pr. Quomodo uerò age uideam? LY. Primum quidem oportebat quemadmodum penſum lanæ in lauacro,
Abluentes ſordem lanæ ex ciuitate, in lecto
Virgis cædere improbos, & tribulos perdere,
Et conſpirantes hos & collidentes ſeipſos
In magiſtratibus, carminando radere & capita auellere:
Deinde carminari in paruum calathum communem beneuolentiam omnes,
Commiſcentes inquilinos: & ſi quis hoſpes fuerit inter uos,
Et ſi quis debet publico, etiam hos immiſcere.
Et profectò & urbes quæcunq; terræ huiuſce ſunt coloniæ
Dignoſcere, quòd hæc nobis tanquã deductiones fili iacent
Separatim unumquodq;: & deinde ab his omnibus fili conuolutionem ſumentes,
Huc cogere, & congregare in unum, & deinde facere
Glomum magnũ, & deinde ex hoc populo ueſtem texere.
Pr. Non'ne igitur indignum eſt hæc has uirgare et glomerare,
Quibus neq; participatio fuit prorſus belli? LY. Verum tamen ô ſceleſtiſsime
Pluſquam duplũ ipſum ferimus: primũ quidem parientes,
Et emittẽtes filios armatos. PR. Tace ne recorderis iniuria
Ly. Deinde cũ oportebat nos lætari, & pubertate frui, (rũ.
Solæ cubamus ob belli expeditiones, & deinde rem noſtrã
De puellis autẽ in thalamis ſeneſcentibus doleo. (omittite.
Pr. Non'ne etiam uiri ſeneſcũt? LY. Non per Iouem, ſed non dixiſti ſimile.

Hic

Hic quidem enim rediens, & ſi ſit canus, citò puellam uirginem duxit uxorem.
Mulieris uerò breuis occaſio eſt, & ſi hoc nõ apprehẽderit,
Nemo uult ducere uxorem hanc, expectans uerò ſedet.

Pr. Sed quiſnam eſt incitare Venerem potens?

Alia Tu uerò quid cum didiceris non moreris?

mul. Oportunum eſt, capulum emito,
Offam mellitam ego & iam ſubigo,
Accipe hæc & coronator,
Et haſce accipe à me,
Et hanc accipe coronam.
Qua re indiges? quid deſideras?
Progredere in nauem,
Charon te uocat,
Tu uerò prohibes ipſum ſoluere oram.

Pr. Deinde non hæc indigna pati ſunt me?
Per Iouem, ſed præſidibus ſenatus palam
Meipſum oſtendam iens ut me habeo.

Ly. Nunquid crimini das quòd non propoſuimus te?
Sed in tertium quidem diem diluculo ualde
Venient à nobis tertia præparata.

Cho. Non amplius opus eſt dormire quicunq; eſt liber,
ſenũ. Sed euxamur ô uiri huic negotio:
Iam enim olere hæc plures & maiores
Moleſtias mihi uidentur,
Et maxime olfacio Hippiæ tyrannidem,
Et ualde timeo ne
Lacedæmoniorum aliqui
Huc qui conuenerint
Viri ex Cliſthene,

Dijs inimicas mulieres induxerint dolo
Occupare pecunias noſtrum,
Et mercedem unde uiuebam ego.
Indigna etenim ſunt, has quidem ciues monere,
Et loqui mulieres exiſtentes ſcuto æneo de,
Et conciliationes facere ad nos uiris Laconicis
Quibus fidum nihil, niſi quidem lupo hianti.
Sed hæc texuerunt nobis uiri ad tyrannidem:
Sed in me quidē nō tyrannidē exercebunt, quoniā cauebo;
Et geſtabo enſem poſthac in myrti ramo,
Emamq́; in armis ſimiliter Ariſtogitoni,
Sicq́; ſtabo apud ipſum: ipſe enim mihi fit
Dijs exoſæ uerberare huiuſce anus maxillam.
Non enim ingreſſos domum mater cognoſcet.
Cho. Sed deponamus ô caræ anus hæc primum humi.
mul. Nos enim ô omnes ciues orationes auſpicamur
Ciuitati utiles
Meritò: quoniam in delitijs agentem clare aluit me.
Septem quidem annos nata
Statim lanam geſtabam,
Deinde mollitrix decennis
Exiſtensq́; princeps,
Defluens crocea ueſte urſa fui in brauronijs,
Et caniſtram ferebam olim exiſtens
Puella pulchra, habens caricarum monile.
Pr. Non'ne obnoxia ſum aliquod bonum ciuitati conſulere?
Cho. Si uerò ego mulier nata ſum, hoc ne inuidete mihi,
mul. Si utiq́; meliora quidem attollero præſentibus rebus,
Tributi enim tamen participatio eſt, etenim uiros cōtribuo:
Miſeris autem ſenibus non participatio eſt nobis, quoniam
Portio-

Portionem dictam auita ex perſicis rebus.
Deinde cum conſumpſeritis, non uiciſsim cōfertis tributa,
Sed à uobis deſtrui inſuper periclitamur.
Nunquid hiſcendũ eſt uobis? ſi uerò moleſtia afficies quic-
Hoc quidem nō de raſa percutiã ſocco malam. (quam me,
Pr. Hæc non'ne iniuria negocia ſunt?
Multa & incrementum acceptura mihi uidetur
Res magis.
Sed uindicandũ eſt negociũ, quicũq; quidẽ teſtes habẽt uir.
Cho. Sed pallium exuamur, quoniam uirum oportet
Senũ Virum olere ſtatim, ſed non inuolutum eſſe pallijs decet.
Sed agite Lupipedes,
Qui quidem ad lipſydrion
Iuimus cum eramus adhuc.
Nunc oportet,
Nunc repubeſcere iterum,
Et eleuare
Totum corpus, & diſcute
Re ſenectutem hanc.
Si enim tradet aliquis noſtrum hiſce uel paruam anſam,
Nihil omittent hæ opulẽta munera adminiſtrationis publi
Sed etiã naues extruent, & egredientur præterea (cæ:
Nauali prælio pugnare, & nauigare contra nos, ut Artemi
ſia uxor regis Cariæ ibat in prælium.
Si uerò ad equeſtrem artem conuerſæ fuerint, delebo,
Maximè equeſtris enim eſt res, & uehicularis,
Et non peribit currente. Amazonas autem ſpecta,
Quas Micon pinxit in equis pugnantes cum uiris.
Sed harum oportebat omnium in perforatum lignum
Inſertare, apprehendentes hanc ceruicem.

Cho. mul. Si per Deas me excitabis,
Soluam meiipſius ſuem ego iam, &
Faciam hodie
Tribules clamare te ego laceratum.
Sed etiam nos ô mulieres citò exuamur,
Vt utiq; oleamus mulieres ipſæ mordicus iratas.
Nunc accedo, ueniat aliquis ut
Nunquam comedat allia,
Neq; fabas nigras,
Quoniam ſi
Et tantum male dices:
Supra modum iraſcor enim,
Aquilam parientem ſcara-
Beus te obſtetricabor.

Alia mul. Non enim uos curarem utiq; ſi mihi uiuat Lampito,
Et Thebana chara puella nobilis Iſmenia:
Non enim erunt uires, neq; ſi ſepties tu decreueris,
Qui ô miſer odioſus es etiam uicinis,
Vnde & heri Hecatæ faciens ludicrum feſtum ego,
Pueris amicam uocaui ex uicinis
Puellam bonam, & gratam ex Bœotijs anguillam.
Hi uerò mittere non dixerunt propter tua decreta,
Et nunquam ceſſaretis à decretis, priuſquam
Crure apprehendẽs uos aliquis præcipitet in caput feriẽs.
O' princeps facinoris huiuſce ac conſilij,
Quid mihi triſtis egreſſa es è domibus?

Ly. Malarum mulierum opera, & muliebris mens
Facit me triſtem deambulare ſurſum & deorſum.

Al. mul. Quid dicis quid dicis?

Ly. Vera uera.

Quid

Al.mu. Quid uerò eſt graue, dic tui ipſius amicis.
Ly. Sed turpe eſt dicere, & tacere graue.
Al.mu. Ne nunc me cæles quodnam paſſæ ſumus malum.
Ly. Cupimus rem habere quatenus breuiſsimum orationis.
Al.mu. Io Iuppiter.
Ly. Quid Iouem imploras? hæc uerò certe ita ſe habent.
Ego quidem certe ipſas amouere non amplius
Potis à uiris: aufugiunt enim.
Hanc quidem primam dirimentem foramen
Depræhendi, qua Panis eſt Fanum,
Aliam uerò è trochlea rurſus per funiculum deuolutam,
Aliam uerò ſpõte trãsfugientẽ, aliã uerò in paſſeris unam
Iam uolare cogitantem deorſum,
In orſilochi heri capillis detraxi,
Omnesq; occaſiones ut abeant domum
Trahunt. iam enim quædam ipſarum uenit:
Ipſa tu quo curris? MVL. Domum ire uolo:
Domi enim ſunt lanæ mihi Mileſiæ
A' tineis corroſæ. LY. Qualibus à tineis?
Non'ne ibis retro. MVL. Sed ueniam citò per deas,
Quantum extendens in lecto tantum.
Ly. Ne extende, neq; abeas nuſquam,
Sed ſine perire lanas ſi hoc opus fuerit.
Alia mul. Miſera ego miſera byſsi
Quem indecorticatum domi reliqui. LY. Hæc altera
Ad linum inſquammatum egreditur:
Abi retrò huc. MVL. Sed per lunam
Ego excorians ſtatim ualde redeo.
Ly. Ne ne excories: ſi enim incipies hoc tu,
Alia mulier idem facere uolet.

O' uene-

Alia mul. O' ueneranda Lucina inhibe à partu,
Donec utiq; in prophanum iuero ego locum.
Ly. Quid hæc nugaris? MVL. Statim ualde pariam.
Ly. Sed nõ uterũ gerebas tu q̃dẽ heri. MVL. Sed hodie uterũ gero.
Sed domum me ad obſtetricem ô Lyſiſtrata
Dimitte quàm celerrime. LY. Quodnam uerbum dicis?
Quid hoc habes durum? MVL. Maſculum infantem.
Ly. Non per Venerem, non tu quidem, ſed æneum
Habere quoddam uideris concauum. ſciam autem ego
O' ridicula habens ſacram galeam
Fœtũ geſtare dicebas? MVL. Et uterũ geſto quidẽ per Iouẽ.
Ly. Quid uerò hanc habes? MVL. Vt me ſi occuparet
Partus in arce, parerem in galeam
Inſcendens hanc quemadmodum columbæ.
Ly. Quid dicis? excuſas manifeſtas res,
Neq; natalia galeæ hic expectabis?
Alia mul. Sed non poſſum equidem neq; dormire in arce,
Ex quo ſerpentem uidi domeſticum olim.
Alia mul. Ego uerò à noctuis quidem miſera pereo,
Vigilijs caccabantibus ſemper,
Ly. O' miſeræ deſiſtite à prodigioſis mendacijs:
Deſideratis fortaſſe uiros, nos uerò non putatis
Deſiderare illos quidem. difficiles certò ſcio quòd
Traducunt noctes: ſed ſuſtinete ô bonæ,
Et inſuper tolerate quidem paruum tempus,
Quoniam oraculum nobis eſt uincere: ſi
Non fecerimus ſeditiones. eſt autem oraculum hoc.
Alia mul. Dic ipſum nobis, quidnam dicit? LY. Tacete uerò.
Sed cum utiq; præ timore fugerint hirũdines in unũ locum
Vpupas fugientes, abſtinuerintq; à phaletis.

† Pauca malorum erunt, & ſuperiora inferioria ponet
Iuppiter altitonans. MVL. Suprà decubabimus.

Ly. Si uerò defecerint, & auolarint alis
E' ſacro templo hirundines, non amplius uidebitur
Auis ne ulla quidem impudica magis eſſe.

Cho. mul. Manifeſtum oraculum profectò ô omnes dij,
Ne nunc deficiamus tolerantes,
Sed ingrediamur: etenim turpe hoc quidem
O' chariſsimæ, oraculum ſi prodemus.

CONVERSIO.

Chor. uirorum. Fabulam uolo dicere
Quandam uobis, quam olim audi-
Vi ipſe adhuc puer exiſtens,
Erat iuuenis Melanion quidam, qui
Fugiens nuptias
Peruenit in ſolitudinem,
Et in montibus habitabat,
Et deinde lepores uenabatur
Cum texuiſſet retia:
Et canem quendam habebat,
Et non amplius redijt retro domum ob odium.
Ita
Mulieres abominatus eſt
Ille, nosq; nihilominus
Melanione prudentes.

Cho. mul. Volo te ô anus oſculari,
Cepam enim non comedis:

Ch. ui. Et attollens crus calcibus percutere.

Ch. m. Vellus multum geſtas.

Ch. ui. Et Myronides enim erat

Aſper

Aſper hinc, atriclu-
Niſq; hoſtibus omnibus.
Ita uerò etiam Phormio.
Cho.mul. Etiam ego uolo
Fabulam quandam uobis uiciſsim dicere
Melanioni.
Timon quidam
Erat rigidus inacceſsis
Spinis,
Faciem circumſeptus
Furiarum deriuatio.
Hic igitur Timon
Abijt ob odium
Multa imprecatus uiris improbis:
Ita
Ille ueſtrum uiciſsim odio proſequebatur
Improbos homines ſemper:
Mulieribus autem erat chariſsimus.
Maxillam uis percutiam?
Cho.uir. Nequaquam te timui quidem.
Cho.mul. Sed feriam crure.
Cho.uir. Virile membrum aperies?
Cho.mul. Sed tamen utiq; non uideres,
Quanquam exiſtente anu exiſtens
Ipſum crinitum, ſed depi-
Latum lucerna.
Ly. Heu heu mulieres uenite huc ad me
Citò. MVL. Quid uerò eſt dic mihi, quiſnam clamor?
Ly. Virum uideo accedentem percuſſum mente
Veneris ſacris inuolutum.

O uene-

Alia mul. O`ueneranda Cypro & Cytheris & Papho
Dominans, ueni recta qua quidem uenis uia.

Mul. Vbi uerò eſt quicunq; eſt. LY. Iuxta locum herbæ,
O` per Iouem, eſt certe, quis eſt nam
Videte, cognoſcit ne aliqua uſtrum? MYR. Per Iouem
Equidem, & eſt meus Cineſias.

Ly. Tuum munus eſſet hunc torrere & uerſare,
Et decipere, & amare & non amare,
Et omnia ſuſtinere, præter ea quorum conſcius eſt calix.

Myr. Profectò faciam hæc ego. LY. Verùm ego
Decipiam expectans hic,
Et ſimul torrebo hunc, ſed abite.

CINESIAS.

Heu me miſerum qualis conuulſio me habet,
Et tentigo quaſi in rota tortum.

Ly. Quiſnam hic qui intus eſt cuſtodum ſtans? CIN. Ego.

Ly. Vir. CIN. Vir profectò. LY. Nō'ne abibis profectò è pedib.

Cin. Tu uerò es quamnam eijciēs me? LY. Diurna exploratrix.

Cin. Per deos nunc euoca mihi Myrrhinem.

Ly. Ecce uocabo ego Myrrhinem tibi, tu uerò quiſnam es?

Cin. Vir illius Pæonides Cineſias.

Ly. O` ſalue chariſsime: non enim inglorium nomen
Tuum apud nos eſt, neq; ignobile:
Semper enim uxor te habet per os,
Et ſi ouum uel pomum acceperit ô Cineſia
Hoc fiat inquit. CIN. O` obſecro.

Ly. Per Venerem, & ſi de uiris quidem inciderit
Sermo aliquis, dixit ſtatim tua uxor
Quòd nugæ ſunt reliqua ad Cineſiam.

Cin. Age nūc uocato ipſam. LY. Quid igitur dabis aliquid mihi?

Equidem

Cin. Equidem per Iouem, ſi uolueris quidem tu:
Habeo uerò hoc, quod igitur habeo do tibi.
Ly. Age nũc uocabo deſcẽdens tibi. CIN. Citò nunc ualde uoca
Quoniam nullam habeo quidem uitæ gratiam, (ipſam.
Ex quo quidem conuenit è domo.
Sed doleo quidem ingreſſus, deſertaq́;
Eſſe uidentur mihi omnia, & cibis
Gratiã nullã noui comedens, erectus enim ſum in Venerẽ.
My. Amo amo ego hunc, ſed non uult
À me amari, tu uerò me huic ne uoca.
Cin. Ò dulciſsima Myrrhinula, quid hæc facis?
Deſcende huc. MYR. Non per Iouẽ ego quidem iſthuc nec.
Cin. Me uocante non deſcendes Myrrhine?
My. Non enim egens nihil euocas me.
Cin. Ego non egens, perditus immo.
My. Abibo. CIN. Ne profectò ſaltem puer
Obtemperam. heus tu non uocas mamma.

PVER.

Mamma Mamma Mamma.
Cin. Heus tu quid pateris? neq; miſereris infantem
Illotum exiſtentem, & illactatum ſextum diem.
My. Equidem miſereor profectò, ſed negligens ipſi pater
Eſt. CIN. deſcende o bona infanti.
My. Qualis res peperiſse, deſcẽdẽdũ. CIN. quid enim patiar.
Mihi enim hæc & iunior uidetur
Multò facta eſse, & blandius ſpectare,
Et moroſe ſe gerit ad me, & ſuperbit,
Hæc ipſa profectò ſunt, quæ etiam me perdunt deſiderio.
My. Ò ſuauiſsima tu filiola mali patris,
Age te oſculabor dulciſsima Mammæ.

Quid

Ly. Quid ô miſera hæc facis? & alijs
Pares mulieribus,& me dolere facis.
Cin. Hæc me moleſtia afficit. MYR. Ne admoue manũ mihi:
Quæ uerò intus ſunt meæ & tuæ opes
Peius afficis. CIN. Parum ipſarum mihi curæ eſt.
Myr. Parum curæ eſt tibi ſubtegminis diſtracti
A gallis? CIN. Mihi quidem per Iouem
Veneris ſacra incelebrata tibi
Tempus tantum ſunt,non uenies rurſus?
Myr. Non per Iouem,nõ equidem,niſi reconciliati fueritis quidẽ,
Et à bello ceſſaueritis. CIN. Igitur ſi uiſum fuerit,
Etiam ego quidem abibo illuc,nunc uerò abiuraui:
Tu uerò ſaltem decumbe mecum poſt tempus.
Myr. Non profectò. tamen te non dicam quidem quòd nõ amem.
Cin. Amas? quid igitur non decumbis ô Myrrhinula?
Myr. O deridende coram puerulo.
Cin. Non per Iouem,ſed hunc domum ô Mane fer.
Ecce quidem tibi infans & iam è pedibus.
Tu uerò nõ decũbis. MYR. Vbi enim utiq; aliquis,uel miſer
Faceret hoc? CIN. Vbi hoc Panis pulchrum.
Myr. Et quomodo adhuc caſta profectò aſcenderem in arcem?
Cin. Pulcherrime profectò lota clepſydro.
Myr. Deinde iurata profectò peierabo miſer?
Cin. In me uertatur,nihil iuramenti curam habeas.
Myr. Age nunc afferam lectulum nobis? CIN. Nequaquam
Sufficit humi nobis. MYR. Non per Apollinem non te ego,
Quanquam talem exiſtentem,reclinabo humi.
Cin. Iam uxor amat me,manifeſta eſt bene.
Myr. Ecce decumbe accelerans aliquid,& ego exuor.
Verum illud,ſtorea eſt deferenda.

Cin. Qualis ſtorea? ne mihi quidem. MYR. Per Dianam:
Turpe enim eſt ſupra uinculũ qdẽ lecti. CIN. Da mihi nũc
Myr. Ecce. CIN. Papæ. MYR. Veni nũc citò ualde, (oſculari.
Ecce ſtorea, decumbe & iam exuor:
Atqui illud, ceruical non habes.
Cin. Sed non indigeo quicquã equidem. MYR. Per Iouẽ. ſed ego.
Cin. Sed profectò penis hic ô Hercules peregrine ſe gerit,
Surge, reſilias. MYR. Iam omnia habeo.
Cin. Omnia profectò? huc ô aureola.
Myr. Strophium, iam ſoluor, memento nunc,
Ne me dicipias de conciliationibus.
Cin. Per Iouem peream quidem. MYR. Culcitram non habes?
Cin. Non profectò, non egeo quidem, ſed rem habere uolo.
Myr. Profectò facies hoc, citò enim uenio.
Cin. Homo hæc perdet me ob ſtragula.
Myr. Attolle teipſum. CIN. Sed erectum eſt hoc quidem.
Myr. Vis ne unguẽtis perfundã te? CIN. Nõ per Apollinẽ nõ me
Myr. Per Venerem, ſi & uis quidem, ſi & non. (quidem.
Cin. Vtinam effundatur unguentum ô Iuppiter domine.
Myr. Porrige iam manum, & ungere ſumens.
Cin. Non ſuaue unguentum, non per Apollinem hoc,
Niſi remoratiuumq; & non olens nuptias.
Myr. Miſera ego Rhodium attuli unguentum.
Cin. Bonum, ſine ipſum ô miſera. MYR. Nugaris habens.
Cin. Peßime pereat primum qui compoſuit unguentum.
Myr. Accipe hunc alabaſtrum. CIN. Sed alterum habeo.
Sed ô miſera decumbe, & ne mihi affer
Quicquam. MYR. Faciam hæc per Dianam,
Excalcior enim. ſed ut ô charißime
Fœdera fieri decernas. CIN. Conſultabo,

Perdidit

Perdidit me & afflixit uxor,
Et in reliquis omnibus,& excorians abit.
Hei mihi quidnam faciam? quamnam ſubagitabo?
Pulcherrima omnium deceptus,
Quomodo hanc in pueritiam educabo?
Vbi Vulpanſer?
Conducas mercede mihi pudendum muliebre.

Cho. ſenũ. In graui quidem ô miſer malo
Affligeris animum deceptus,
Et ego quidem miſerior tui,heu heu,
Quales enim utiq; renes durarent,
Qualis anima,qualesq́; teſtes?
Qualis uerò lumbus,qualisq́; cauda
Intenta,& non mouens dilucula.

Cin. O Iuppiter grauium diſtentionum.

Cho. ſenũ. His tamen nunc te affe-
Cit ſceleſtiſsima,& deteſtabiliſsima.

Cin. Non per Iouem,ſed chara & dulciſsima.

Cho. ſenũ. Qualiſnam dulcis,ſceleſta ſceleſta eſt.
Profectò ô Iuppiter ô Iuppiter,
Vtinam ipſam tanquam aceruos palearum
Contorquens & conglobans in modum rapi
Abires ferens,deinde demitteres.
Hæc uerò ferretur rurſus in terram,
Et deinde repente
Circa mentulam circuiret.

Præc. Vbi Athenarum eſt ſenatus,
Vel Prytanenſes,uolo neſcio quid loqui nouum.

Præſ. Tu uerò es quiſnam? utrum homo an ſatyrus?

Præc. Præco ego ô bone uir per Deos,

Veni è Sparta de fœderibus.

Præſ. Et deinde haſtam profectò ſub ala uenis habens?

Præc. Non per Iouem, non ego quidem. PRAES. Quò auerteris?
Quid uerò proponis chlamydē? an morbo inguinis laboras
Ob uiam? PRAEC. Iamdiu intumuit per caſtorem.

Præſ. Homo ſed incitatus es in Venerem ô ſceleſtiſſime?

Præc. Non per Iouem, non ego quidem, neq; rurſus erres.

Præſ. Quid uerò eſt tibi hoc? PRAEC. Scytala laconica.

Præſ. Si modò quidem & hæc eſt Scytala laconica,
Sed quaſi ad ſcientem me tu uera dic,
Quid res uobis ſunt quæ in Lacedæmone.

Præc. Erecta eſt Lacedæmon tota, & ſocij
Omnes incitati ſunt in Venerem: Pallene uerò opus eſt.

Præſ. Ex quo hoc malum uobis accidit?
À Pane? PRAEC. Non. ſed principiū quidē puto Lampito,
Deinde uerò aliæ quæ ſunt in Sparta ſimul
Mulieres, quæ quidem ab una uxore
Expellebant uiros à pudendis muliebribus.

Præſ. Quomodo igitur uos habetis? PRAEC. Laboramus: p enim
Tanquā lucernas geſtantes incuruati incedimus. (urbem
Nam mulieres neq; pudendum tangere
Permittunt, priuſquam omnes ex una oratione
Fœdera faciemus ad Græciam.

ATHENIENSIS.

Hæc res undiq; coniurata eſt
À Mulieribus, modo nunc cognoſco.
Sed quamcitiſſime loquere de fœderibus
Autoritatem liberam habentes legatos mittere huc.
Ego uerò alios hinc ſenatui dicam
Legatos eligere, penem oſtendens hunc.

Volo,

Ch. mu. Volo, optima enim omnia dicis

Ch. uir. Nulla eſt beſtia muliere inexpugnabilior,
Neq; ignis, neq; ita impudens ulla Pardalis.

Cho. mul. Hæc quidem ſentis, deinde bellum geris dic mihi?
Cum liceat ô miſer tu firmam me habere amicam?

Ch. uir. Quòd ego odio proſequens mulieres nunquam ceſſabo.

Cho. mul. Sed quum uolueris tu, nunc uerò non te negligam
Nudum exiſtentem ita, uideo enim quam deridendus es:
Sed ueſte induam te accedens ego.

Cho. uirorũ. Hoc quidem non per Iouem non malum feciſtis.
Verum ob iram malam, & tunc exutus ſum ego.

Cho. mul. Primum quidem uideris uir, deinde non deridiculus es.
Et ſi nõ me moleſtia affeceris, ego tui qdẽ utiq; hãc beſtiolã
In oculo tuo apprehendens, exemiſſem quæ nunc ineſt.

Ch. uir. Hoc igitur erit me affligens, digitulus hic
Excutias ipſam agitando, & deinde oſtẽde extrahẽs mihi,
Quoniam oculum quidem mei per Iouem iamdiu mordet.

Cho. mul. Sed faciam hæc, quamuis difficilis quidem fueris uir.
Profectò magnam ô Iuppiter rem uidere culicis licet tibi,
Non'ne uides? non'ne culex eſt hic Tricoriſius?

Cho. ſenum. Profectò iniuſti quidem me, quoniam iamdiu quidem me fo
diebat tanquam puteum:
Quare poſteaquã extractũ eſt, fluit mei lachryma multa.

Cho. mul. Sed abſtergam te ego, quamuis ualde miſer es,
Et oſculabor. CHO. SEN. Ne oſculeris. CHO. MVL. Siue ue
lis quidem, ſiue non.

Cho. ſenum. Sed ne ad horas perueniatis, quoniã eſtis adulatrices natura,
Et eſt illud uerbum rectè & non maledictum,
Neq; cum perditiſsimis, neq; ſine perditiſsimis:
Sed nunc paciſcor tecum, & poſthac non amplius

Neq; faciam malum ullum, neq; à uobis patiar:
Sed ſimul congregati modulationem incipiamus.
Cho. Nõ paratæ ſumus ciuium nulli ô uiri malum dicere ullum.
mul. Sed multo è contrario
Omnia bona & dicere,
Et facere: ſatis multa enim mala,
Et præterita.
Sed annunciet
Vnuſquiſq; uir & mulier,
Si quis pecuniolam
Indiget, accipere minas uel duas, uel
Tres, quòd multa intus ſunt,
Et quòd habemus crumenas:
Et ſi aliquando pax apparuerit,
Quicunq; utiq; nunc mutuatus fuerit,
À nobis ſi acceperit,
Non amplius reddat.
Cõuiuio excipere aũt futuræ ſumus hoſpites quoſdã Caryſtios.
Viros honeſtosq; & bonos:
Et eſt puls quædam fabacea,
Porcellus lactens erat quidam mihi,
Et hunc mactaui, quare carnes
Habebitis molles & bonas.
Venite igitur in mei
Hodie: matutino tempore uerò oportet
Hoc facere lotos,
Ipſosq;, & puerulos dein-
De intro uenire,
Neq; interrogare, neq; unum,
Sed uenire plane

Tanquam

Tanquam domum in
Suijpſorum generoſe,
Fortaſſe uerò fores clauſæ erunt.
Cho. Verum è Sparta iſti legati trahentes barbas
ſenū. Veniunt tanquam perticam circa femora
Habentes.
Viri Lacones primum quidem mihi ſaluete,
Deinde dicite nobis quomodo habentes uenitis.

LACONES.

Quid ſcilicet nam uobis multa loqui uerba.
Videre enim licet quomodo habentes uenimus.
Papæ, neruata eſt quidem hæc calamitas
Vehementer, calefacta quidem peius uidetur
Inexplicabilia, quid dicere poſſet aliquis: ſed quocunq; uult
Omnino aliquis iens nobis pacem ſtatuat.
Cho. Veruntamen uideo & hoſce indigenas
ſenū. Tanquam luctatores uiros à uentribus
Pallia reijcientes, ut uideatur
Exercitatoria res morbi.

ATHENIENSES.

Quiſnam diceret ubi eſt Lyſiſtrate,
Quoniam uiri nos hi, tales.
Cho. Et hic conſonat & alter huic morbo.
ſenū. Nunquid ad diluculum diſtentio uos corripit?
Ath. Non per Iouem, ſed hæc facientes perditi ſumus.
Quare ſi aliquis nos non reconciliarit citò,
Non eſt quomodo non Cliſthenem ſubagitabimus.
Cho. Si ſapitis pallia accipietis, ut
ſenū. Hermocopidarum ne aliquis uos uideat.
Ath. Per Iouem recte quidem dicis. LA: Per Deos

Omninò quidem, age ueſte induamur.

Ath. O' ſaluete ô Lacones, turpia quidem paßi ſumus.

La. O' gratioſe, grauia quidem rurſus paßi ſumus,
Si uidiſſent nos uiri irritatos uirilibus.

Ath. Agite uerò Lacones, ipſa ſingula oportet dicere
Ad quidnam adeſtis huc. LA. De fœderibus
Legati. ATH. Recte quidem dicitis, & nos hoc quidem.
Quid non uocamus uerò Lyſiſtratam,
Quæ quidem conciliaret nos utiq; ſola.

La. Per Deos etiam ſi uultis Lyſiſtratem.

Ath. Sed nihil nos ut uidetur oportet uocare,
Hæc enim ut audiuit hæc egreditur.
Salue ô omnium fortißima, oportet quidem nunc te fieri
Vehementē, bonā, ſeuerā, blādā, multis modis experientē.
Quoniam primi Græcorum tuis capti illecebris
Conceſſerunt tibi, & ſimul crimina omnia
Permiſerunt.

Ly. Sed non difficile opus ſi deprehenderet quidem aliquis
Irritatos in Venerem, ſeq; mutuo non expertos.
Citò uerò ſciam ego ubi eſt reconciliatio.
Adduc apprehendens primum Laconicos,
Et ne moleſta manu, neq; inſolenti,
Neq; ut noſtrum uiri imperite hoc faciebant,
Sed ut mulieres par eſt familiariter ualde.
Si non dederit manum, pene duc.
Age etiam tu hos Athenienſes duc.
Ea uerò, quam utiq; dederint adduc hos apprehendens.
Viri Lacones ſtate prope me iuxta,
Hincq; uos etiam uerba audite.
Ego mulier quidem ſum, prudentia autem ineſt mihi,

Ipſaq;

Ipſaq; meijpſius non male ſententiam habeo:
Ex patreq; & ſenioribus uerba
Multa cum audierim non erudita ſum male:
Cumq; ſim nacta uos conuitiari uolo
Communiter meritò, & ex una aqua luſtrali
Aras circumſpargentes tanquam cognati
In olympicis ſacris, in Pylis, in Pythicis: quot
Dicere poſſem aliâs, ſi me producere oporteret.
Hoſtibus præſentibus barbaris, exercitu
Græcos uiros & urbes perditis.
Vna quidem oratio mihi huc ſemper perficitur.

Ath. Ego uerò pereo quidem incitatus in Venerem.

Ly. Deinde ô Lacones ad enim uos conuertar.
Non'ne ſcitis quando profectus huc Periclides olim
Lacon Athenienſium ſupplex, conſedit
In aris pallidus in purpurea ueſte,
Exercitum petens: Meſſenia autem tunc
Vos inuadebat, & Deus quatiens ſimul:
Profectus autem cum peditibus quatuor millibus
Cimon, totam ſeruauit Lacedæmonem:
Hæc paßi Athenienſibus ab,
Vaſtatis regionem qua ab bene paßi eſtis.

Ath. Iniuſte agunt iſti profectò ô Lyſiſtrata.

La. Iniuſte agimus, ſed podex inexplicabilis & pulcher.

Ly. Vos uerò dimiſſuram eſſe Athenienſes putas?
Non'ne ſcitis quando uos Lacones rurſus iterum
Veſtes ſeruiles geſtantes profecti, haſta
Multos quidem uiros Theſſalorum perdiderunt:
Multos quoq; alios Hippias, & ſocios
Auxilium ferentes ea tunc die ſoli

Et liberarunt,& loco pallij ſeruilis,
Populum ueſtrum clamyde induerunt rurſus.

La. Nondum mulierem uidi præclariorem.

Ath. Ego uerò cyſthum quidem nunquam pulchriorem.

Ly. Quid uerò exiſtentibus beneficijs & multis & bonis
Pugnatis,& non ceſſatis à prauitate,
Quidq; non recõciliamini? age quidnam eſt impedimento.

La. Nos quidem uolumus,ſi quis nobis pallium rotundum
Voluerit hoc reddere. LY. Qualenã ô bone uir? LA. Pylum:
Quemadmodum iamdiu petimus & tentamus.

Ath. Non per Neptunum hoc quidem non facietis.

Ly. Dimittite ô bone ipſis. ATH. Et deinde quãnã mouebimus?

Ly. Aliud quidem repetite pro hoc oppido.

Ath. Illud igitur tradite nobis hunc,
Primum Echinuntem & Melienſem
Sinum poſt,& megarica crura.

Ly. Non per Deos,non omnia quidem ô bone uir,
Sinite,nihil diſſentias de cruribus.

Ath. Iam arare nudus exutus uolo.

La. Ego uerò ſtercorare terram primum per Deos.

Ly. Poſteaquam conciliati fueritis hæc facietis.
Sed ſi uidetur facere hæc conſulite,&
Cum ſocijs profecti communicate.

Ath. Quibuſnam cum heus tu ſocijs? incitati ſumus,
Non'ne eadem uidebuntur ſocijs noſtrum
Rem habere omnibus? LA. Profectò per Deos
Noſtris. ATH. Etenim per Iouem Caryſtijs.

Ly. Recte dicitis:nunc igitur ut caſte uos geratis,
Vt utiq; mulieres uos in urbe
Hoſpitio excipiamus,illis quæ in ciſtis habebamus.

Iuramenta autem illic & fidem uobis inuicem date,
Et deinde ſuij pſius uxorem ueſtrum accipiens,
Abibit unuquiſq;. ATH. Sed eamus quamcitiſsime.
La. Age quomodocũq; uis. ATH. Per Iouẽ quãcelerrime quidẽ.
Ly. Stragulorũ aũt uariorũ, & chlamydularũ & purpurearũ (tunicarum,
Et aurearum quæcunq; ſunt mihi,
Non inuidia ineſt mihi,
Omnibus præbere ferre
Pueris, quando filia
Alicui caniſtrifera eſt.
Omnibus uobis dico
Sumere ex meis
Pecunijs intus,
Et nihil ita
Bene concluſum eſſe, quin obſignationes auellatis,
Et quæ intus fuerint feratis.
Videbit autem nihil luſtrans, niſi aliquis
Veſtrum acutius me uidet.
Si uerò alicui non panis ueſtrum eſt, alit autem famulos,
Et paruos multos filiolos,
Licet à me accipere
Buccellas panis tenues quidem.
Panis uerò ex chœnice
Videre ualde magnus,
Quicunq; igitur uult
Pauperum, ueniat
Ad mei ſaccos habens & peras, quoniam
Accipiet triticum, Manes autem ipſis meus inijciet.
Ad tamen fores
Palàm dico non accedere meas,

Sed uitare canem.

SERVVS.

Aperi fores non'ne cedere uis?
Vos quid ſedetis? nunquid ego face
Vos comburam? moleſtus eſt locus,
Non utiq; facerem. ſi uerò prorſus oportet hoc facere,
Vobis gratificari inſuper affligeremur.

Cho. Nos quidem tecum ſimul laborabimus.

Ser. Non'ne abibitis? plorabitis capillos diu.
Non'ne abibitis? ut utiq; Lacedæmonij ab interiori parte
Per quietem abeant epulati.

Ath. Nondum tale conuiuium uidi ego
Profectò, & elegantes fuerunt Laconici,
Nosq; in uino compotatores ſapientiſsimi.

Cho. Recte quidem, quando ſobrij exiſtentes non ſani ſumus.
Si Athenienſes ego perſuadebo dicens,
Ebrij ſemper ubiq; legationem obibimus.
Nunc quidem enim cum iuerimus in Lacedæmonem
Sobrij, ſtatim ſpectamus quidnam turbabimus:
Quare quodcunq; quidem dixerint non audimus.
Quæ uerò non dicunt, hæc ſuſpicati ſumus,
Annunciamusq; non eadem ijſdem de.
Nunc uerò omnia placuerunt, ut ſi quidem aliquis
Caneret Telamonis, Clitagoræ canere oporteret,
Laudaſſemus utiq; & inſuper peieraſſemus,
Verum iſti rurſus ueniunt iterum,
In idem, non'ne abibitis in malam rem ô uerberones?

Ser. Per Iouem, quoniã iam quidem prodeũt ab interiori parte.

La. O' bone uir accipe inflatorias tibias,
Vt ego tripudiem quidem, & canam pulchrum,

In

In Athenienſesq́; & nos ſimul.
Ath. Accipe profectò tibias per Deos,
Quoniam lætor quidem uidens uos ſaltantes.
La. Incita
Iuuenes.ô memoria
Tuam muſam, quæ
Nouit uos, & Athenienſes,
Quando illi quidem apud Arthemiſium
Propellebant Deo ſimiles,
Ad honeſta, Medosq́; uicerunt,
Nosq́; præterea Leonidas
Duxit tanquam apros
Acuentes puto dentem, multa
Autem circa maxillas ſpuma florebat.
Multaq́; ſimul,
Etiam per crura ſpuma ibat.
Erant etenim uiri non pauciores
Arena Perſæ.
Syluestris Diana fericida
Veni huc uirgo Dea
Ad fœdera, ut
Contineas multum nos tempus,
Nuncq́; rurſusq́;
Amicitia ſemper affluens ſit
Fœderibus,
Et blandis uulpibus
Liberemur, ô
Huc ueni huc, ô
Venatrix uirgo.
Ly. Age nunc poſteaquam alia facta ſunt bene,
Adducite

Abducite has ô Lacones: has autem &
Vos, uir autem apud uxorem, & uxor
Stet apud uirum, & deinde ob bonas fortunas
Saltantes Dijs caueamus,
Poſthac rurſus non peccare amplius.
Adduc choream, adduc gratias,
Inq́; uoca Dianam
Adq́; geminum duc choream propriam,
Lætam adq́; Niſæum,
Qui inter mænadas bacchicus oculis
Ardet,
Et igne incenſum,
Adq́; uenerandam uxorem beatam.
Deinde autem Deos, quibus teſtibus
Vtemur non obliuioſis,
Quiete de magnanima,
Quam fecit Dea Venus.
Alalæ io pæan,
Eleuemini ſurſum io,
Tanquam ob uictoriam io,
Euœ Euœ,
Lacon profer iam tu muſam
Ad nouam nouam.
Cho. Taygetum rurſus amabilem relinquens muſa,
Laco Veni Lacæna uenerabilem nobis
nũ. Celebratura Amyclis Apollinem Deum,
Et chalciœcam Mineruam,
Tyndaridasq́; bonos,
Qui quidem apud Eurotam certant.
Eia ualde ingredere

O io

O' io leuiter quatiens,
O' Spartam celebremus,
Cui Deorum choreæ curæ ſunt,
Et pedum crepitus,
Puellæq; uirgines
Apud Eurotam
Vibrant frequenter pedibus
Feſtinantes,
Et comæ quatiuntur tanquam baccharum
Thyrſos agitantium, & ſaltantium.
Dux autem eſt Ledæ filia
Sancta, dux choreæ ſpecioſa.
Sed agite comam
Vitta colligite in nodum
Manu, pedibusq; ſalta
Tanquam aliquis ceruus,
Plauſumq; ſimul fac
Choreæ conuenientem:
Et Deam ipſam optimam
Chalciœcam celebra
Bellatricem.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

COMOEDIARVM ARISTOPHANIS
FINIS.

~~BASILEAE,~~ IN AEDI[illegible]S
~~ANDREAE C[illegible]~~
Menſe Martio, Anno
M. D. XXXIX.



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

L. GOTTSCHER
1972